



## **H. Bullingeri Adversus anabaptistas libri VI**

<https://hdl.handle.net/1874/427294>

2  
H. BVLLINGERI

ADVERSVS

ANABAPTISTAS LIB

RI VI. NVNC PRIMVM B

Germanico sermone in Latinū conuersi,

PERIOSIAM SIMLERVM

TIGVRINVM.

BLENCHVS præcipuorum capitum,  
quæ in hoc opere tractantur, Præfa-  
tioni authoris subiectus est.

*Addita etiam est ANABAPTISTA-  
RVM APOLOGIA, in qua causas  
exponunt cur nō ad ecclesias seu sacros cœtus  
nostros accedant, eodem interprete.*

TIGVRI APVD CHRISTOPH.

Froschouerum, Anno M. D. LX.



ADVERSUS

ALBERTISTAM

ALBERTI

ALBERTI

ALBERTI

# CLARISSIMO VIRO,

PIETATE ET SAPIENTIA

præstanti, Vuolfgango Vucidnero Iu

reconfulto, Iofias Simlerus

S. D. P.



REDO ego plerosq; qui clarissimi uiri D. Henrychi Bulingeri libros ab ipso contra Anabaptistas Germanicè editos, & à me in Latinam linguam cōuersos, uiderint, admiraturos cur ille scribendo et ego uertendo hunc laborē suscipere uoluerimus. Nōnulli enim, boni quidem uiri, sed non satis in rebus his uersati, arbitrātur Anabaptistas esse genus hominum non admodum malum, & potius errore quodam ac nimio studio sanctimonix, non autem pertinacia uel malitia quadam à nobis defecisse, & peculiarem sectā instituisse: & quoniam antea alijs hominibus exosi sunt, ab alijs autem contemnuntur, non deberi publicis scriptis odia hominum amplius cōtra eos exasperari: præsertim cum tam multa hæcenus aduersus eos



N V N C V P A T O R I A .

uellunt: sacramentorum usum nō recte tra-  
dunt: ut nihil nunc dicam de horribilibus  
dogmatibus Seruetanorū, Libertinorum,  
Dauidianorū & similibus Anabaptistarū,  
qui omnes immanes & horribiles blasphemias  
palām docent. Præterea uero spargūt  
dogmata quæ tollūt ciuilem societate: cuius  
modi sunt illa, De Platonica cōmunionē re-  
rum, De non iurando, De non exercendis  
iudicijs, De non adeundis magistratibus,  
De coniugijs nō rebaptizatorū: neq; enim  
hæc ignota sunt. Vident omnes quā diffi-  
culter retineri possit Politica obedientia, si  
uel maxime ornetur: ut certe Paulus eā ho-  
norifice prædicat. Quid uero futurū est si  
insanis & furiosis illis licentia detur reuel-  
lendi omnia uincula humane societatis? Di-  
xit aliquando M. Tullius, religiones, pote-  
states magistratuum, leges, iudicia, iurisdic-  
tionem, fidem, rem militarē, ærarium, tan-  
quam fundamenta & mēbra bene consti-  
tutæ reipublicæ, principibus uiris tuenda  
& uel capitis periculo defendenda esse. Ha-  
rum aut tot & tantarum rerum cum hostes  
& inimici sint omnes Anabaptistæ, merito  
etiam omnes uiri boni sese illis eorūq; præ-



## E P I S T O L A

uis dogmatibus opponunt. Neq; uero aliorum libri iam olim editi, Bullingerū ab hoc labore suscipiendo auertere debuerunt: cū enim illi subinde nouos errores ueteribus accumularent, & ueteres etiam augeāt, noua quoq; & fortiora medicamina huic malo curando adhibenda fuerunt. Neq; ego nūc opus hoc laudare statui, ne fortè tanquam domesticus testis suspectus sim: hoc tamen affirmare possum, et bona fide polliceri, lectorem piū & diligentem post multos prestantissimorum uirorum libros, qui ab illis contra Anabaptistas scripti sunt, hūc quoq; non absq; singulari fructu lecturum esse. Si qui uero arbitrantur hęc Germanice scribi debuisse, non autem in Latinam linguam conuerti, quod Anabaptistica hæresis Germaniæ peculiaris sit, falsam de ipsa opinionem animo imbiberunt. Etenim non tantū nostram Germaniā pestis hæc inuasit, sed Italiā et Galliā iam dudū peruagata est, & nunc etiam renascenti apud Anglos ecclesiæ Christi plurimum negotij facefsit: quin & in Belgico ac apud Batauos & Frisios, & in toto illo tractu, quem nos inferiorem Germaniam nominamus, plurimum eccles

N V N C V P A T O R I A .

ecclesias turbat: præsertim postquam Deus ex hac terrena in cœlestem ecclesiam uocauit pietate & doctrina celeberrimos uiros, D. Ioannem à Lasco, & Martinum Micronium, qui fortissime Anabaptistis & omnibus alijs hæreticis resisterunt. Det Deus suę ecclesię in illis regionibus plures ministros, qui pari pietate, fide et eruditioe, hoc damnum quod ecclesia horum morte accepit, copiose resarciant. Etsi autem illi Germani sunt, tamen nostra dialectus adeò ab eorum sermone uariat, ut non dubitem me multis rem gratam fecisse, quod hoc opus in Latinam linguã transtuli. Equidem non ignoro in omnibus ferè ecclesijs, Dei beneficio, doctos & fideles ministros esse, qui suo Marte cum Anabaptistis decertare, & argumenta eorum confutare possunt. Verum Anabaptistę plerunq; tales fugiunt, & clam per domos serpunt, atq; priuatos homines & simplices clam & astute aggrediuntur, qui si hoc scriptum diligēter legerint, melius ipsorum insultum repellere poterunt. Deinde ipsi quoq; doctiores ecclesiarum ministri, multa in hoc opere inuenient, quę uel ad historiã, uel ad refutanda

## EPISTOLA

dogmata pertinent, quæ ipsos iuuare poterunt: quin etiam cum uiderint aliarum ecclesiarum doctores in oppugnandis erroribus cum ipsis consentire, hæc ipsa cōcordia & consensio in fide haud dubie illis iucunda erit. Nulla enim harmonia suauior est piorum & fidelium oratione, qui in eadem ueritatis & pietatis doctrina per tam diuersas orbis partes concinunt & consentiunt. Quamobrem non dubito me pijs omnibus qui Germanicū scriptum non possunt legere, mea hac translatione gratum & acceptum officiū præstitisse. Et quia nostra ætate quotidie multi libelli in lucē prodeunt, Principum & doctorum uirorum titulis inscripti, in quibus atrocibus uerbis ecclesiæ nostræ hereseos damnantur, & Anabaptistis, à quibus alienissimæ sunt, adnumerantur, libentius hunc librū in Latinam linguam cōuertī, ut exteræ quoq; nationes uideant, nos ab Anabaptismo & alijs hæresibus, de quibus falso accusamur, alienissimos esse. Tibi autem, uir clarissime, hunc meum laborem, quamuis exiguum, inscribere uolui. Primū, propter singularem tuā pietatem, qua ueritatem agnitam hæctenus  
 & fir.



N V N C V P A T O R I A .

& firmiter amplexus, & fortiter atque animose confessus es: neque uel senectutis infirmitas, uel multorum contumeliae & conuicia, quibus ueram doctrinam proscindunt, tuam constantiam ullo modo labefactare potuerunt. Deinde propter eximium amorē, quo nostrā ecclesiam, scholam & rempublicam complexus es, & hūc tuum animum huiusmodi officijs declarasti, ut omnes nostros tibi obstrictos habeas. His omnibus accedit amicitia nō uulgaris, qua socerum meum, mihi colēdissimū, D. Heinrichum Bullingerū, omnemque eius familiam, prosequeris. Quamobrē ut testarer meā erga te gratitudinem & amorē propter hęc tua publica et priuata officia & beneficia, hunc librū in tuo nomine apparere uolui. Spero enim te, qui ecclesiam nostrā semper amasti, hunc librum, in quo ecclesiae nostrae doctrina contra Anabaptistarum uarias haereses defenditur, non modo probaturum, sed etiam contra aduersariorum calumnias defensurum esse. De mea autem interpretatione nihil praedicare possum: nam in hoc libro urgentibus typographis ita mihi festinandum fuit, ut uix semel scripta relegere



## EPIST. NVNCVP.

possem: itaq; facile agnosco, multas dicēdi  
formas Germanicā phrasim redolere, idēq;  
eo magis, quod mihi nō longe à uerbis au-  
thoris recedendum putauī. Interim tamen  
spero me sensum authoris bona fide reddi-  
disse: & quoniam hoc in interpretatione  
potissimum est, spero etiā piūm Lectorē  
ueniam mihi daturum, si nō ubiq; pura aut  
ornata mea dicōtio fuerit. Te quidē uir cla-  
rissime, qui pietatem elegantiae orationis  
anteponis, cupio in hac causa patronum  
mihi esse, & alios quoq; monere, ut non  
tam uerba quā res ipsas spectent. Deus  
te unā cū uxore honestissima incolumem  
& firmum diu conseruet. Tiguri pridie  
Nonas Augusti 1560.

AD

AD CLARISSIMUM VI-

RVM GEORGIVM MVLLERVM,

amplissimæ Reipublicæ Tigurinæ con-

sulem dignissimum, HEINRY-

CHI BVLLINGERI

Præfatio.



ON EST quod quenquam of-  
fendat, q̄ nostra ætate, qua Euan-  
gelium ita ut ab initio prædicari  
cœptum est, simul quoq̄ Ana-  
baptismus & aliæ diuersæ & contrariæ do-  
ctrinæ atq̄ doctores exorti sunt, quasi Euā-  
gelium causa huius rei, ideoq̄ etiam in cul-  
pa sit: ac propterea sit falsa, inquieta, cōten-  
tiosa & seditiosa doctrina: sicuti nonnullos  
hæc dicere non pudet. Etenim Christus do-  
minus in Euangelio inquit, Regnum cœ-  
lorum simile est homini seminanti bonum  
semen in agro suo: dormiētibus autem ho-  
minibus uenit inimicus & seminauit ziza-  
nia inter triticum, &c. Qua similitudine a-  
parte ostenditur, falsam doctrinam non ex  
Euangelio, sed ex Malo per hominum ne-

P R A E F A T I O

gligentiam & socordiam unà cum Euange-  
 lio crescere. Quod si Anabaptistę priusquã  
 suum Anabaptismum inchoarent Euange-  
 lio adhæserunt & de illo gloriati sunt, tamẽ  
 hoc idem D. Ioannes refert de quibusdam  
 hominibus sui temporis, qui Euangelium  
 amplexi sunt, non autẽ perseuerarunt, sed  
 ab eo defecerunt & sectas instituere, ideoq̃  
 de illis sic scribit: E nobis egressi sunt, sed  
 non erant ex nobis; nam si fuissent ex no-  
 bis, permansissent utiq̃ nobiscum: sed hoc  
 factũ est, ut patet fieret quod nõ sint omnes  
 ex nobis. Similiter nos quoq̃ dicimus Ana-  
 baptistas nostra etate à nobis egressos esse,  
 non autẽ ex nobis neq̃ uere Euangelicos  
 fuisse. Quamobrem Euangelium nihilomi-  
 nus uerum & syncerum est, etiamsi multi  
 non credunt Euangelio, neq̃ perseuerant  
 in eo, sed deficiunt & sectas instituunt. Ete-  
 nim hi seipso lædunt, Euangelium lædere  
 aut obscurare non possunt. Ipsi quidẽ ob-  
 scurum est, sua tamen natura perpetua &  
 æterna lux est, quod & D. Paulus his uer-  
 bis testatur, Quod si obiectum est Euange-  
 lium nostrum, ijs qui pereunt obiectũ est.  
 In quibus Deus huius sæculi excæcauit  
 mentes

P R A E F A T I O.

mentes infidelium, ad hoc ne irradiet eos  
lumen Euāgelij gloriæ Christi, qui est ima-  
go Dei.

Nō autem nouum est multas sectas cū  
Euangelio exoriri, nam hac de re D. Ioan-  
nes ita scribit: Dilecti, ne cuius spiritui cre-  
datis: sed probate spiritus an ex Deo sint:  
nā multi pseudoprophete exierunt in mun-  
dum. Et D. Petrus, Fuerunt autem & pseu-  
doprophetae in populo; ut etiam inter uos  
erunt falsi doctores, qui subintroducunt he-  
reses exitiales, &c. Plurimæ hæreses com-  
memorantur à ueteribus, quæ statim ab Apo-  
stolorum ætate, & deinde intra 400. annos  
in ecclesia exortæ sunt: quas si quis cogno-  
scere cupit, legat Ireneum, Tertullianum,  
Eusebium, Epiphanium, Philastrium &  
Augustinum, à quo enumerantur 88. hæ-  
reses, quæ à Christi temporibus usq; ad eius  
ætatem intra 400. annos exortæ fuerant:  
& tamen testatur se non omnes annume-  
rasse. Nulli uero unquam, nisi Christianæ  
religionis hostes, ex hæresum multitudine  
statuerunt Euangelium falsum esse, aut ec-  
clesiam Christianam non esse ueram eccle-  
siam. Clemens enim Alexandrinus lib. 7.



P R A E F A T I O.

Strom. refert Gentes & Iudæos ab initio ecclesiæ hoc obieciſſe Chriſtianiſ, ipſos in multas hæreſes diuiſos eſſe, ideoq; etiã erare, & fidem eorum nõ eſſe ex Deo. Idem Chriſtianiſ Celfus obiecit, cui Origenes libro 3. contra ipſum reſpondit. Quod autẽ cõplures hæreſes Deus paſſus eſt creſcere, neq; eas ſtatim in ipſis initijs oppreſſit, id iuſto eiꝯ iudicio & ad utilitatẽ eccleſiæ factũ eſt. De hiſ enim qui hæreſes ſequuntur D. Ioannes ait; E nobis egreſſi ſunt, ut patefieret quod non ſint omnes ex Deo. Item D. Paulus; Oportet enim etiam hæreſes inter uos eſſe, ut qui probati ſunt, maniſeſti fiãt inter uos. Simul uero Deus ſemper eccleſiæ ſuæ fidos doctores dedit, qui cõtra omnes hæreſes ueritatẽ uerbo Dei defenderũt & aſſeruerũt, nonnullos etiam hæreſum authores & complures ab illiſ ſeductos in uiam reuocauerunt: pertinaces uero conuicerũt, & ita in lucem pertraxerunt, ut minus poſtea eccleſiam lædere poterint. Idem autem etiam hodie à Deo fit, qui ubiq; dilectam ſuam eccleſiam, multis tamen rebus aduerſiſ & periculis oppreſſam, adiuuat, ita ut merito omnes eiꝯ opera &

P R A E F A T I O.

ra & beneficia agnoscere debeamus, atq; gratias illi agere, sanam doctrinam amplecti, hæreses & hæreticos uitare, neq; multitudine hæresum offendi.

Præterea autē hoc quoq; neminē offendere debet quod cum Euangelio non tantum multæ sectæ exoriuntur, uerum etiam in paucis aliquot dogmatibus diuersa sentiunt illi qui alioqui unanimes sunt & omnes sectas oppugnant, & sese ueram Euangelicam doctrinā & Christi ecclesiā habere confidunt & gloriantur. Etenim si in summis capitibus Christianæ religionis consensus seruetur, interim uero in dogmatibus minoris momenti diuersæ sunt sententiæ, nō inde statui debet, totam doctrinam esse falsam, & ecclesiam atq; religionē laceram esse, ideoq; nō amplius ueram religionem & ecclesiam esse. Consideretur enim sancta apostolica & Deo accepta atq; uera Christi ecclesia, qualis eius forma & status ab initio fuerit. Etenim præter hæreses complures, quæ, ut dictum, ex ipsa exierunt, nonnulla quoque in ipsa ecclesia dissidia & dissensiones fuerunt, & id illa ætate qua ecclesia optima & purissima fuit. Quis enim

P R A E F A T I O.

ignorat diffensionē quæ fuit inter Paulum  
 & Petrum, & alterā inter Paulum & Bar-  
 nabam? Nam has diffensiones sacrae literæ  
 commemorant, Galat. 2. & Act. 15. Simi-  
 liter quoq; ingens diffensio fuit in ecclesia  
 de celebrando Paschate. Nanq; de hac re  
 Occidentalis ecclesiæ episcopi contende-  
 runt cū Orientalibus, & nominatim An-  
 cetus cū Polycarpo: & rursus in ipso Occi-  
 dente Ireneus cum Victore. Sancti marty-  
 res et episcopi Cornelius, Stephanus & Cy-  
 prianus non in uno tantum articulo dissen-  
 serunt. Petrus Alexandrinus & Meletius,  
 viri docti & pijs, contenderunt de pœniten-  
 tia. Basilius propter cantum contēdit cum  
 ecclesiā Casariensi. Quot item diffensio-  
 nes fuerint inter episcopos sub Constanti-  
 no Imp. satis testantur Acta Niceni con-  
 cilijs. Nota etiam est ex ueteribus historijs  
 contentio Epiphanijs & Ioannis Chrysosto-  
 mi de libris Origenis: item D. Hieronymi  
 contentio cū Augustino & cum Ruffino:  
 deinde Augustini & episcoporum Africae  
 contentio cum Romanis episcopis, Inno-  
 centio, Zosimo & Bonifacio: præterea Cy-  
 rilli, Ioannis Antiocheni & Theodoretii.  
 Plura



P R A E F A T I O.

Plura etiam huius generis commemorare  
possem, nisi hæc sufficerent. Fuerunt omnes  
istæ cōtentiones ac dissensiones & dissidia  
in uera Christi ecclesia, quæ tamen propter  
has sanctorum & doctorum uirorū dissensa-  
siones à nemine nisi à Christianæ religionis  
hostibus accusata est (sicuti supra ostendi-  
mus) quod non amplius sit uera ecclesia, neque  
ueram religionem & doctrinam & Deum  
habeat, quandoquidē Deus pacis, non con-  
tentionis Deus sit. Quāuis enim sancti illi  
cōmemorati ecclesiarum ministri dissense-  
rint inter se nonnullis in rebus, tamen in præ-  
cipuis & necessarijs dogmatibus nostræ re-  
ligionis & Christianæ fidei inter se unani-  
mes fuerunt, dissensiones autem istæ tem-  
poris progressu antiquatæ & extinctæ sunt,  
quandoque etiam compositæ & pacatæ fue-  
runt, nonnunquam uero & quidem sæpius  
per charitatem sese mutuo tolerabant, & ta-  
men interim suas opiniones, quas ueras ar-  
bitrabantur, priuatim retinebant. Omnes  
uero in eadem ecclesia sub eodem capite  
Christo se mutuo adiuuabant, ut unica ea-  
demque doctrina diuini uerbi uera religio  
plātaretur, & superstitiones ac omnia quæ



P R A E F A T I O.

sefe aduersus Deum extollunt destrueren-  
tur ac eradicarentur.

Quamobrem etiamsi nostra quoque etate  
inter eos qui Euangelium contra Papatum  
praedicant, nonnullae dissensiones & conten-  
tiones sunt, non tamen id nouum & inaudi-  
tum est, neque id quod multi concludere conan-  
tur hinc efficitur, nempe eos ideo non esse  
ueram ecclesiam, neque ueritatem apud se ha-  
bere. Si namque uerum hoc esset, sequeretur  
ueterem quoque apostolicam ecclesiam, in qua  
plures et potius maiores quam leuius no-  
stris contentiones fuerunt, non fuisse ueram  
Christi ecclesiam, neque ueritatem habuisse.  
Quod tamen falsum est, sicut ante abunde  
ostendimus. Quare cum nos, inter quos non  
nullae dissensiones sunt, in praecipuis do-  
gmatibus consentiamus, dissidia in alijs non  
hoc efficiunt, ut nostrae ecclesiae non amplius  
sint ecclesiae Christi, aut ut doctrina nostra  
non sit uera & Euangelica doctrina. Nolo  
autem hoc loco praecipua dogmata com-  
morare, nam id peculiarem librum requi-  
reret: sed tantum obiter & breuissimum indi-  
cabo, nostras ecclesias et doctrinam, quae non  
nostra, sed Christi est, non posse uere in sus-  
picio

P R A E F A T I O.

spicionem uocari propter paucos contro-  
uersos articulos, quasi falsæ & fugiendæ sint.

Quoniam uero aliqui arbitrantur Ana-  
baptistas & alias hæreses eodem modo per  
charitatem tolerandas neq; impugnandas  
esse, sicuti ueteres quoque dissensiones ali-  
quas tolerarunt, iubemus hos denuo morè  
et consuetudinè ueteris ecclesiæ inspicere.  
Veteres enim etsi cõmemoratas dissensio-  
nes tolerarunt, hæreses tamen nunquam to-  
lerarunt, hoc est eos qui palàm hostes & ad-  
uersarij unicæ ecclesiæ & cõmunis doctri-  
næ fuerunt, & ab ecclesia atq; doctrina seces-  
sionè fecerunt, & peculiarem ac separatam  
ecclesiam & doctrinam instituerunt. Quia  
uero Anabaptistæ nostra atate tales hære-  
tici sunt, nunquam eos uetus ecclesia tole-  
rasset, sicut nec alios hæreticos. Itaque nos  
quoq; qui hoc tempore ecclesiæ Christi ser-  
uimus, apertam factionè & separationem  
Anabaptistarū non potuimus absq; offensa  
Dei & nostra culpa non impugnare: qui ta-  
men alijs in rebus parati sumus, libenter o-  
nibus amorem & beneuolentiã atq; omnia  
officia charitatis exhibere.

Editi sunt à me anno domini 1530. qua-

P R A E F A T I O.

tuor libri aduersus Anabaptistas, in quibus omnia ad eorum doctrinā & uitam retuli, quantum à me tum fieri poterat, & rei, temporis, loci et personarū qualitatem postulare iudicabam. Itaq; in illis libris multa tractātur, quæ illis temporib. idonea, nostra autē ætate non adeo necessaria sunt, quare illos superioribus tēporibus relinquimus. Interea temporis Anabaptismus longe lateq; propagatus est, eorū errores & uariæ opiniones plurimū creuerunt, ipsi quoque hac occasione in multas & admirandas sectas scissi sunt: & passim multa temeraria et nostræ ætati inaudita, ueteribus tamen nō incognita facinora aggressi sunt. Multorū præterea simplicium hominum corda hypocrisis & magniloquentia sua obsederunt, eosq; ita perturbarunt & dubios fecerunt, ut tandem deserta uera ecclesia separatam Anabaptistarū ecclesiam & factionem amplecterentur, quod forsan nunquā ab ipsis factū esset, si bene de Anabaptismo instrūcti fuissent. Quamobrem à multo tempore complures pīj, cum docti tū indocti, optauerunt aliquid de toto Anabaptismo copiosius conscribi: ac à me nominatim multam



P R A E F A T I O.

iam diu hoc ipsum petierunt, ut operam  
 & laborem in hoc impenderem, & hac in  
 re ecclesiae Christi inseruirem. Ego uero  
 hactenus ita iudicabam, & ita illis quoque re  
 spondebam, multa iam olim contra Ana-  
 baptistas diligenter, bene & copiose con-  
 scripta esse, ab illis qui pluribus quam ego  
 à Deo donis ornati fuerint. Etenim, quod  
 omnes norunt, ab ipso Anabaptismi exortu,  
 nemo fuit ex doctis & fidelibus Christi mi-  
 nistris, qui aliquid in publicum ediderunt,  
 qui non etiam Anabaptistarum mentionem  
 fecerit, & eorum doctrinam damnarit. Pe-  
 culiariter tamen contra eos scripserunt pie  
 memoriae, D. Martinus Lutherus, Huldri-  
 cus Zuinglius, D. Ioannes Oecolampadius,  
 Martinus Bucerus, Urbanus Regius, Io-  
 annes Caluinus, Iustus Menius, et alij com-  
 plures docti ecclesiarum ministri. Præterea à  
 pio & amplissimo senatu Bernensis reipub-  
 licæ in Nuithonibus, publica disputatio ha-  
 bita fuit Zosingæ, & in publicum edita: &  
 alia etiã complura edita sunt, ut ea merito  
 sufficere possint illis, qui modo se institui  
 patiuntur. Sed denuo obijciebatur mihi, li-  
 bros hos plerosque distractos, non amplius

P R A E F A T I O.

inueniri. Nōnullos item libellos ab eo tem-  
 pore ab Anabaptistis conscriptos & in pu-  
 blicum editos esse, in quibus alijs & nouis  
 rationibus suam doctrinā confirmant: no-  
 ua item quædam ab illis proferri quæ an-  
 tea non in quæstionem uenerint: itaq; non  
 tantum utile, uerum etiam necessariū esse,  
 ut aliquod opus conscribatur, in quo om-  
 nia Anabaptistarum negotia, uetera & no-  
 ua, publica & priuata, in unum colligantur  
 & in publicum edantur. Debere itaq; me,  
 quicquid hac in re possem præstare, id in  
 usum ecclesiæ conferre: hac enim ratione  
 alijs doctioribus occasionem præberi, ut ta-  
 lentum suum in hanc sacram negotiationē  
 conferant, ut Deo aliquid lucrentur.

His igitur & alijs eorum rationibus, cū  
 illi uehementer instarēt, uictus sum & hūc  
 laborem suscepi: atq; ita præter labores ec-  
 clesiasticos, quibus ex officio perfungor,  
 opus hoc ea ratione quam exposui, Deo  
 adiunante intra spacium quatuor mēsum  
 conscripsi. Ideo autem temporis mentio-  
 nem facio, ut Christianus Lector æquo ani-  
 mo ferat, & mihi ignoscat, si non omnia  
 quæ desiderat, ita plene atq; sperauerat re-  
 pererit.

P R A E F A T I O.

pererit. Totum uero opus in sex libros diuisi, & in duobus primis originē, progressum ac uarias Anabaptistarum sectas commemorauit, & uaria ipsorum mala & falsa dogmata refutauit. Tertio autem & quarto libro exposui, ea quæ communiter Anabaptistæ docent contra nostras ecclesias & earum ministros, & contra nonnulla dogmata Euangelicæ doctrinæ. Quintus autem liber duntaxat de illis rebus conscriptus est, in quibus Anabaptistæ magistratum, eiusq; functionem acriter impugnant. Postremus liber tractat de Baptismo, Pædobaptismo, Anabaptismo, Cœna domini & Excommunicatione. Studui autem in omnibus libris ut perspicuum & aptum ordinem seruarem, quatenus id quidem fieri potuit, in re adeò intricata, & hominibus adeò perplexis. Quæ autem scripsi de ipsorum doctrina & uita, partim ex eorum libris desumpsi qui ante me contra ipsos scripserunt, imò ex ipsis Anabaptistarum libris: partim etiam ex ipsorum ore & confessione. Nihil autem scienter aut dolo malo illis adscripsi, quod non ex ipsis, aut ex aliorum fide dignis testimonijs habeã.



P R A E F A T I O

Quod si qui Anabaptistarum nunc aliter sentiunt, quàm ego de illis scribam, & ideo arbitrantur me falsa de Anabaptistis scripsisse, quãdoquidem ipsi Anabaptistæ sint atq; aliter sentiant: his respondeo, primum omnes nosse qui aliquid cõmercij cū ipsis habent, eos plerunq; nunc huius, deinde alterius sententiæ esse: præterea in multis rebus sic eos dissentire, ut pauci eorum reperiantur, qui idem sentiant & inter se conuenire possint. Deinde non sequit si unus aut alter Anabaptistarum non ita sentiat, neq; hoc illudue faciat aut fecerit, neminem unquam Anabaptistarū ita sensisse aut ista fecisse. Etenim sub Anabaptismo iure omnia complectimur, quæcunq; unquam Anabaptistæ docuerunt, aut fecerunt, etiam si eadē nunc non ab omnibus obseruentur. Præterea quantum fieri potuit sectas ipsas distinximus, ne aliqua iure conqueri posset.

In refutatione autem doctrinæ eorum & confutandis ipsorum obiectionibus studui ex sacris literis illis respõdere, & ex his quoq; nostra explicare & cõfirmare. Quandoq; tamen Patrū testimonia, interpretationes & sententias adduxi, non quod hominibus

P R A E F A T I O.

nibus quatenus homines sunt cōfidam, sed ideo, quod suā sententiā ex sacris literis desumpserunt, seu uerbo dei confirmarūt. In omnibus aut̄ his de quibus cū Anabaptistis disputo, hic scopus mihi propositus est, ut ueritas explicetur et defendatur, et ecclesie nostrae ab accusatione & calumnijs Anabaptistarum asserantur: ac ut ipsi à sua hæresi & factione ad ecclesiā reuocētur: ut pax & unitas in ecclesia maneat: factiones & dissidia uitentur ac tollātur: ut omnes in una ecclesia, in uera & Deo accepta unitate Deū colamus. Quod si alij ecclesiarum ministri excitati hoc meo labore, etiā ipsi hac de re scripserint, & pro gratia diuinitus illis concessa aliquid melius et plenius protulerint, meliora, ab omnibus amplectenda erunt. Neq̄ enim meū laborē cuiquā aliter obtrudere uolo, quā ut quisq̄ secundū Pauli doctrinā omnia probet, & quod bonū est seruet. Anabaptistas nō ideo odio prosequor, q̄ eos nonnunquā in his libris durius alloquor, & acriter reprehendo, atq̄ contumaces & peruersos nomino: Deū enim rogo, ut eos in uia suā reducat, ut in hac uita rectē in uia eius ambulēt, & demū salui fiant.



P R A E F A T I O.

Omni uero meū laborem quē in hos sex libros contuli, inscribo et dedico Excellentiae tuae clarissime Consul, suppliciter orās E. T. ut meū hoc officiū & studiū boni consulas. Etenim hac ratione sapientiā, beniuolentiam & fortitudinē tuā, in uerae religionis causa cōfirmare uolui, ut adiuuante Deo bona spe pergat eā promouere, & omnem superstitionem & falsam doctrinā prohibere, conseruare unitatem ecclesie, dissidia, hæreses & factiones tollere; sicuti hactenus E. T. et amplissimus senatus clarissime & uetustissimæ Tigurinae ciuitatis diligenter, fideliter & grauiter fecit. Deinde hoc officio meā gratitudinem erga excellentiā tuam declarare uolui, propter fidem, operā & laborem, ac beneficia quæ E. T. multipliciter impedit scholis, doctoribus & discipulis à multis iam annis, promouendo ipsos, bonas literas & omne bonū propagando, idēq; Dei beneficio nō absq; fructu. Deus Opt. Max. E. T. sua gratia quā diutissime ad publicā felicitatem clementer conseruet, & in omni bono confirmet.

Tiguri, 15. Martij. Anno 1560.

# BREVIS ELENCHVS

PRÆCIPVORVM CAPITVM,

quæ in his VI. libris tractantur.

## I.

**O**Rigo Anabaptismi Thoma Muncero authore,  
ac confutatio prauæ et falsæ illius doctrinæ.

Incrementū & progressus Anabaptismi. Item quid  
cum eis actum sit Tiguri, Basileæ, Bernæ et in alijs  
locis.

Communia Anabaptistarum dogmata, & uariæ  
ipsorum sectæ.

1 Apostolici Anabaptistæ, & cōfutatio falsæ ipso-  
rum doctrinæ.

2 Seperati & spirituales Anabaptistæ, & confuta-  
tio falsæ ipsorum doctrinæ.

De libero usu uestium, cibi, potus, hilaritatis, &c.

3 Sancti & impeccabiles Anabaptistæ, & confu-  
tatio falsæ ipsorum doctrinæ.

De peccatis fidelium & infidelium: de peccato ad  
mortem, & non ad mortem: item de peccato origis-  
nali.

4 Silentes Anabaptistæ, & confutatio falsæ ipso-  
rum doctrinæ.

5 Precantes & Deo derelicti Anabaptistæ, & con-  
futatio falsæ ipsorum doctrinæ.

## II.

6 Enthusiastæ, & confutatio falsæ ipsorum do-  
ctrinæ.

7 Liberi & crassi Anabaptistæ, & cōfutatio falsæ ipsorum doctrinæ.

De Christiana libertate: de iure annuorum redituum, decumarum, seruitutis, &c.

8 Aliud genus Liberorum Anabaptistarum, & confutatio falsæ eorum doctrinæ.

De cœtibus ecclesiasticis, & doctrina externa: item sacramenta non esse superuacanea: ac Cœnam domini non tantum fraternitatis obligationem & tesseram esse.

Necessarium esse ut fidem externe quoq; confiteamur, ac improbari Deo dissimulationem.

9 Hutitæ fratres, & confutatio falsæ eorum doctrinæ.

10 Augustiniani Anabaptistæ, & confutatio falsæ eorum doctrinæ.

11 Monasterienses gloriosi Anabaptistæ, & tota eorum historia.

12 Horribiles ac abominandi Anabaptistæ, & eorum confutatio.

1 Contra Michaellem Seruetum de sancta Trinitate & uera Christi diuinitate.

2 Contra Melchiorem Hoffmannum, & eius dogmata de uera humana Christi natura, & benedicta uirgine Maria.

3 Contra Daudis Georgij horribiles blasphemias.

4 Cōtra Libertinos, quomodo in scripturis peccatum Deo aut hominibus attribuitur.

5 Cōtra eos qui arbitrantur diabolum & omnes impios postremo saluandos esse.

6 Contra eos qui scripta ueteris testamenti reijciunt:

ciunt, & demonstratio quod ea in ecclesia Christi seruari debeant.

### I I I.

Anabaptisticas ecclesias non esse ueras ecclesias.

Euangelicam ecclesiam ueram ecclesiam esse. Item de signis seu notis ueræ ecclesiæ.

Ecclesiam Christi non desinere propter aliqua uicia ueram ecclesiam esse. De emendatione seu ædificatione ecclesiæ.

De ordinaria uocatione & missione ministrorum.

Quales esse ministros ecclesiæ oporteat: & de eorum uitijs.

Doctorem qui bene & recte docet, etiamsi non nihil in uita eius desideretur, nihilominus uerum & legitimum doctorem esse.

De stipendio ministrorum: posse eos constituta stipendia accipere, & nihilominus ueros Christi ministros esse.

De ordine prophetandi qui à Paulo describitur 1. Cor. 14. & quòd hoc institutum nihil ad Anabaptistas pertineat.

De interpretatione scripturarum, & qua forma ea fieri debeat.

### I I I I.

Vera Prophetica, Euangelica & Apostolica doctrina de salute & iustificatione hominis.

De uera fide & bonis operibus, quibus non adscribenda est iustificatio.



De lege Dei, ac de uero usu, impletione & abrogatione legis.

Veteres ante Christi natiuitatem, & nos qui post eius natiuitatem sumus, unum populum & unam ecclesiam Dei esse.

Collatio ueterū & nostræ doctrinæ, fidei, spiritus, spei, hæreditatis, precum & sacramentorum.

In rebus Noui Testamēti posse adduci Patres ueteres & eorum exempla.

De discrimine Veteris & Noui Testamenti: & de gloria Noui testamenti.

De charitate Dei & proximi.

Quomodo fideles Apostolorū ætate omnia communia habuerint: & Christianos non obstrictos esse ad communionem bonorum, sed posse aliquid proprium habere.

Animas nō dormire: & animas fidelium certo saluari posteaquam per mortem à corpore excesserint.

V.

Sūma Christianæ doctrinæ de magistratu, ac Christianos opus habere magistratu.

Christianos posse magistratum gerere: ac olim eos magistratus gessisse, & postquam fidem amplexi sunt in magistratu permanfisse.

Magistratum posse & debere curare ea quæ ad religionem pertinent.

Spiritualem gladiū non esse subiectū ciuili gladio. Christianos posse iudicio experiri: & iudicia administrare & Senatorio munere fungi.

An Christiani magistratus possint occidere, & quomodo,

modo, quos & quando possint occidere: & contra effusionem innocentis sanguinis.

Christianam charitatem nō tollere supplicia & pœnas: ac de abusu charitatis.

An quenquā ad fidē & ad res bonas cogere liceat.

An fidei causa liceat aliquem punire & occidere.

De discrimine & moderatione seruanda à magistratu in pœnis iudicialibus.

An Christiani magistratus possint bella gerere nec ne? Item de obedientia à subditis in bello præstanda.

De iureiurando: an Christianis liceat iusiurandū iurare.

## V I.

De Baptismo & eius origine: ac unicum duntaxat esse Baptismum, Christi, Ioannis & Apostolorum.

Qui nā baptizandi sint, an infantes baptizare liceat?

Pædobaptismum nō à Papa ex Diabolo, sed à Deo institutū esse: & Apostolos quoq; infantes baptizasse.

Christianorum liberos certo Dei esse: ac de certissima salute infantium.

Contra Anabaptismū: quid apud ueteres de Anabaptismo actū sit: & quā grauitè olim prohibitus sit.

Simplex ac pacifica doctrina de Cœna Domini.

Quomodo Christus primū Cœnam celebrauerit, ac an quenquam propter peccata ab ea separauerit & excluderit?

De excommunicatione seu disciplina ecclesiæ: an fidelis polluat in Cœna domini, si peccatores quoque ad eam accedant, & an propter eos non sit accedendum.



# ADVERSUS ANABA-

## PTISTAS LIBER I.

De Anabaptismi exortu Thoma Mucero authore,  
& ipsius peruersis seditiosisq; dogmatibus. Ca. 1.



**M** aduersus graues errores perniciososq; se- Qua forma  
& ratione  
liber hic  
conscriptus  
sit.  
ctas & schismata atq; factiones Anabaptistarū,  
deo adiuuante, scribere statuissem, utile com-  
modumq; fore existimaui, si Irenaei uetustissimi

& fidelissimi episcopi ac martyris Iesu Christi exemplum  
aliquo modo imitarer. Nam ut ille in suo contra Valenti-  
nianos opere, statim ab initio dogmata & miras eorū sectas  
describit, quas deinde refutat: ita ego quoq; in hoc meo ope-  
re contra Anabaptistas, primū ipsorū ortum, miram deinde  
in tot sectas diuisionem indicabo: deinde illas quanta fieri  
poterit breuitate uerbo Dei confutabo & euertam. Idq; fa-  
ciam ad asserendam Dei diuinæq; ueritatis gloriam: ad iu-  
uandam ecclesiam ipsiusq; ministros: ad instituentes rudes  
ac simplices, atq; ad consolationem, confirmationem & ad-  
monitionem omnium credentium. Anabaptistarum autem  
ortum & factiones primo loco posui, nō modo ob hanc cau-  
sam quod à multis hæc obliuioni tradita, uel alioqui parum  
illis perspecta sunt, quibus hæc in memoriam reuocare &  
uere atq; breuiter commemorare uolui: uerum etiam quod  
res ipsa talis est, ex qua quiuis sane mentis absq; ulla confu-  
tatione, facile cognoscere potest, Anabaptismū ē malo prin-  
cipio ortum, huc tendere, ut illis in locis in quibus euangelii  
iam primum prædicari cœpit, uel ab aliquo iam tempore  
annuntietur, ecclesias Christi turbet, simplices dubios et  
incertos faciat, contentiosos autem & inquietos animos ad-  
huc inquietiores reddat, & ut prædicationem euāgelij om-

Anabaptis-  
mi fructus.



ADVERSUS ANABAPT.

nibus suspectam, ingrata & exosam faciat: præterea ut subditos cum suis dominis committat. Quamobrem iure à uere credentibus uitanda & fugienda est hæc secta, cum & ecclesie Christi, & paci ac saluti rerum publicarum perniciosa sit.

Ortus Ana  
baptismi  
ad Salam  
fluum.

Circa annu domini 1521. & sequentē 1522. in ea parte

1. Saxonie quæ est ad Salam flumen, exorti sunt quidam seditiosi spiritus, quorū præcipuus erat Nicolaus Stork, hi somnia habebant, & quasdam (ut ipsi aiebant) uisiones & reuelationes à Deo coelitus ipsis factas pro ueris prædicabant;
2. clanculum tamen sui similibus seditiosis hominibus. Fore scilicet nouum mundum, in quo iustitia habitaret, ideoq; ante
3. impios omnes ex terra excindi oportere, unà cum omnibus impijs principibus ac magistratibus. Impios uero nominabant omnes qui non essent sue sectæ homines. Ex hac disciplina & factione prodijt Thomas Muncerus, qui & ipse

Thomas  
Muncerus.

suos habuit discipulos, Phiferum, Melchiorē Ringgum, & alios quosdam. Hic sibi cum Deo colloquium esse iactabat: doctrina ipsius tota ardebat, & primum contra Euangelij ministros, deinde etiam contra magistratum dirigebatur. Nam hisce duobus ordinibus è grege & ecclesia Christi eiectis, lupis secure irruere & gregem lacerare licet. Ideoq; semper lupi, falsi inquam doctores, præcipue ministris ecclesie & magistratui se opposuere, si quo modo possent uel hos à grege depellere, uel saltem ouiculis fastidiu eorū mouere, ipsas à pastoribus abalienare & suo commodo abducere.

Munceri  
aliquot  
dogmata.

4. Thomas Muncerus, de quo iam diximus, docebat cū uocatum scriptis in publicum editis, concionatores qui illis temporibus euangelium prædicabant, neq; à Deo missos esse, neq; uerum Dei uerbum prædicare, sed esse scribas, & prædicare tantum mortuam scripturæ literam. Scripturam æternamq; uerbum non esse uerum Dei uerbum, sed solum testimoniu ueri uerbi: hoc autem internu & coeleste esse,

LIBER PRIMVS.

2

Et immediate ex ipso dei ore prodire, & hoc interius doceri oportere, non autem scripturis & concionibus. Eodē modo uilipendebat baptismum aquae, quinetiam baptismū infantū non esse ex deo asserebat, ideoq; spiritali ac meliore baptismo rebaptizari oportere. Attamen illo tempore & Anabaptis mus. 5.  
 Anabaptismi exordio Muncerus ipse (ut ferunt) nō rebaptizauit, causis quibusdam impeditus, & discipuli eius (ut deinceps dicemus) ante ipsum rebaptizare coeperunt, ipse uero ante proprio sanguine baptizatus, hoc est, casus est. Docebat etiam, falsum esse, Christū satisfecisse pro nobis, quicquid tandem molles illi scribae dicant. Coniugium & thorum coniugalem infidelium & carnalium non esse impollutum, uerum meretricum thorum esse, & diaboli prostibulum. Addebat etiā patefacere deum per somnia uoluntate suam: itaq; somnia magnificiebat, & ut inspirata à spiritu sancto proponebat. Et hinc cum suis nomen accepit caelestium prophetarum, & spiritalium ac Enthusiastarum. 6.

Doctrinam hanc Muncerus spargebat libellis in publicum editis, & epistolis, quas frequentes in omnes partes Germaniae mittebat: haec autē scripta homines ipsi similes, hoc est seditiosi spiritus, auide legebant & approbabāt, eademq; passim spargebāt. Docebat idem Muncerus circa annum Christi 1523. & proxime sequentem Alsteti, quod optimū est Saxonum ad fines Turingiae. Cum autem non tantum in uerbi ministros inueheretur, uerum etiam cōtra magistratum furiose & seditiose predicaret, & conquereretur, libertatem extinctam esse, miseram plebem tyrannide & oneribus intolerandis opprimi, qua habeant & acquirant principibus cedere, ipsos autem sibi labores, inopiā & miseriam seruare oportere: tempus itaq; esse ut hac de re cōsiderent, &c. Haec cum docere inciperet, Alsteto eiectus fuit, & Norimbergam ac in superiores Germaniae partes

Muncerus  
in Turin  
gia lupus  
atrox.

ADVERSUS ANABAPT.

Muncerus  
Griessam  
uenit.

uenit, eoq; itinere etiam Basileam uenit, & hinc in Klæga  
uiam, ac illic in pago Griessa aliquot septimanis se cõtinuit,  
interim tamen in uicinis locis & comitatu Stulingio sedulo  
suam rem agebat, ac uenenatum suum semen seditionis rusti  
corum, quæ breui post secuta est, animis factiosis inferebat.  
Eodem etiã tempore sua dogmata de Anabaptismo & uer-  
bo dei (quæ ante commemorauimus) in uulgus spargebat. Quin  
etiã cum ex his regionibus discessisset, & denuo Mulhusij  
in Turingia habitaret, literas ad certos ac fidos sibi homi-  
nes mittebat, quibus subinde factiosos homines contra suos  
principes accendebat et irritabat. Paucis etiam diebus an-  
tequam rustici in illis regionibus arma sumerent, nuntium  
illo misit cū literis & schedis, in quibus designata erat glo-  
borum, quos bombardæ factæ Mulhusij in usum seditionis,  
eijciebant, magnitudo & circumferentia: & hac ratione  
animum addebat factiosis hominibus, eosq; confirmabat.  
Nam cum bimestri tempore Griessæ mansisset, & suo pro-  
posito aptius & utilius iudicaret in Saxoniam redire, &  
præterea in his regionibus certis de causis locū pro suo ar-  
bitrio habere non posset, denuo in Turingiam redijt, &  
Mulhusium se contulit. Priusquam tamen illuc se conferret,  
Lutherus datis ad senatum Mulhusanū literis, monebat lu-  
pum hunc perniciosissimum diligentissime cauendum esse:  
quippe qui Cygnæ, et nuper Alsteti, satis declararit qualis  
sit arbor: nēpe quæ non alios fructus ferat quàm seditiones  
& cædes. Præterea nō posse ab ipso eiusq; sectatoribus im-  
petrari, ut in lucem prodeant & respondeant nisi apud sui  
similes. Electos & dei filios nominari & haberi omnes qui  
ex ipsorum numero sunt & ipsos sequuntur: qui id non sci-  
ciant, impios haberi, & occidendos esse. Alia etiam com-  
plura eisdem literis cõtinentur, quæ scriptæ fuerunt Vinea-  
riæ, dominica Assumptionis Mariæ, anno 1524.

Lutherus  
spiritum  
Munceri  
cauendum  
monet.

Muncerus



Muncerus uero blandis & magnificis sermonibus sese hominum animis insinuabat, tantaq; misera ac simplici plebecula cōtra principes suos pollicebatur, ut uulgo omnibus in ore esset, hunc esse uerum prophetam, qui ausit principibus obloqui, & rationem miserae plebis habeat. Quamobrem non modo Mulhusij, uerum etiam multis alijs ex locis magni ad ipsum concursus hominum fiebant. Quinetiā suis artibus Mulhusij effecit, ut abrogato ueteri senatu grauium uirorū, nouus ibi crearetur senatus Anabaptisticus ac Munceranus. Secutae mox sunt plures turbæ: docebat enim bonorum cōmunionem, neq; quicquam priuatum habendū esse. Diuinitus etiam sibi reuelatum dicebat, omnes magnates et principes deiiciendos esse, datum sibi esse gladium Gedeonis contra omnes tyrannos, ad asserendam ueram libertatē, & ad instituendum nouum regnū Christi in his terris, etc. Eodem tempore curauit nouas aliquot machinas bellicas eo loco constari, ut supra indicauimus.

Muncerus se optime insinuare poterat.

En audacē seditionum concitatorē.

Dum hæc ab illis aguntur, sequenti 1525. anno rustici per Sueuiam & Franconiam, & multis alijs in locis, aduersus suos principes insurrexere, & nobilitatis partem profligabant, arces & castella diripiebant, & aliquot etiam incendebant. Tum uero Muncerus uehementiores conciones ad populum habebat, & illis quoq; locis subditos aduersus suos principes accendebat, ac paulo post cum 300. hominibus, seditiosis se coniungit, qui Francusij castra habebant. Cum uero illi à principibus, Saxone, Hesso, Brunswicensi, & Mansfeldijs cæsi essent, & ipsorum aliqui in urbem confugissent, Muncerus (qui tamen, ut Sleidanus refert, multa magnifice quæ factururus esset iactauerat) unā cum alijs illuc confugit, & captus ac ad principes deductus, et ab ijs questionibus subiectus, capitali supplicio, pro eo ac cōmeruerat, affectus est. Ante finem tamen uitæ se male egisse publice est con-

Rusticorū tumultus.

Lib. 5.



ADVERSUS ANABAPT.

fessus. Atq; hæc est uera & prima Anabaptismi origo, de  
Muncerus homo seditiosus ipsius primus parens & author  
est, qui tamē ante obitū errorē suū cōfessus est, in quo tamē  
nihilominus ipsius discipuli Anabaptistæ firmiter hærent.

Refutatio doctrinæ Munceri de reuelationi-  
bus & somnijs: de nouo cœlo & terra in qua iu-  
stitia habitet; de occidendis impijs, & de seditio-  
nibus aduersus principes & magistratus. Cap. 2.

Summi im-  
postores ui-  
siones cœle-  
stes iacta-  
runt.

1.

Explicatis hætenus præcipuis dogmatibus Munceri,  
Eadem deinceps oppositis testimonijs scripturarum con-  
futabo, ueruntamen obiter & breuiter, ne prolixitas lectori  
sit molesta, eiq; tædium pariat. Habet hoc Muncerus cum  
multis hæresibus commune, quod iactat cœlestes quasdam  
prophetias & uisiones, quæ tamen reipsa nihil aliud quam  
meræ imposturæ & inania figmenta fuerunt. Machometus  
pseudopropheta angelos se uidere, & cum illis colloqui glo-  
riabatur: inter gentes etiam passim magni impostores pari  
modo iactabant somnia & occultas reuelationes, ut miseræ  
ac simplici plebeculæ hac ratione facilius imponerēt. Helce-  
saiæ, quorum Eusebius meminit in Ecclesiastica historia,  
gloriabantur librum ipsis cœlitus demissum esse, quo myste-  
ria resq; diuinæ continerentur, quæ quisquis recitari audis-  
set, cum peccatorum ueniam consequi. Verum omnia ficta  
falsaq; erant, & impostura longe turpissima. Huiusmodi im-  
postores Paulus Colos. 2. cauere iubet his uerbis: Ne quis uo-  
bis palmam interuertat uoluntarius moderator, se ingerens  
in subiectione & cultu angelorum, quæ non uidit, turgens  
sensu carnis sue, &c. Non ad huiusmodi somnia, nō ad falsas  
& confictas uisiones, sed ad uerbum suum deus nos remittit,  
Isaie 8. Lucæ 16. 2. Timoth. 3.

De som-  
nijs.

Quod uero in propheta Ioelc somniorum mentio sit, &  
quod

quod quandoq; suis deus in somnis apparuit, atq; uisiones a-  
 liquas dedit, id genus somniorum multum differt ab huius-  
 modi impostorum somnijs, & testimonio scripturarum niti-  
 tur, neq; hinc efficitur, uniuscuiusq; imaginationes eodem lo-  
 co cum his somnijs habendas esse. Nam & scriptura iubet  
 prophetias probare an ex deo sint nec ne: & Ieremias pro-  
 pheta horum hominum somnia et uisiones omnes simul, his  
 uerbis euertit: Sic dicit dominus: Audiui quæ dixerunt pro-  
 phetae prophetantes in nomine meo mendacium, atq; dicen-  
 tes, Somniaui, somniaui. vsquequo est istud in corde prophe-  
 tarū uaticinantiū mendacium, & prophetantiū seductiones  
 cordis sui? Qui uolunt facere ut obliuiscatur populus meus  
 nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat unusquisq;  
 ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis  
 mei propter Baal. Propheta qui habet somnium, narret som-  
 nium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem  
 meum uere. Quid paleis ad triticum, dicit dominus? &c.  
 Ierem. 23. Hæc autem Dei uerba uel sola sufficiunt ad refus-  
 tanda somnia & cœlestes uisiones, quæ ab huiusmodi homi-  
 nibus falso iactantur ex mera malitia, ut & alia ipsorū ora-  
 cula. Præsertim cum diuersum uerbo dei, ac factis ipsorum  
 & euentis probetur: quare qui illos audiunt, sponte decipi  
 uolunt.

At uero promissiones noui cœli & terræ, in quibus iusti  
 habitet, diuinitus factæ per Esaiam 66. cap. Petrum 2.  
 epist. 3. & Ioannem in Apocalypsi 21. cap. de æterna gloria  
 intelligendæ sunt, quæ electi ex gratia dei post uniuersale iu-  
 dicium ornabuntur. Et hunc esse sensum docent omnes cir-  
 cumstantiæ, si diligenter expendantur. Immerito ergo Mun-  
 teriani adeo crudeliter & sanguinarie, scripturis contra  
 ipsarum genuinum sensum abusi sunt. Quod si tale aliquod  
 regnum in terris futurum esset, ubi quæso uel unica literæ

2.  
 De nouo  
 cœlo, &c.

## ADVERSVS ANABAPT.

*Sacra scripturae praecipitur pijs ut impios occidant? Non lo-  
 quor hic de gladio commisso magistratui & eius usu, sed de  
 eo suo loco dicam. E diuerso autem docent scripturae, pios et  
 fideles in regno Christi ab impijs opprimendos, ad finem usq;  
 saeculi, multiplicandam iniquitatem, pijs autem haec patien-  
 tia uicenda esse: uenturum enim Christum dominum qui suos  
 consolabitur & liberabit, impios uero perdet aduentu iudicij  
 sui. Atq; hoc Christi & apostolorum uerba docent, Re-  
 frigescet charitas, & multiplicabitur iniquitas. Veruntamen  
 filius hominis quum uenerit, num reperiturus est fidem  
 in terra? Erit sicut in diebus Noe & Loth, &c. Quum dixe-  
 rint pax pax, tunc repentinum eis superueniet exitum. Anti-  
 christum dominus conficiet spiritu oris sui, & illustri aduen-  
 tu suo abolebit. Insuper ut disertis uerbis in euangelio docen-  
 tur, zizania creuerunt inter bonum semen, & seruis dicen-  
 tibus domino, Vis ne abeamus & colligamus ea? respondet  
 ille: Non: nequando dum colligitis zizania, eradicetis simul  
 cum eis triticum. Sinite simul crescere utraq; usq; ad mes-  
 sem, & tum messoribus dicam ut zizania colligant ad ex-  
 urendum ea. Et paucis interiectis interpretatio sequitur: zi-  
 zania esse impios seu filios diaboli, messem esse consumma-  
 tionem saeculi, messores autem angelos, &c. Matth. 13. Con-  
 tra hanc sententiam Muncerus cum sua factione prorumpit  
 in medium, & id facere conatur quod solam angeli faciunt,  
 uel potius nouissimo demum die facturi sunt: atq; hoc mo-  
 do satis declarat, se nullas instituti sui iustas causas habere,  
 sed recta euangelio aduersari, atq; diabolis quam angelis si-  
 miliorem esse.*

3. *Cum principes tyrannice imperant & miseram plebem  
 opprimunt, ministri ipsos grauius admoneant, ut patres  
 sint populi non uastatores: atq; doceant, nisi id fiat, iudicium  
 dei & graues poenas illis imminere. Ideoq; concionatoribus  
 etiam*

3.  
 Quomodo  
 cum tyran-  
 nicis prin-  
 cipibus  
 agendum.



etiã aduersus principes ratio habenda est oppressæ plebis, quemadmodum in scripturis prophetarũ exempla docent. Hoc autem fieri oportet docendo & grauitè admonendo, nõ ut subditis gladius præbeatur in caput & fortunas principum suorum. Prohibet scriptura maledicere magistratui, Exod. 22. nedum eos occidere. Et Apostolus: Quisquis se (inquit) opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem ferent. Quod si hoc loco Munceriani dicant hæc dici de pijs principibus, non de malis, qui tanquam canes rabidi trucidandi sunt, opponemus illis Petri uerba, qui ait: Omnes honorate. Fraternitatẽ diligite. Deum timete. Regem honorate. Subiecti estote cuius humane ordinationi propter dominũ: siue Regi, ut qui præsit: siue Præsidibus, ut qui per eum mittantur tum ad ultionem malefactorum, tum ad laudem recte agentium. Quoniam ita est uoluntas Dei, ut bene agendo obturetis os amentium & stultorum hominum. Vt liberi, ac non ueluti uelamen habentes malitiæ, libertatem, sed ut serui Dei. Famuli subditi sint cum omni timore dominis, nõ solum bonis ac humanis, sed etiam iniquis. Quamobrem cum huic tum alijs etiam claris & a pertis scripturarum locis, & mandato dei sese Munceriani opposuerint, miseram plebem cõtra magistratus suos incendendo & irritando, manifestum est, ipsos nõ tales esse quales uideri uolebant, prophetas diuinitus missos, sed hos potius de quibus Petrus & Thaddæus apostoli uaticinati sunt. 2. Petri 2. Similiter & isti somniatores seu sopiti, carnem quidem poluunt, dominatum uero reiiciunt, & dignitates cõuitijs inuassunt. At Michael archangelus, quum aduersus diabolum certans, disceptaret de corpore Moysis, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit, Increpet te dominus. At isti quæ nõ nouerunt, ea conuitijs incessunt: quæ uero naturaliter ut animantia rationis expertia sciunt, in ijs corrumpunt.



ADVERSUS ANABAPT.

puntur. Væ ipsis: nam uiam Cain ingressi sunt, & deceptioe mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Core perierunt. Non potuissent certe horum hominum seditiones & ipsorum interitus exactius depingi, quam à sanctis Apostolis hæc depicta esse in his uerbis quiuis cernit. Exempla quidem seditiosorum in sacris literis & Iosepho miseri illi uidere potuerunt, ueluti Theude, Iude Galilæi, & cuiusdam Aegyptij, prætextum uero suæ seditionis nullum plane habent. Atq; authores seditionis in illo tumultu plebeiorum hominum, non tantum plurimos insipientes ac miseros homines (qui tamen & ipsi auaritia & inobedientia peccarunt) turpiter seduxerunt & perdiderunt, uerum etiam sanctum Christi euangelium grauitur infamarunt, quasi seditionem docuerit, cum tamen illam potius satan mendax & homicida ab initio per tales nebulones excitauerit. Deus opt. Max. à periculosissimis his seditionibus nos defendat & conseruet.

Adhortatio ad principes.

Propter hæc autem quæ contra seditiosos dicuntur, principes & magistratus non superbiant, quin potius curent, ne miseram plebem tyrannide opprimant, ac sint potius patres plebis, ut ab ipsis diligantur, non odio habeantur aut metuantur. Nam quamuis subditis seditionem aduersum magistratum non licet mouere, tamen alijs etiam rationibus deus magistratum superbiam, iniustitiam & tyrannidem punire nouit: id quod docent exempla Pharaonis, Exodus 14. Nabuchodonosoris, Danielis 4. Ioas, 2. Paral. 24. et aliorum etiam principum. Certum præterea est, deum clamenter exaudire preces & gemitus eorum qui iniuria afficiuntur & ui opprimuntur, Lucæ 18. Pauperum, uiduarum & pupillorum preces nubes penetrant, & perueniunt ad aures domini sabaoth. Qui itaq; maiori potestate predicti sunt, ueluti Imperatores, Reges, Principes, tueantur miseros: &

ros: & quoniam gladium gerunt, non patientur prefectos suos tyrannidem exercere, uerum pacem & tranquillitatē ac incolumitatem omnium, ius item & æquum tucantur & conferuent.

Refutatio dogmatum Munceri, De cōmunionē bonorum: De plena satisfactione domini nostri Iesu Christi: De externo & uero dei uerbo, seu de concionibus: De coniugio infidelium, an sit legitimum. Cap. 3.

**D**E cōmunionē omnium bonorum et opum deinceps com-  
 modiore loco dicam. Peccauit autem in hac re Muncerius admodum graui-  
 ter. Nam cum bene nosset pauperes alioqui opulentioribus inuidere & eos odisse, nihilominus tamen illos sua de bonorum cōmunionē doctrina cum diuitibus cōmisit, & hac ratione effecit, ut multi mortales non modo opibus, uerum etiam uita spoliarentur. Etsi uero olim ab initio bonorum cōmunionē in Hierosolymitana ecclesia in usu fuit, tamen neq; Paulum neq; alios apostolos usquam legitimus inter gentes in aliqua ciuitate sanciuisse et præcepisse se huiusmodi cōmunionem sub pœna amittendæ salutis. Verum illi hominum salutem querebant, & paci studebant: Munceriani uero seditiōibus & turbis student, ac aliorum opes, honores, & diuitias quærunt: id quod complures Anabaptistæ odio & inuidia accensi, in animo subinde uersant. Impium uero ac blasphemum nulloq; modo tolerandum est horrendum Munceri dogma, quod ille contra plenam doctrinam nostri Iesu Christi satisfactionem euomuit. Nempe, mendacium esse (audi quæso quàm iracunde & uenenate impudicus ille homo loquatur) Christum pro nobis satisfacisse, ueluti molles illi scripturarum interpretes doceant. At quæso Muncere, hæc non tantum molles scripturarum interpretes,

Cōmunionē bonorum.

Contra blasphemum dogma, Christum non esse nostram satisfactionem.

ADVERSUS ANABAPT.

sed graues & austeri propheta, unà cum Ioanne Baptista, & beatis apostolis dicunt. Legatur nanq; Esaia 53. cap. & obseruetur quoties & q̄ expresse & disertis uerbis ppheta dicat: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eū, & liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus, et posuit dominus in eo iniquitatē omnium nostrum. Quid quæso euidētius? quid etiā uehementius dici posset? An nō sufficit quod dicitur omnia nostra peccata, oīa in quā nostra peccata, illi imposita esse, eaq; portasse ipsum tanquā uerum illum caprū expiatoriū, imō ea à nobis sustulisse, uulneribus illius nostra uulnera et languores ac dolores, poenā uidelicet & culpā sanatā esse. Eat nunc Muncerus & præclarū hoc testimoniū de perfecti Christi pro nobis satisfactione neget: quod si negare non potest, confiteatur se in eo in quo molles concionatores accusat, aduersus Christum agere. Nōne uero Ioannes Baptista Christum digito demonstrans inquit, Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi? Agnum autem dei esse, quid aliud est quàm esse deo acceptum & perfectum sacrificium? sacrificiū propitiatorium pro peccato, propter quod nobis peccata à deo non imputantur. Nōne etiam apostoli Christum nominant nostram redemptionem, propitiationem, reconciliationem, & pretium seu satisfactionem pro nobis? Legantur uerba Pauli, Rom. 3. & 5. 1. Corinth. 1. 2. Corinth. 5. Galat. 3. 1. Tim. 2. Hebr. 9. & 10. capite: item Ioannis 1. epist. 2. & 4. cap. Hæc autem testimonia omnia falsa erunt, si Christus non est plenum & absolute solutum pro nobis pretium, seu liberatio & satisfactio nostra. Quod si uera sunt, Munceri dogma non modo falsum est, uerum turpe & blasphemum, à nemine Christiano tolerandum aut audiendum. Quod autem dicitur homines fieri

Christus  
hircus ex  
piatorius.

Christus  
agnus dei.



fieri socordes, cum prædicatur, Christū sua passione unicam  
 nostram satisfactionem esse, ad id antea multis in locis sæ-  
 pe respondi, & ostendi, fidem in mortem Christi nostri libe-  
 ratoris, nō facere homines negligentes, sed industrios & ze-  
 lo ardentis. Quinetiam fideles etiam si multa bona opera fā-  
 ciunt, certum tamen est ipsos non attribuere illis satisfactio-  
 nem pro peccatis cum ignominia crucis Christi: sed potius  
 secundum Christi doctrinam, se seruos esse inutiles agno- Luc 17.  
 scunt. Quod si nullum præterea erroneum dogma Munce-  
 rus habuisset, tamen hoc solum tanti coram deo momenti est  
 & ponderis, ut non mirum sit ipsum adeo grauius à deo pu-  
 nium esse. Negare enim Christum plenam nostram satisfā-  
 ctionem esse, perinde est ac Christum cum maledictis Iudæis  
 abnegare, spernere, & reijcere. Quid contumeliosius dici  
 posset? De talibus uero hominibus Petrus hæc uaticinatus 2. Pet. 2.  
 est: Fuerunt olim pseudoprophetae in populo, ut etiam inter  
 uos erunt falsi doctores, qui subintroducunt hæreses exitia-  
 les, etiam dominum qui illos mercatus est (notetur quæso di-  
 ligenter hæc sententia) abnegantes, accersentes sibi ipsi ce-  
 lerem interitum. Et multi sequentur eorum exitia, per quos  
 uia ueritatis blasphemabitur. Et per auaritiam fictis sermo-  
 nibus uos negotiabuntur, &c.

De externo uerbo, hoc est de libris scriptis & ipsa an- De uero del  
 nuntiatione uerbi Dei, libenter fatemur sacram scripturam uerbo.  
 non nominari aut esse uerbum dei propter sonum uocis, aut 4.  
 propter literas atramento chartæ inscriptas: interim tamen  
 affirmamus scriptorum uerborum sensum uere ac certò esse  
 dei uerbum. Nam Ieremiæ 36. Baruch dicitur scripsisse ex Scripturæ  
 ore Ieremiæ, omnia uerba quæ deus illi dixerat, eaq; in li- esse uerbū  
 bro conscripsisse. Nominantur autē hoc loco conciones Iere dei.  
 miæ uerbum dei, quod deus Ieremiæ locutus est, nec illis ali-  
 quid detrahitur quod ore Ieremiæ dictabatur, & à Baruch



ADVERSVS ANABAPT.

quo in libro conscribebantur. Quare aperte dicimus, uerum dei uerbum esse uerba illa quæ sacris literis continentur & ore ministrorum annuntiantur, adeo ut hi qui hæc audiunt, & illis credunt, uerbum dei audiant & illi credant. Addimus præterea plus millies hoc à prophetis repeti: Sic dicit dominus: cum tamen non alia quàm prophetarum uerba au-  
 direntur: & quanuis in mente interna uox sonat, nihil tamè aliud est quàm quod externo uerbo indicatur. D. Petrus, Renditi, inquit, estis nõ ex semine mortali, sed ex immortali, per sermone dei uiuum & manentem in eternũ: et allegat Ieremie uerba: Verbum domini manet in eternũ: atq; addit: Hoc autè est uerbum illud quod euangelizatum est nobis. Cũ autem his cõtraria Muncerus dicat, D. Petro apostolo cõtradicit. Similiter D. Paulus: Gratias, inquit, agimus deo indefinenter, quod acceptũ sermonẽ, quẽ audistis à nobis de deo, exceperitis nõ pro sermone hominũ, sed (sicut erat uere) pro dei sermone. 1. Thef. 2. His autè tam euidẽtib; scripturarũ testimonijs, potius fides habeatur quàm omnũ Enthusiastarum delirijs. Illi enim externo dei uerbo detrahunt, & publice id cõtem-  
 nunt, ut aditũ sibi hac ratione patefaciant, quo uisiones suas & somnia, quæ scripturarum testimonijs carent, libere iactare queant, & dicere, Spiritus reuelauit, pater inuisit. Quibus si quis contradiceret, & scripturam ac uerbum dei proferre iuberet, ut tum scilicet illi libere respondere possent: Quid mihi mortua litera opus est, cum uiuum dei uerbum in uiuo spiritu habeã? Perinde quasi spiritus ille à quo sacra scriptura inspirata est, sibi ipsi possit contradicere. Est itaq; hic error Enthusiastarum impudens ac perniciosus.

Quare externum uerbum deprimatur.

Deus ordinarie conuertit uerbo suo in sermone.

Fatemur autem hoc loco libenter, externum uerbum ab homine prædicatum per se ac solum corda non conuertere, uerum oportere ut interius gratia dei spiritu suo cor moueat. Attamen ordinaria ratione fit hoc simul cum prædicatione

tione uerbi dei, ueluti Act. 16. de Lydia scribitur, audiuisse  
 illam concionem Pauli, Deum uero cor eius aperuisse, ut at-  
 tenderet ijs quæ dicebantur à Paulo. Cum itaq; Paulus 1.  
 Corinth. 3. dicit, Neq; is qui plantat est aliquid, neq; qui ri-  
 gat, sed deus qui dat incrementum: non reijcit plantationem  
 & irrigationem, hoc est externum uerbum: nam paulo post  
 addit: Etenim dei sumus administri. Quamobrem confide-  
 retur ordo dei (qui solus corda trahit & illuminat spiritu  
 suo prout libuerit,) quo continetur externa uerbi eius præ-  
 dicatio, Rom. 10. & facile apparebit Munceri neniã de  
 illuminatione spiritus, quæ immediate absq; uerbi prædica-  
 tione fiat, inane & mendax figmentum esse, dei uerbo con-  
 tradicens. An nõ quæso potuisset deus Eunuchum illum Ac-  
 thiopem, Act. 8. & Cornelium Act. 10. illuminare uel spi-  
 ritu suo, uel per angelum aliquẽ absq; ministerio prædican-  
 tium literam: & tamen illis concionatores mittit Philip-  
 pum & Petrum. Quamobrem cum Paulus Corinthios, in  
 posteriore epistola 3. cap. epistolam nominat non atramento  
 scriptam, sed uiuo dei spiritu, non reijcit externum ministe-  
 rium, uerum eos non tantum externũ uerbum audiuisse in-  
 quit, sed corda quoq; ipforum spiritu diuino illuminata esse,  
 sic ut uere credant, & uiuam fidem factis declarent. Multi  
 enim uerbum externum audiunt, qui tamen non credunt, ut  
 Ioan 6. uideri potest. In summa, huc spectabat Munceri do-  
 strina, ut ministerium uerbi dei iiceretur, & è medio tolle-  
 retur. Hac autem ratione satan homines huc adigit, ut nihil  
 certi habeant, & perturbati tandem desperent. Etenim si  
 ut olim Eue matri nostræ, ita nobis quoq; uerbum dei è con-  
 spectu remouerit, quid tandem spectabimus, quo cursum no-  
 strum postea dirigemus? Nam si uerbum dei (quod Paulus ad  
 Rom. 15. ait ad nostram consolationem esse scriptũ) non am-  
 plius pro genuino uerbo dei agnoscimus, digni sumus qui de-

ADVERSVS ANABAPT.

eipiamur ab his, qui nescio quod inuisibile ac occultum uerbum fingunt, quod ipsi æque ac nos ignorant ubi & quidam nam sit, ut sic tandem neq; uerbum dei, neq; ullam aliam solidam consolationem habeamus.

Matrimonium infidelium legitimum & honestum esse.  
6.

En autem quàm impure & immodeste magnificus ille Munceri spiritus, coniugium & thorum maritalem infidelium atq; carnalium negat impollutum esse, sed fornicem & satanæ lupanar nominat. Neq; dubito quin si fœdus & turpius aliquid potuisset scribere, non intermisisset. Ex hac uero tam pura & spiritali Munceri doctrina hic fructus est consecutus, quod quidam impuri nebulones persuaserunt, iuxta Pauli uaticinium 2. Timoth. 3. stultis mulierculis, ut relictis proprijs maritis ipsos sequerentur. Persuasæ enim erant, fidelem, hoc est rebaptizatam mulierem, non posse cohabitare marito non rebaptizato. Non enim matrimonium sed diabolicam scortationem esse: ideoq; quandiu talis mulier cum Gentili marito habitat, pollutam esse & alienam à salute. Coniungit autem hoc loco Muncerus nomina infidelis & carnalis: nam omnes homines qui non sunt sue sectæ, carnales & Gentiles reputat. Qualia autem connubia spiritalia contraxerint, in quibus tamen carnaliter concubuerunt, & hoc modo prostibulum & satanicum lupanar instituerunt, deinceps exponetur cum de liberis Anabaptistis agemus. Verum hos impuros spiritus qui uis uitet, ac potius quid de hoc dogmate uerbum dei pronunciet animaduertat. Paulus Hebr. 13. Honorabile, inquit, est inter quosuis coniugium, & cubile impollutū: scortatores autem & adulteros damnabit deus. Quod si aduersarij dicant, hæc tantū de fidelibus intelligenda esse, non de infidelibus, aut illis coniugijs in quibus alter coniugum infidelis est: opponam breuitatis causa Pauli uerba responsionis loco, quæ extant 1. Cor. 7. ut ipse Paulus sit suiipsius interpres. Vxor à uiro ne discat:

Lib. 2.  
cap. 3.



dat: quod si discesserit, maneat innupta, aut uiro reconcilietur. Et uir uxorem ne dimittat. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit ad habitandum cum eo, ne dimittat eam. Sanctificatus est enim maritus infidelis per uxorem: & sanctificata est uxor infidelis per uirum: alioqui nempe liberi uestri impuri essent: nunc autem sancti sunt. His uerbis non puto aliquid clarius & aptius in hac causa proferri posse. Merito autem Lutherus contra Anabaptistas Monasterienses scribens, inquit: Si matrimonia in Papatu adulterij & scortationis loco habenda sunt (ut ipsi dicunt, extra fidem non esse matrimonium) age ergo an non confitentur se spurios esse? quod si illegitimi sunt, quare maiorum suorum bona possident? Aequum certè esset ipsos in nouis his matrimonijs nouas quoq; opes sibi parare. Neque enim decet tam sanctos & spirituales homines, ut uiuant ex iniustis & meretricijs opibus, aut ut easdem alijs ui & latrocinijs auferant, &c.

De Baptismo qui à Muncero extenuatur, suo loco dicam. Nunc Muncerum Anabaptismi primum authorem, cuiusq; doctrinam, quam satis conuictam & refutatam esse spero, omittam, ac denuo me ad Anabaptismi historiam couertam, & in ea progrediar.

De progressu & incrementis inchoati Anabaptismi: præcipue tamen quomodo Tiguri separationem & Anabaptismum quidam inchoarint, & magno cum motu inter aliquos sparserint.

Cap. 4.

**E**T si Muncerus sub exitum uitæ suæ, & suum scelus confessus erat, & errorem reuocauerat, tamè nihilominus discipuli eius, quorum multi passim erant, nihil hac re moti sunt, nisi quod non ita aperte & crasse in impios & magistratus inuehebantur, ut gladio Gedeonis per tumultum eos



ADVERSVS ANABAPT.

delegerent. Quæ tamen clandestinæ ipsorum cogitationes fuerint, alijs temporibus ostenderunt, Monasterij & alijs in locis. Interea tamen reliquos articulos Munceri urgebant & docebant, De uerbo dei subtili non scripto, De uisionibus et reuelationibus, De cõmuniõne bonorum, De Anabaptismo contra Pædobaptismũ. Quæ tamẽ omnia quotidie nouis erroribus, ex uisis somniantis sui spiritus augebant, atq; ita ab uno errore, ut fieri solet, in alium prolabebantur, resq; ipsorum indies deteriores fiebant.

Exortus  
Anabaptis-  
mi Tiguri.

Quæ uero alijs in locis Anabaptistæ ab initio fecerint, quem progressum, & quenam incrementa habuerint, alijs qui uoluerint describendum relinquam. Quæ autem in his nostris regionibus per Anabaptistas in ecclesia Christi facta sunt, & quomodo Anabaptismum, & rebaptizatas ac schismaticas suas ecclesijs initio instituerunt & propagarunt, & earum causa tumultuati sunt: quomodo item uerbo dei uicti sunt: breuiter & uere cõmemorabo. Nam bonã harum rerum partem ego ipse uidi & audiui. Quemadmodũ uero (ut superius indicauimus) Thomas Muncerus, nouum suum dogma epistolis & libellis strenue ac celeriter in superioris ac inferioris Germaniæ regionibus disseminauit, & multi ei similes, homines inquieto spiritu præditi, & noua quædam ac rara subinde meditates, illa auidè receperunt & propagarunt: ita etiã Tiguri quidã nõ indocti, uerũ contentiosi homines, Mũceri (qui tum in uiuis erat, et quũ, ut diximus, Griessæ esset, in aliquorũ notitiã uenerat) scripta diligenter legebat, et ea scriptis Lutheri et Zuinglij lōge præponebant. Quin & ipsi Zuinglio palãm in faciem dicebat, Muncerum uerum prophetam esse, qui causam ueri uerbi dei, & noui regni Christi, recte agere instituerit.

Peruicax  
& inuidus  
spiritus A-  
nabaptista-  
rum.

Hi omnes simul conspirabant, ac multa clandestina colloquia habebant, tota reformatio quæ tum instituebatur, illis displicis

displicebat, ut nimis angusta & exilis, non satis spiritualis,  
 alta et perfecta. ipsorum uero aliqui sperabant se munus pro-  
 fitendi linguis adepturos: cum uero hoc ipsum quod desidera-  
 bant, grauius de causis non statim adipisci possent, Zuinglium  
 accusabant, quod non serio rem ageret, ac quosdam alios re-  
 iiceret: itaque odio in illum concepto, omnibus in rebus, in qui-  
 bus aliqua occasione se habere arbitrabantur, illi sese oppo-  
 nebant. Veruntamen in omnibus his rebus semper gloria dei,  
 recta edificatio ecclesie & regni Christi, prætendebatur.  
 Tandem autem aliquando precipui ipsorum qui hanc causam ur-  
 gebant, Zuinglium, utpote eo tempore summæ ecclesie apud Separatio  
quæsitæ  
 nos pastorem, accesserunt, ac grauius et compositis uerbis ar-  
 guebant, eum tarde & frigide res ecclesie & regni Christi  
 agere. Tempus nunc esse, & spiritum urgere, ut res maiori stu-  
 dio agantur: alioqui nullam esse spem salutis. D. Petrum fide-  
 libus dixisse, Eripite uos a natione ista praua. Apostolos etiam Act. 24  
 segregasse seipsos ab impijs, et deseruisse communes ecclesias,  
 fideles uero Hierosolymis separatim conuenisse. Requiritur er-  
 go etiam apud nos separationem ab alijs ciuibus, ut colligatur  
 pura ecclesia genuinorum dei filiorum, qui præditi sint spiritu  
 dei, & ab ipso regantur. His Zuinglius respondet: Ipsorum Separatio  
illis negat  
tur.  
 separationem & diuisionem sibi planè displicere. Apostolos  
 quidem segregasse se, sed ab illis qui manifesti hostes euangelij  
 erant. Nunc uero esse multos honestos uiros qui uerbo dei se  
 non opponant, de quibus sit magna spes, qui tamen separa-  
 tione offenderentur, ac prorsus deficerent. Ecclesiam non pur- Matth. 23  
 gari factionibus, imò semper in ecclesia aliquid reliquum fore Ioan. 13. 15  
 quod emendandum sit, neque talè fore statum regni Christi, qualè  
 sibi imaginentur. Quod si ex ecclesia omnia mala extirpare Rom. 12  
 uoluerint, quenam xizania angelos collecturos esse nouissi- Philip. 2  
 mo die? Inter alia uero dicebat: Quæso fratres dilecti, ne ni- Ioan. 10  
 mium tribuatis uobisipsis, patienter ferte infirmas et aegras Luc. 15  
Ephes. 5

## ADVERSVS ANABAPT.

oues, quæ etiam ad ouile Christi pertinent, separate potius uos ipsos ab operibus tenebrarum. Me quidē ad huiusmodi separationē & diuisionem, qualem uos instituitis, non pertrahetis, neq; enim coram deo possum.

**Pædobapti  
sini reiectio  
& Anaba-  
ptismi do-  
ctrina.**

Cum igitur de hac re utraq; pars diuultūq; contendisset, facile animaduertebāt Zuinglij aduersarij, se per ipsum non posse id, quod statuerant, perficere, itaq; alia ratione conuantur separationē suam promouere, & peculiarē ac segregatam ecclesiā instituire. Incipiunt ergo Pædobaptismum damnare, clamant baptismū infantum non à deo institutum, sed à Nicolao Pontifice inuentū esse, ideoq; iniquū et ex diabolo esse. Cum autē infantū baptismus non sit legitimus, atq; ideo etiam non simus baptizati, oportere fideles baptizari denuo, ut sint sancta ecclesia dei. Propter hoc autem dogma Baptistæ & Anabaptistæ nominati sunt, quos quidam antea Enthusiastas nominarunt. Zuinglius uero facile animaduertebat, unde Anabaptismus ortus esset, & in quē finē ipso uti statuissent, nepe ad separationē: itaq; cum hæc nō clam, sed publice agerent, publice quoq; contra eos prædicare cœpit, & grauitè monebat, ne sacrum baptismum tesseram suæ fæctionis & schismatis facerent.

**Separatio  
seu schis-  
ma.**

Creuit hoc disidiū breui in tantū, ut magistratus pius & fidelis in hac causa se interponeret, ac utranq; partē ad familiare & amicū colloquiū hortaretur. Verum contentiosus spiritus ita in Anabaptistis confirmatus erat, ut nulla colloquia familiaria, nulle admonitiones scriptæ, ipsos frangere,

**Colloquiū.**

& ab instituto dimouere possent. Itaque 17. Ianuarij anno Christi 1525 publicū colloquiū seu disputatio coram senatu, ciuibus & doctis habita fuit, & breui post alia 20. Martij die eiusdē anni. Præterea præcipui Anabaptistarum grauitè admoniti fuerunt, ut ab instituto desisterent, et quiescerent. Posteaquā uero Anabaptistæ experti sunt, se in his collo-

**Anabaptis-  
mus.**



colloquijs disputando nihil potuisse efficere, cum tamen nihilominus à quibusdã confirmarentur, qui euangelij oppressionẽ et Papatus incrementa sperabãt, ad quod præsens contentio inferuiebat, cœperũt audacter suã causam denuo agere, ac palãm et diserte præ se ferebãt, se causam suã nõ modo uerbis, uerum etiã sanguine proprio uelle testari. Itaq; in urbe, passim in uarijs latibulis, baptizare audacter cœperunt.

Qua ex re maior q̃ antea motus exortus est. Nam quidã etiã in regionẽ extra urbem egressi, illic quoq; suam causam agebant. Quidã ipsorũ salice aut reste cincti, cum Iona clamabant, Tigurũ paucis diebus submergendũ, Væ Tiguro, Væ, uæ: Agite pœnitentiã: securis ad arborem posita est. Interea uero in segregatis suis ecclesijs cõmunionem honorũ docere cœperunt. Clamabant strenue cõtra superbiã, contra crapulam & ebrietatẽ, contra blasphemias & alia scelera. Vitam in speciem spiritualem agebant: erant graues, multum suspirabant, non ridebant: uehementes erant in correptionibus, magnifice loquebantur: ut his rebus sibi admirationẽ & auctoritatem apud simplices & pios homines cõpararent. Illi nãq; aiebãt: Dicant alij de Anabaptistis quicquid uelint, nihil aliud ego in ipsis uideo quã grauitatem, nihil etiã audio, quã non iurandũ, nemini iniuriã faciendã, pie & sancte omnibus uiuendũ esse: itaq; nihil mali & iniqui uideo.

Hac autem ratione multos mortales in his regionibus deciperunt, et quasi excæcarunt. Quidã ipsorũ in ministros ecclesie & magistratũ inuehebantur, idq; tam impudenter & seditiose, ut in carcerem coniecti sint, & uaria ad ipsos melius erudiendos cum eis acta sunt. Itaq; aliqui cum promississent se renunciaturos suo errori, impũcti dimissi sunt: nonnulli qui se non patiebantur erudiri, uerum pertinaciter in instituto perseuerabant, custoditi & asseruati fuerũt, ne maioris seditiõis et turbarũ authores essent: atq; hi deinde par-

Pœnitentis  
tiz proclama-  
tio.

Aliqui in  
carcerem  
coniecti  
sunt.

ADVERSVS ANABAPT.

sim pecunia mulctati sunt, partim extra fines & pomeria  
nostrae regionis relegati. Hinc autē factū est ut Anabaptistae  
& ipsorum fautores cum in agro tum in urbe grauer con-  
quererentur, ui omnia agi, ueritatem opprimi, ac innocētes  
& pios homines, qui nihil aliud conentur quā quod uerbo  
dei contineatur, non audiri, neq; illis pro ipsorum necessitate  
liberā dicendi facultatē dari, id quod uel auditu misera-  
bile sit: petere ergo se, ut secum iure agatur, & sibi fiat di-  
cendi copia. Simul etiam Zuinglius grauer accusabatur,  
quod nemini loqui permitteret, & ueritatem in aduersario-  
rum suorum ore & quasi gutture opprimere conaretur: itē  
quod hac ratione, causam suam non uerbo dei, sed clamori-  
bus & magistratus imperio tueretur.

De publica disputatione, quae Tiguri cum Ana-  
baptistis habita est: & quid deinde magistratus  
de Anabaptistis statuerit. Cap. 5.

**H**uiusmodi uehementibus querelis Anabaptistarū, &  
asiduis precibus Zuinglij & reliquorū ministrorū,  
qui publicā & liberā disputationē petebant. permotus sena-  
tus Tigurinus, instituit publicā & liberam disputationem,  
eamq; hac forma publicauit. Omnes illi quicūq; ex sacris li-  
teris tueri, probare & defendere uolunt Pædobaptismū à  
diabolo institutū, Anabaptismū uero iustū esse, ideoq; se ius-  
te ac bene fecisse arbitrātur, q. rebaptizati sunt, quicq; hoc  
nō iniquū putāt: infantes autē existimāt non esse baptizandos:  
hos oēs simul, seu separatim singulos, ad diem lune, qui  
proximē sequitur diem omnium sanctorū, ad publicā disputa-  
tionē uenire nostra est uoluntas & sententia: illic enim sin-  
guli sufficienter audientur, & id quod iustum & equūq; fue-  
rit deinde statuetur, &c. Quaestiones uero de quibus dispu-  
tandum erat, hae fuerunt.

1. Christianorum liberi non minus dei filij sunt quā  
parentes

Disputatio  
nis cum Anabaptistis  
promulgatio.

parentes ipsorum, æque atq; in ueteri testamento. Quod si dei sunt, quis illis baptismum aquæ negabit?

2. Circūcisio apud ueteres, quoad signum, idē fuit quod nobis est baptismus: ut ergo infantes circumcisi fuerunt, ita etiam baptizandi sunt.

3. Anabaptismus nullū testimonium, exemplum aut probationē ex uerbo dei habet: quare qui se rebaptizant, Christum denuo crucifigunt, uel ex pertinacia, uel studio & uoluntate aliquid innouandi.

Quo autē huiusmodi disputatio recto ordine institueretur, neq; audaciæ aut impudentiæ alicui locus esset, ne alij aliorū sermones interrumpere, sed iustus ordo in dicēdo seruarietur, præsidēs disputationis cōstituti sunt honesti ac pij uiri, Vuolphgangus Ionerus abbas Capellanus, Cōradus Schmid cōmendator (ut uocant) Kufnacensis, D. Sebastianus Hofmeister minister ecclesiæ Schaphusianæ, D. Ioachimus Vadianus consul Sangallensis.

Præsides  
disputatio-  
nis.

Anno itaq; 1525. die 6. Nouēb. qui disputationi destinatus fuerat, cōuenerūt Tiguri magna frequētia ecclesiarū ministri, et alij uiri docti, Anabaptistæ itē cū præcipuis suæ sectæ ducibus, qui undiq; ex uicinis etiā regionibus, ut S. Gallo, et alijs aduenerāt. Aderāt etiā legati ex agro Tigurino peculiariter euocati, eo q; apud ipsos Anabaptismus cresceret, ac multi cōquererētur, Anabaptistas non audiri, ut illi præsentēs audirent ea quæ cum Anabaptistis agebātur, quo deinde eadē domi suis ecclesijs referre testariq; possent.

Disputatio.

Inchoata est disputatio in curia Tigurina, apertis portis præsentis senatu uniuerso. Verum cum Anabaptistæ disputare iam inceperāt, alia factio Anabaptistarū eodē irrupit, inter quos quidā alta uoce clamabāt, Sion Sion, letare Hierusalem, &c. Qua ex re cum magnus tumultus & hominum constipatio orta esset, uisum est disputationis locū mu-

Disputatio  
habita in cu-  
ria & eccle-  
sia.



ADVERSUS ANABAPT.

tare, & in summū templum trāsferre, ubi omnibus qui ad-  
esse uellent, dicendi & audiendi idoneus locus esset. Erant  
illie intra cancellos seu septa quedā, duæ mensæ positæ, una  
cōcionatoribus, altera Anabaptistis qui disputabant: duras  
uit hæc disputatio 6. & 7. atq; 8. Nouembris, hoc est, inte-  
grum triduū singulis diebus à mane ad uesperam. Quæ igi-  
tur utrinq; tum allata sunt commemorare cum nimis lon-  
gum, tum etiam difficile mihi esset, attamen hoc unum præ-  
terire non possum. Quidam Anabaptistarum sæpe inter  
disputandum à præcipuis suæ partis disputatoribus petie-  
rat, ut se cum Zuinglio congregari permitterent, se enim  
breui finem actioni huic impositurum. Hunc sedabant &  
coercebant eius in Anabaptismo fratres, quippe qui illius  
institutū nossent, quod Zuinglium adiurare decreuisset, ut  
interroganti sibi ueritatem fateretur. Sperabat autem ip-  
sum planè responsurum, Pædobaptismum è diabolo, Ana-  
baptismum uero è deo esse. Cum uero sæpe reprimeretur,  
tandem tamen prorupit. Nam meridie cum iam omnes con-  
surgerent, ad Zuinglium accurrit, clamans, Adiuro te  
Zuingli per deum uiuum, ut mihi ueritatem dicas. Zuin-  
glius uero confestim illi respondit, ac ait, Faciam: ac dico te  
tam malum atque seditiosum rusticum esse, qualem alium  
senatus noster habet neminem. Hoc inexpectato responso  
obstupuit Anabaptista: populus uero ridebat, atque omnes  
consurgentes domum discedebant.

Quid post  
disputatio-  
nem cū An-  
abaptistis  
actum sit.

Finita disputatione uniuersus populus testabatur sibi in  
hac causa satisfactum esse, soli Anabaptistæ in instituto suo  
perseuerabant, quare in senatum uocati sunt, & grauius  
admoniti, quandoquidem publice in ecclesia coram omni  
populo satis edocti & fortiter conuicti sint, debere eos deo  
gloriam dare, & ab instituto suo, quod nullis fundamentis  
nitatur,

nitatur, desistere. Cum autem nihil ab ipsis impetrari posset, in carcerem deducti atq; illic custoditi fuerunt. Verum breui postea spe emēdationis dimissi sunt, additis minis, grauter ipsos puniendos fore si denuo res turbare & factionū auctores esse pergerent.

Deinceps autem amplissimus Senatus urbis Tigurine, summam totius disputationis, quæ cum Anabaptistis habitafuerat, scripto comprehendit, & addito graui interdicto Anabaptismi, id in agrū mittit, cuius scripti hæc erat sentētia.

Testimoni-  
um magis  
stratus de  
disputatio-  
ne, & edit-  
um cōtra  
Anabapt.

Notū est haud dubie uobis, idq; à multis audire potuistis, quemadmodum à multo iam tempore quidam homines priuati, qui sibi ipsi docti uidebantur, in medium proruperunt, qui absq; testimonijs sacrarum literarum apud simplices ac pios homines (qui alioqui in uerbo dei ad diligendum deum & proximum bene edocti, bona inter se pace fruebantur) proposuerunt, prædicarunt, et absq; omni ecclesiæ consensu annuntiarunt, baptismum infantum nō ē deo sed ē diuolo ortum esse, neq; usurpari debere. Atq; hi deinde Anabaptismum quendam excogitarunt, & multis hominibus imperitis sacrarum literarum futilibus suis sermonibus persuaserunt, ut hunc Anabaptismum reciperent: reputantes se cæteris meliores esse. Qua ex re dissensiones, inobedientia, & contentiones, factiones item aduersæ Christianæ charitati ortæ sunt, illis in locis & inter eos homines quibus optime inter se conueniebat. Quamobrem nos aliquot ex auctoribus Anabaptismi & eorum discipulis in carcerem coniecimus, pecunia multauimus, & bis, ipsis postulantibus, de infantibus & Anabaptismo colloquium seu disputationem instituimus. Cum autem semper uicti essent, et à nobis partim, eo quod pollicerentur se Anabaptismum dimissuros, impuniti dimissi forent, partim uero ex agro nostro relegati: tamen illi nullo respectu suarum pollicitationum, nihilominus ad

## ADVERSUS ANABAPT.

nos uenerunt, & suam falsam doctrinā contra infantum baptismum in simplici populo disseminarunt. Quamobrem de nouo illic alia factio Anabaptistarum exorta est, ac nos hac de causa eosdem Anabaptistas cepimus, & eorum sectatores pecunia multauimus.

¶ Nouēbr. 2525. Cum autem aliqui Anabaptistæ, qui inter nos sunt, denuo à nobis postularint ut ius illis dicamus & disputationem instituamus, nos, ut superiores disputationes eo essent pleniores, cōsensimus, & omnes qui Anabaptismum defendere uoluerunt uocauimus, constituto illis die lunæ, qui omnium sanctorum diem proxime sequitur. Postquam uero Anabaptistæ cum suis sectatoribus contra Huldrychum Zuinglium, Leonem Iudæ, & Casparem Megandrum, ac alios qui infantum baptismum defendebant, integro triduo à mane ad uesperam in curia nostra & in summo templo disputarunt, nobis ipsis, & multis cum uiris tum mulieribus presentibus, et singuli Anabaptistæ sufficiēter, nemine impediēte, et absque iurgijs sententiā suā exposuerunt, denuo tamen firmissimis testimonijs sacrarū literarū, ueteris & noui testamenti, declaratum est, Zuinglium cum suis sectatoribus Anabaptistas uicisse, reprobasse Anabaptismum, & approbasse baptismum infantum.

Anabaptistarum origo & progressum.

In eadē præterea disputatione cōspicue & diserte apparuit, authores Anabaptismi, qui primi factionē sectāq; hanc instituerunt & de hac re cōtenderunt, audaci et arroganti impudentiq; animo, nulloq; bono spiritu, hac in re ductos esse, instituisseq; Anabaptismum, ut peculiarem factionem et sectam sibi adiungerent, contra dei præceptum, in contemptum nostrum qui ciuili magistratu fungimur, ad plantandā inobedientiam, & euertendam charitatem Christianam erga proximum. Ipsi enim, ut supra diximus, se cæteris Christianis meliores & absq; peccato esse opinantur: id quod ipsorum



psorum uerba, facta, gestus & habitus aperte indicant.

Quamobrem nos sancimus ac uolumus, ut deinceps omnes uiri, scemina, adolescentes atq; puella, Anabaptismum deserat, neq; posthac usurpent, insantes etiam baptizari curent. Qui uero cōtra hoc edictum fecerit, argenti marca in singulas legis transgressiones mulctabitur. Quod si aliqui cōtumaciores fuerint, in eos grauius animaduertetur. Nam eos qui obtemperauerint tuebimur, inobedientes uero pro ipsorum merito mulctabimus, nihil illis amplius cōdonantes: quare sibi quisq; caueat. Atq; hæc omnia firmamus publicis his literis, signatis nostræ ciuitatis sigillo: quæ datæ sunt die D. Andreae, Anno 1525.

Anabaptismus prohibetur.

Quæ cum doctore Balthassaro, Anabaptistarum præcipuo, Tiguri gesta sint: & pœna in Anabaptistas sancita. Cap. 6.

Cum publicum edictum à senatu Tigurino contra Anabaptistas promulgatū esset, fortè eodē tempore D. Balthassar Hubmeier Pacimontanus Vualdshuio profugit. Nā cum eo in loco aliquo tempore euangelium prædicasset, tandem à uafriis qui usdam Anabaptistis deceptus & in infelicem ipsorum sectam pertractus est. Multum uero omnes Anabaptistæ de hoc uiro gloriabantur. Audacter enim Anabaptismum, totamq; sectam ipsorum, scriptis publicis & cōcionibus plantabat, & multa innouabat. Quare uiros bonos illic in periculum coniecit, & ut Euangelio priuarentur effecit: id quod compluribus alijs pagis & oppidis accidit, ut per infelicem hanc sectam Euangelio spoliarentur. Libro D. Balthassari, quem pro Anabaptismo contra Pædobaptismum in publicum edidit, responderunt publico etiam scripto Zuinglius & Oecolampadius.

D. Balthassar Vualdshuri quid egerit.

Capta igitur urbe Vualdshuto 6. Decembris, D. Balthassar Tigurum inde profugit, & ibi clam absconditus late-

D. Balthassar capitur.

ADVERSUS ANABAPT.

bat. Cum autem Anabaptistarum præcipuus esset, quippe qui & ipse scriptis & sermonibus se multum iactasset, & ab Anabaptistis in precio haberetur, & tamen interea abditus lateret, Senatus illi manus iniecit, neque tamen in grauiori carcere, sed in ipsa curia in custodia ipsum habuit. Missi sunt illuc ad eum amplissimi senatus decreto, ecclesiarum ministri, & senatores certi, qui illi dicerent: ipsum iam olim literis ad amplissimum senatum datis, pollicitum esse, se probaturum uerbo Dei & ipsius Zuinglij scriptis, Pædobaptismum non legitimum, uerum pueros primum docendos, et tum demum baptizandos esse. Quare debere ipsum nunc promisso suo satisfacere: paratos enim esse ut ipsum placide & benigne audiant.

An Zuinglius in suis scriptis Pædobaptismum reiecerit.

Ad hæc D. Balthassarus respondet: se hæc pollicitum esse, et ostendere etiam Zuinglio 18. ipsius conclusionem, in qua scriberet, pueros docendos, & ita demum baptizandos esse. Zuinglius respondet, se eo loco diserte scripsisse infantes antequam baptizatos fuisse: deinde etiam se locutum esse de doctrina qua pueri sint erudiendi. Nunc quoque se eiusdem esse sententiæ, eos qui in infantia baptizati sunt, docendos deinde esse cum rationis usum habuerint: fuisse etiam olim Catechumenos cum ex gentilismo homines ad Christum conuerterentur, qui primum docebantur, & postea demum baptizabantur, cum fidem profiteri possent. Hinc autem non sequi, sese uel docuisse uel scripsisse Pædobaptismum non esse legitimum, ideoque infantes non esse baptizandos. Cum ad hæc D. Balthassarus nihil responderet, altera actio sequuta est, ut scripturarum testimonijs Pædobaptismum improbaretur. Diu hic multumque disceptatum est, cuius authoritatis essent testimonia è ueteri testamēto adducta. Contēdebat enim D. Balthassarus, ea tantum argumēta esse firma quæ ducerentur è nouo testamento, neque multum tribuebat ueteri testamēto.

Post

Post longam disceptationem D. Balthassarus palinodiam pollicetur: quam tamen senatus ab ipso non petierat, uerum ipse sponte se obtulit, & formulam etiam recantationis conscripsit. Hanc cum senatus uidisset & assensus esset, finita concione in templo olim D. Virgini sacro, suggestum ille conscendit, ut quemadmodum pollicitus fuerat recantaret. Verum in ipsa oratione in aduersam partem deflexit, & seipsum purgabat, ac Anabaptismum defendebat. Exortum itaque est murmur in templo, & Zuinglius qui in altero suggestu (duo enim tum in eo templo erant) stabat, sermonem eius interrupit & populum sedauit. Doctor uero in carcerem reductus est. Qui cum interrogaretur quid sibi uoluisset hoc facto, an ne tumultum concitare uoluerit? respondit, se ignorare quid nam locutus sit, quod si aliqua dixerit in Anabaptismi defensionem, id à Satana factum esse.

D. Balthassarus  
fari ficta palinodia.

Cum hoc modo causa eius prorogaretur ad 6. usque diem Aprilis anni 1526. pollicitus est se denuo uere & bona fide recantaturum, & in posterum nihil habiturum commercij cum Anabaptismo, pariter & Anabaptistis. Quare fide habita promissionibus & iuramento ipsius, Tiguri primum in ipsa urbe, deinde Gossouua in Groningensi agro recantauit, & libertati restitutus atque pacate dimissus est. Verum ipse non sincere in ueritate perstitit. Nam in Morauiam descendit, ac ad Anabaptismum redijt, & multarum turbarum author fuit: quamobrem captus & capitali supplicio est affectus. Ex tota autem hac actione perspicue apparet, Anabaptismum male admodum fundatum esse, cuius principes & auctores nihil probarunt, & tam turpiter & misere in eius causa se gesserunt.

D. Balthassarus  
fari uera palinodia.

Etsi autem hac Balthassari actione complures simplices & quasi errabundi homines resipuerunt, nihilominus tamen multi adhuc contumaces erant inter Anabaptistas, qui neque

De poena  
Anabapt.



ADVERSUS ANABAPT.

hac neq; alijs rationibus ut resipiscerent mouebatur, sed firmiter & immote in cōtumacia sua perseuerabāt, neq; cessabant seditiosas ad populū conciones habere, seducere alios et rebaptizare: nullo respectu misericordiae, qua magna in ipsos senatus usus fuerat, neq; promissionū et iuristurandi ac fidei datae: & cum rectā & audacter cōtra hęc facerent, cōstantiam in fide id nominabant. Denuo igitur aliqui ex eorū numero in carcerem coniecti & mulctati sunt, nonnulli etiam capitis supplicio affecti. Nam quia leuioribus poenis & uenia data à magistratu nihil efficiebatur, & tamen omnes interea uiderent & sentirent causam hanc spectare ad magnum aliquod malum totius reipublicae & populo in urbe pariter et agro, motus est amplissimus senatus, ut publicae pacis & tranquillitatis causa, Anabaptismum capitis supplicio interdiceret.

Edictū capitale aduersus Anabaptismū.

Edictum hoc postmodum anno 1530. typis euulgatū est, in hanc sententiam. Cum ad nos relatum sit aliquos ditionis nostrae homines, contra edicta grauisima, magno cōtemptu nostro, ad introducēdos perniciosos errores, peruersam Anabaptistarum sectam amplecti & illi nomen dare: alios uero his auxilio esse, hospitio ipsos excipere, & uocare, ac sustentare: praeterea etiam erroneae horum doctrinae, ac occultis concionibus & coetibus se adiungere: & quoniam hęc secta ad magistratum & honestarum rerum publicarum interitum potissimum spectat, decernimus serio & grauisimē, summa qua possumus autoritate, fide, et animo paterno, ut omnes respectu grauium poenarum et nostrae indignationis, perniciosos hos coetus et erronea dogmata fugiant, neq; illis adhaereāt. nullū illis auxiliū, hospitium, locūue praebent, nō sustentēt, nō domo & tecto recipiant, nullā cōmunionē & societatem cū illis habeāt, ac omnino uniuersi hac in re quieti penitus se ab illis separent. Nam omni de illis suspicione ca-  
rere

rere uolumus, neq; ipsos in nostra ditione & sub imperio nostro ullo modo tolerabimus.

Quamobrem grauius precipimus omnibus nostræ regionis incolis & aliquo modo coniunctis, et nominatim prefectis superioris & inferioris ordinis, apparitoribus, procuratoribus, iudicibus, ecclesiarum senioribus, & ecclesiarum ministris, ut sicubi comperiant esse Anabaptistas, nos (pro reiurando quo obstricti sunt nobis) moneât, nusquam eos ferant aut augeri patiantur, sed manus ipsis iniiciant, & eos nobis tradant. Nam Anabaptistas cum suis fautoribus & sectatoribus, ut legibus nostris statutum est, capite: eos uero qui ipsos iuuant, non indicant, pellunt, aut captiuos nobis tradunt, pro merito ipsorum absq; ulla uenia puniemus, ut uiolatæ fidei & iurisiurandi, quod magistratui dederunt, reos.

Quæ Basileæ & Bernæ cum Anabaptistis & aduersus eos acta sunt. Cap. 7.

**E**odem tempore non tantum Tigurinae urbi & ecclesiae Anabaptistæ molesti erant, & ipsam turbabant, uerum etiam aliæ ciuitates & ecclesie harum regionum grauius ab illis molestabantur & exercebantur. Anno enim Christi 1525. Basileæ turbas & factiones excitare cœperunt. Quidam enim ipsorum Oecolampadium eodem modo aggressi sunt, quo Zuinglium ipsos aggressos diximus: uerum eadem ab ipso responsionem acceperunt: amicam etiam disputationem cum illis Oecolampadius habuit, quæ deinde autumno eiusdem anni in publicum edita est, ita ut non sit necesse plura de ea scribere. Deinceps uero sequentibus annis Basileæ tot turbæ admodum impudenter & audacter ab Anabaptistis excitatæ sunt, tot homines ab obedientia magistratum auocati, ut amplissimus senatus facile perspiceret, carere & grauibus pœnis inquietos & seditiosos homines do-

Quæ Basileæ contra Anabaptistas acta sunt

## ADVERSVS ANABAPT.

mandos & compescendos esse. Itaq; multi ex eorum numero in urbe & agro in carcerem deducti sunt, & ut æquitas ferebat, pro ipsorum merito puniti.

Anno 1527. Iunii mensis die 10. quidam ipsorum in publicum producti sunt, & cum illis Oecolampadius & ceteri ecclesiarum ministri solide & accurate disputarunt, de Pædobaptismo, de Anabaptismo, de Magistratu, de Iureiurando, & reliquis Anabaptisticis dogmatibus. In hac disputatione Anabaptistæ denuo uicti sunt, & acta disputationis scripto comprehensa & in publicum sunt edita.

Anabaptismi ortus Vuormatiæ.

Eodem anno Ioannes Dentius, & Ludouicus Hetzerus, duo rabini & principes Anabaptistarum, Iacobum Kautzi um, ecclesiæ Vuormatiensis ministrū, in Anabaptismū pertraxerunt: sic ut cōclusiones de Anabaptismo ederet, de quibus disputare præsumperat. Has autem publico scripto ecclesiæ Argentiniensis ministri confutarunt. Atq; hac ratione Kautzius, seu Latino nomine Noëtua inauspicata auis, euangeliō Christi & ecclesiæ in illis regionibus inchoatæ parum profuit. Quemadmodum eo tempore ubiq; pestilens Anabaptismus multum impedijt Euangelium & illud eiecit.

Anno deinde Domini 1529. rursus alia disputatione Basiliæ cum nouem Anabaptistis habita est, qui erroris cōuicti sunt. Huiusmodi disputationes plures publice & priuatim habitæ sunt, attamen contentiosis et cōtumacibus hominibus nūquam satisfieri potuit.

Quæ Bernæ cum Anabaptistis acta sint.

Anno uerò 1528. cum Bernæ celebris disputatione haberetur, quæ sub finem superioris anni 1527. addita salui conductus promissione, publice denunciata fuerat, in ipsa actione disputationis Anabaptistarum aliqui Bernam uenerunt. Verum cum illi ad disputandum non uenirent, sed latenter et in angulis abditi dogmata sua spargerent, atrociter interim aduersus uitia clamando, ac si nulli concionatores Bernæ essent



sent qui scelera grauiter corripere, senatus manum illis iniecit, et eos ad finem usq; disputationis in Prædicatorum cœ nobis sub custodia habuit. Ianuarij deinde die 22. in curiam ad amplissimum senatum Bernensium deducti sunt. Eo loco amice & sufficienter auditi sunt, presentibus uiris doctis ex urbe & peregrinis, qui disputandi causa Bernam uenerant, à quibus Anabaptistæ de errore euidenter & firmis rationibus conuicti sunt, & quid uerum esset satis edocti, exiguo tamen ipsorum cum fructu, etenim in sua contumacia perseuerabant.

Anno deinde 1531. alia disputatio Bernæ habita est cū quodā præcipuo Anabaptista nomine Pistormaior, qui cōuersus est et Anabapt. deseruit. Hæc disputatio in publicū edita est. Disputatio cum Pfister meiero.

Sequenti anno 1532. mense Iunio, ab amplissimo senatu Bernensis ciuitatis scriptū quoddā in hæc sententiā euulgatum est. Quo uniuersis satisfiat, ac nemo conqueri possit ueritate coerceri, & ui ac inauditā opprimi, instituumus publicam disputationem in nostræ ditionis oppido Zofinga in Argouia, in primū Iulij diē. Promittimus aut saluum conductū ueniendi & redeundi omnibus Anabaptistis, quicumq; tādē illi fuerint, &c. Ut aut omnia bono ordine agerentur, quatuor præsides disputationis constituti sunt. Durauit hæc disputatione nouem dies: & disceptū est inter ministros ecclesie Bernensis et Anabaptistas, De iudice huius disputationis. De missione Anabaptistarū, an sit diuina. De ecclesia. De excōmunicatione. De magistratu. De iureiurādo. De concionatoribus. De baptismo. Cōsignata aut est hæc disputatio à iuratis notarijs, et in publicū deinde edita: ita ut nūc nō necesse sit pluribus de ea agere. Hactenus breuissime et uerè ichoati Anabaptismi progressum & incrementa enumerauimus: atq; huic è regione opposui, q̄ sortiter illi pij magistratus & ecclesiarum ministri restiterunt: quoties præterea Anabaptistæ euiden-

ADVERSUS ANABAPT.

ter refutati & conuicti sint, idq; corā magistratibus & uni-  
 uersa ecclesia: interea tamen principes eorū inuicta pertina-  
 cia nolebant uicti uideri, & piorū magistratuū ac ministro-  
 rū operam, labores, sumptus, misericordiam, admonitiones,  
 & ueniam ipsis sepe datam reiecerunt et spreuerunt. Quā  
 autē hoc sit Christiano dignum & honestū, quiuis equus iu-  
 dex, neutri parti addictus, statuatur. E contrario tamen multi  
 uiri probi Anabaptismum ueneni instar uitarunt: quidam ea-  
 tiam honesto animo præditi, Anabaptistas deseruerunt, ac se  
 honeste gesserunt: nonnulli uero eo relicto ita impure et pe-  
 tulanter uixerunt, ut re ipsa testarentur, ea quæ in Anaba-  
 ptismo fecerant, ex mera hypocrisis ab ipsis facta esse.

De communi doctrina & institutis, item de ua-  
 rijs & diuersis Anabaptistarū schismatibus. Ca. 8.

**D**Einceps quā potuero breuissimè indicabo, quænam  
 dogmata cōmunia sint Anabaptistis (id quod superius  
 quoq; aliqua ex parte ostendimus) & quæ sint quorundam  
 priuata: hoc est, in quæ miras et multiplices factiones et schis-  
 mata tēporis progressu diuisi sint. Inuitio separationem præ-  
 cipue spectabant, ut ecclesiam separatā haberent. Quamob-  
 rem qui huic separationi assentiebantur, & deserebant Pa-  
 pisticas & euangelicas & omnes alias ecclesias, ut uiue-  
 rent in nouo Anabaptistarum ordine, quæ ueram Deoq; gra-  
 tam Christianam ecclesiam nominabant, hos principes se-  
 ctæ in suam ecclesiam per Anabaptismum recipiebant, in se-  
 gnum separationis, ad pœnitentiā & emendationē uitæ. Hi  
 autē postea uitā in speciem sanctā agebant, uituperabāt acri-  
 ter auaritiā, superbiam, iuramenta, sermones obscenos, et  
 immodestiam hominū, comotationes & crapulā: frequen-  
 ter de morte ueteris hominis loquebatur, etc. In summa, ma-  
 gna & uaria erat ipsorum hypocrisis.

Deinde uero cum ipsis spiritus, ut ipsi ferebant, aueretur,

Instituta  
 primorum  
 Anabapti-  
 starum.

Dissensio-  
 nes Anaba-  
 ptistarum.

tur, quotidie multa mutata & nouata sunt à fratribus, quæ passim stulti homines, tanquam articulos coelitus demissos recipiebant. Ex aduerso tamen alij exoriebantur, qui hæc spiritu suo reuelante, uituperarent: interim tamen ipsi quoque aliqua in medium proferebant, quæ cæteris displicebant & ab eis reijciebantur. Anabaptistis enim hic planè idem accidit, quod illis cõtingere solet qui semel à recto itinere aberrant: hi enim quo longius progrediuntur & plus ambulant, eo magis & longius aberrant. Posteaq̃ uero uarias in partes ac multũ diuersas inter se diuisi fuerũt, coeperunt scipos mutuo excommunicare et damnare. Ex omnibus tamẽ Anabaptistis quidã populus collectus est, quos Generales aut cõmunes Anabaptistas nominare possumus: nam communẽ doctrinam, quæ quondam communis fuit Anabaptistis, adhuc maiori ex parte retinent. Horum autem dogmata & instituta his capitibus continentur.

Scipos unicam, ueram & Deo gratam Christi ecclesiam <sup>1.</sup>  
 censent, ac docent eos qui per Anabaptisimum in ipsorum ecclesiam recepti sunt, non debere ullam communionem habere cum Euangelicis & Christianis nostris ecclesijs, aut cum alijs quibusuis. Ecclesias enim nostras non esse ueras ecclesias Christi, non magis quã Papistarum aut aliorũ. Hoc autem hac ratione probare conantur. In ipsorum ecclesijs esse conspicuam & manifestã uitæ emendationem, in illis aut ecclesijs quæ Euangelicæ nomenentur, prædicari quædã ex Euangelio, neminem tamen emendari, ac omnem populum impudentem et peccatis ac sceleribus obnoxium esse. Non autem fas esse aliquã cũ tã impuro populo communionem habere.

Deinde aiunt nõ modo hæc in plebe desiderari, sed etiam alia in ministris ecclesiarum; nempe in personis & ministerio ipsorum. In personis ipsorum, quod non legitime & ordine ad ministeriũ sint uocati. Quod nõ sint præditi his re-

Cõmunita  
 Anabaptistarum dogmata.



ADVERSUS ANABAPT.

6. bus quas Paulus 1. Tim. 3. in ministro requirit. Quod ea quæ  
 7. alios docent, ipsi non faciant. Quod stipendia habeant, et nō  
 laborent, atq; ideo uentris ministri sint.  
 In ministeriis ipsorum multa desiderari aiunt, cū in doctri  
 8. na tum in administratione sacramentorum. Doctrinam enim  
 unius concioni astrictam esse, cū tamē Paulus iubeat, ut si a  
 lij fuerit reuelatum audenti, prior taceat, & alterum con  
 cionari patiatur.  
 9. Concionatores non seruare uerba, et illis tantum inhere  
 re, sed scripturam interpretari. Nō autem esse scripturam  
 pro cuiusq; peculiari interpretatione exponendam.  
 10. Conciones ministrorū esse leues: docere nāq; ipsos, Chri  
 stū satisfecisse pro peccatis, & homines fide iustificari corā  
 Deo, non operibus. Cum tamen hac mundi improbitate bona  
 opera magis sint urgenda & exigenda.  
 11. Docere præterea ipsos, legem homini impossibile esse ad  
 seruandum, cū tamē scripturæ ubiq; legē seruare iubeant.  
 12. Charitatem quæ omnium bonorum communionem requi  
 rit, non recte doceri à concionatoribus: quippe qui doceant,  
 Christianū hominem posse aliquid proprium habere, & di  
 uitem esse: cum tamen charitas potius omnia cum fratribus  
 communia habeat.  
 13. Commiscere præterea concionatores uetus & nouū Te  
 stamentum, et tamen uetus abrogatū esse, nihilq; inter Chri  
 stianos ualere: atq; eos qui in ueteri Testamento fuerunt, ni  
 hil pertinere ad eos qui in nouo sunt.  
 14. Incertum esse quod concionatores tradant, animas rectā  
 à morte corporea in cælos migrare: dormire enim ipsas usq;  
 ad nouissimum diem.  
 15. Multa etiam ipsos magistratui tribuere, cuius tamen nul  
 lus inter Christianos usus sit: quippe qui tantum sibi patien  
 16. Christianū non posse fungi magistratu. (dum sciant.  
 Magistra=

Magistratū non debere curare causas religionis aut fidei. 17.  
 Christianos illis qui vim inferant non resistere : ideo iudi- 18.  
 cijs opus non habere, neq; etiam Christianos illis uti.  
 Christianos non occidere, neq; carcere neq; gladio puni- 19.  
 re: sed tantum excommunicatione.

Neminem ad fidem vi & imperio cogendum esse : nemi- 20.  
 nem etiam fidei causa occidendum.

Christianos non defendere sese, ideoq; bella non gerere, 21.  
 neq; ea in re magistratui obtemperare.

Sermonem Christianorum esse etiam etiam, non non, eos 22.  
 in uniuersum nō iurare, ideo nullum iusiurandum iurare, id  
 enim peccatum esse.

Præterea aiunt hoc quoq; desiderari in ministerio con- 23.  
 cionatorum, quoad administrationem sacramentorum, quod  
 infantes baptizent. Baptismum enim infantium ē Papa &  
 diabolo ortum esse.

Anabaptismum uerum Christianorum baptismum asse- 24.  
 runt: quippe qui confitentibus ad pœnitentiam detur, illis in  
 quam qui edocti & rationis usu præditi sunt.

Concionatores nulla uti separatione, et peccatores nō ar- 25.  
 cere à cœna domini, neque ullam excommunicationem ha-  
 bere.

Has & alias plures eiusdem generis causas afferunt An-  
 baptiste, propter quas necessario se à nobis separari dicunt,  
 neq; posse nobiscum permanere, nisi à nobis pollui & omni-  
 um pœnarum participes esse uelint. Itaq; se ad conseruan-  
 dam propriam salutem & iram Dei euitandam, summa ne-  
 cessitate urgeri, ut proprias ac separatas ecclesias instituāt,  
 & illarum causa, quæcunque Deus ferenda dederit, patian-  
 tur.

Postularet autem nunc hic locus peculiarem consutatio- Ordo huius  
 nem singulorum dogmatum, ut ea scripturarum testimonijs ius libri.

## ADVERSUS ANABAPT.

Et ueris argumentis subuerterentur: uerum ego in instituto meo pergere malo. Enumerabo autem et cas, quarum mentionem feci, et alias etiam sectas et peculiare factiones Anabaptismi, et easdem aliquantum, ubi necesse uidebitur, refutabo, ac tum demum ad generales Anabaptistas me conuertam, et ad singulos articulos iam commemoratos respondebo: adducam etiam eorum argumenta, non quidem omnia, sed potissima, et quam illa sint firma, examinabo.

De Anabaptistis Apostolicis & ipsorum erroribus, ac eorum confutatione. Cap. 9.

Sectas Anabaptistarum uarias esse.

**N**onnulli arbitrantur impossibile esse, ut omnes Anabaptismi differentie, contrarie opinioniones, et perniciosae ac horrendae eorum sectae et factiones ordine commemorarentur. Et quidem uerum est, ex illorum numero paucos inter se consentientes reperiri, ita ut singuli peculiare aliquod mysterium, hoc est figmentum, habeant. Ideo non conabor hoc ut exacte et copiose describam omnes eorum sectas, et unius cuiusque cerebrosi hominis figmenta: hoc enim non tantum mihi impossibile, uerum etiam lectori ualde molestum esset. Quare tantum adducam praecipuas aliquot et notissimas ipsorum factiones, quae cum ab alijs literis mandatae sunt, tum etiam aliorum fidei relatione et testimonijs cognitae, et publice etiam manifestae et notae sunt.

Anabaptistae Apostolici.

Post generales ergo Anabaptistas inter peculiare ipsorum factiones, primo loco eos ponimus qui se Apostolicos nominarunt: ab Apostolis scilicet et apostolica ecclesia, cui se conformes reddere uolebant. Hi tantum nudam scripturae litteram spectabant. Itaque per regiones uagabantur absque baculo, calceis, pera, nummis, et caelestem suam uocationem ad

1. uerbi ministerium magnifice praedicabant. Et quia dominus dixit, Quod in aurem audiui, annuntiate in tectis: tecta con-
- scendebant



scendebant & de illis concionabantur. Pedes sibi inuicem  
 lauabāt, & cum pueris repuerascendū esse dicebant, ideo q̄  
 pueriliter, hoc est, stulte & inepte se gerebāt. Præterea quo  
 niam à domino dictum est, eum qui non domū & omnia que  
 habet deserat, non posse discipulum suum esse: uxores, li-  
 beros, domos, & sua opificia ac negotiationes deserebant, et  
 per regiones uagabantur, ac apud fratres diuertētes, eos ex-  
 hauriebant: qui deinde eos tanquam graues & molestos fi-  
 cos excommunicabant. In docendo hoc urgebant, neminem  
 quicquā priuatum aut proprium debere habere, sed omnia  
 bona opesq̄ communes esse oportere: neminem enim Chri-  
 stianum simul & diuitem esse posse. Non tamē in hac bono-  
 rum cōmunionē eiusdem sententiæ fuerūt. Aliqui enim ipso-  
 rum nudipedes & noui Franciscani erant, qui piaculum exi-  
 stimabant pecunias tangere, aut aliquid proprium habere.  
 Aliqui uero hoc non inter peccata numerabant, tantum ut is  
 qui aliquid proprium habet, id non sibi soli seruet, uerum a-  
 lijs etiam impartiat, neq; quenquā fratrum quatenus opes  
 sufficiunt, egere patiatur. Quibusdā in locis, ut in Morauia,  
 ferunt ipsos dispensatorem aliquem & cōmuniē loculum  
 habuisse. Verum nō diu concordēs manserunt. Omnes hi pa-  
 rati sunt ut sese mutuo facile Satane tradāt et excōmunicēt.

Miserum hoc & perturbatum hominum genus, quā cras-  
 sa sit ipsorum stultitia, factis suis & re ipsa declarāt, qui lite-  
 ram ipsam scripturæ et uerba pluris faciunt quàm uerum et  
 genuinum sensum. Dixit quidem Christus discipulis, Ne ha-  
 betote aurum aut argentum, neq; per am ad iter, neque cal-  
 ceos, neq; baculum: uerum circūstantiæ et alia loca scriptu-  
 rarum his collata, et ipse apostolorum usus, satis declarant,  
 dominum in hunc finem hæc dixisse, ut ostēderet discipulos  
 non debere sollicitos esse, etiamsi his rebus quæ commemorata  
 sunt, ipsos nō instruxerit, & ad iter pararit. Res enim ne

Confutatio  
 Apostolico  
 rum Ana-  
 baptistarū.  
 Qua ratio-  
 ne Aposto-  
 lis prohibi-  
 ta fuerint,  
 perg, calcei  
 baculi.

1.

ADVERSUS ANABAPT.

Luce 22.

Act. 21.

cessarias illis non defuturas, quandoquidem omnis operarius dignus sit mercede sua. Ad hæc notū est Apostolos ea quæ ipsis necessaria erāt habuisse, sic ut domino eos interrogate, Cū absq; loculo et pecunia uos misi, num quid uobis defuit? responderent, Nihil. In actis apostolorum ita perspicue cernitur, ut negari non possit, Philippum domum & honestam ac iustam rē familiarem habuisse, quemadmodū et Philemō habuit. Fuere quidē initio à domino apostoli misi pro rerū, temporum & locorū ratione, qui in initijs passim per prouincias euangelium prædicarent. Perfecto autē eorum ministerio & ecclesijs cōstitutis, episcopi seu pastores manentes cū suis gregib. ecclesias administrarūt. Ab his cū Paulus rogat ut hospitales sint, certe non ita passim oberrabant ut domo & familia carerent. Quod autē apostoli à Christo domino in diuersas orbis partes misi sunt, nihil ad Anabaptistas pertinet: non enim is qui tum apostolos misit, ideo nunc Anabaptistas misit, cum alia tum tēpora atq; alia etiā cause fuerint. Præterea Anabaptista nullam uocationē sui cursus habent, neq; ulla iusta signa & argumenta habent ut apostoli, eius uocationis quam sibi uendicant. Quamobrem magnificæ iactationes, Anabaptisticæ ab ipsis confictæ uocationis, eorum ministeriū non iuuant. De huiusmodi enim apostolis dominus ipse loquitur: Currebant ipsi, & non mittebam eos.

In tectis  
prædicare  
quid sit.

2.

Peculiaris quoq; dicendi forma tum tēporis fuit, qua domini usus est, iubens apostolos in tectis ea prædicare quæ ipsis in aurem dicta fuerant. Nam ut in aurē loqui, arcanum aliquid esse significat: ita in tectis prædicare, est arcanum illud publicare et euulgare. Quare his uerbis nihil aliud discipulis dominus significauit, quā ipsos debere fideliter ministerio uerbi fūgi, et nihil earū rerū celare, quæ illis cōmissæ et initio tāq; arcanū et mysteriū aliquod indicatæ sunt, sed hæc omnia

omnia clare & dilucide proponere. Hoc si concionator omnibus locis, ubi decet, fideliter fecerit, nihil illi in teētis negotij erit. Verum apostolicæ, hoc est, Anabaptisticæ simiæ, libenter in altum conscendunt, ut à simplicioribus conspiciantur qui sint.

Præterea quod Christus dominus discipulis pedes lauit, omnibus fidelibus hoc factō exemplū humilitatis præbuit, ac docuit ipsos, seposita arrogantia, mutuo sibi inuicem in charitate seruire. Hoc si facimus, id præstamus quod dominus lotionē pedum docuit, neq; ulla cerimonia opus est, neq; etiam ulla tum à domino Iohannis 13. instituta est: ut alibi satis probauimus.

Exemplum puerorū quod ab ipsis adductum est, non huc spectat ut sensu pueri fiamus, aut puerorum stultitiam, & que in illis imperfecta et uitiosa sunt, imitemur: sed ut Matthæi 18. dominus docet, ut non ambitiosi aut auari simus: & ut Paulus monet, Fratres, ne sitis pueri intelligentia: sed matritia pueri, intelligentia uero adulti sitis. Quanta quæso hæc insania est, quod ipsorum aliqui ausi fuerunt tam turpiter abuti uerbo domini, ut id huiusmodi actionibus prætexerēt, quas nos absque ueniæ & honoris præfatione ne nominare quidem audemus. Verum ita confundi & infatuari oportet eorum sapientiam, qui ueræ diuinæ sapiētiae nō auscultant, & stultitiam ab ipsis confictam pro sapientia uenditant.

Quod in euangelio dominus docet, dominum & euangelium ipsius ab homine Christiano præ uxore, liberis, re familiarī, & omnibus emolumentis diligendum esse, id hunc sensum habet: Si res nostræ huc spectent, ut uel Christum ac uerbum eius, uel nobis cōiunctos, corpus item & uitam, honores ac opes deserere & negligere seu cōtemnere oporteat, ut tum hæc temporaria potius quam æterna negligamus. Dum nulla talis est necessitas, & salua religione, atque

Lotio pedum.  
3.

Pueris similes fieri.  
4.

1. Cor. 14.

Deserere domum, uxorem, & liberos.  
5.



ADVERSUS ANABAPT.

1. Tim. 5.

absq; abnegatione ueræ fidei, corpus, honores, opes & reliqua bona nostra retinere possumus, non iubemur uerbo dei deserere domum & uxorem ac liberos, & passim per regiones uagari. Audiatur uerbum domini ecclesie reuelatum per D. Paulū, qui ait: Si qua uidua (uel quiuis Christianus) liberos aut nepotes habet, discant in primis in propria domum pietatē exercere, & uicem rependere parentibus: hoc enim est honestum & acceptum coram deo. Et paulo post: Illa igitur denuntia, ut irreprehensibiles sint. Si quis suis, & maxime domesticis, non prouidet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Quare cum Apostolici & reliqui Anabaptiste, familias, quas habent, deserunt, & passim uagantur, non faciunt quod honestum est & acceptum coram deo. Nam, ut Paulus docet, aperte uerbo et mandato dei aduersantur, ac multifariā reprehensibiles sunt, quinimo nisi redeant ad curandos liberos, nepotes & familiam, fidē abnegarunt, & infidelibus deteriores sunt. Nusquam enim ipse deus peculiari uocatione contra suum præceptum uxores & liberos deserere, atq; huc & illuc passim in prouincijs uagari iussit. Qua enim ratione uocationē prædicandi & circueundi per prouincias, quam iactant, contra expressum hoc dei uerbum probabunt? Vocati utiq; sunt, ut laborarent manibus, & familiam curent: hoc nanq; cum præsentium alijs etiam locis scripturarum diserte traditur. Atqui deus contra expressum suum uerbum nullas huiusmodi obscuras ac illi contrarias et diuersas uocationes facit. Sed Anabaptiste sibiipsis confingunt uocationem tam dissimilem et alienam à uerbo dei, quam nunquā probare poterūt. Quare nisi hac ommissa, ad eam uocationem redeant, quam habent ex uerbo dei, infidelibus certe deteriores sunt. Verū aliqui ipsorum obijciunt, se non posse cum uxoribus & liberis manere, eo quod inde eijciantur. Ab his quero quare eijciantur?

cijciantur? An quod in Christum credant, & pie uiuant?  
 Non. Quare igitur? Propter factionem Anabaptismi: quæ  
 factio uitiosa & iniusta est, deo, ecclesiæ, & magistratui  
 aduersa. At uero D. Petrus inquit: Enim uero ne quis ue-  
 strum affligatur ut maleficus, sed ut Christianus, &c. 1. Pet.

4. Præterea cū peculiariter Paulus iubeat, unūquēq; ma- 1. Cor. 7.  
 nere in ea uocatione qua uocatus est, maneat etiam patres  
 & matres familiās, liberi atq; etiam famuli in sua uocatio-  
 ne, ut curent rem familiarem, laborent, obediant & serui-  
 ant, cum à deo aperte uerbo ipsius & re ipsa ad hæc uocati  
 sint, neq; in alienam uocationem irrumpant, & in id uitæ  
 genus, quod nusquam à deo concessum, sed magis interdis-  
 ctum est.

Postremo legimus in scriptis D. Augustini & aliorū pa- Diuitem esse  
se & pro-  
prium alijs  
quid habe-  
re.  
 trum, fuisse ipsorum ætate sectam quorundam, qui nō absq;  
 singulari arrogantiā, se ipsos Apostolicos nominabant: doce-  
 bant hi, neminem diuitē, aut qui facultates aliquas, & quic-  
 quam proprii haberet, Christianum esse, & saluum fieri  
 posse. His non dissimiles fuerunt qui Eustachiani, Encratitæ  
 & Apotactitæ nominati sunt. Qui tamen omnes erroris ex  
 uerbo dei conuicti & damnati sunt. Hunc ueterem & olim  
 damnatum errorem, cum nunc Anabaptistæ reuocent, ip-  
 sos quoq; uicissim uerbo dei erroris conuincimus, & legere  
 iubemus uerba Pauli 1. Tim. 6. quibus docet, quomodo Chri-  
 stiani diuites suis opibus bene utantur, & thesauros in uita  
 æterna parent. Item quæ ab ipso scribuntur 1. Thess. 4. quo  
 loco iubet proprijs manibus operari fideles, et res suas age-  
 re, ut nulla re ipsis opus sit, sed ut alijs quoq; communicare  
 possint. Et ita haud dubie rerum proprietatem & diuitias  
 quoq; Christianis concedit: quemadmodum etiam 2. Cor. 8.  
 & Ephes. 4. & pluribus alijs in locis. De cōmunionē re-  
 rum, suo deinde loco sequetur. Talem uero Anabaptistæ in-

ADVERSUS ANABAPT.

Diuitias  
sua pericu-  
la habere.  
Matth. 13.  
& 19.

ter se cōmunionem rerum habuerunt, ut eorum uite ratio nemini fidelium probari possit aut debeat. Vt autem ad diuitias redeamus, uerum est illas cum magno periculo coniunctas esse: quam ob causam dominus ipsas spinis confert, et facilius esse dicit camelum transire per foramen acus, quā diuitem ingredi in regnum cœlorum. Non tamen diuites ideo ad desperationem adigendi sunt, neq; dicendum, neminem posse saluum fieri qui nō omnes opes elargiatur. Nam cum adolescenti diuiti dominus dixit, Ea quæ sunt tibi, da pauperibus, & ueni et sequere me: huc spectabat, ut agnosceret, se non tam bono loco esse atq; arbitratur: neq; hoc uniuersale præceptum fuit, singulis, si salui esse uelint, opes Dei nomine elargiendas esse. An non enim Abrahamus, Isaacus & Iacobus diuites fuerunt, & tamen nihilominus salutem sunt adepti? An non Iobus magnas opes habuit, & tamen iustus ac timens deum nominatur? An non etiam diuites & opulenti fuerunt, quorum in euangelio fit mentio, Iosephus Ari mathiensis? Mulieres quæ dominū ex Galilæa secutæ sunt? Lucæ 8. Aethiops ille eunuchus Act. 8. Tabitha Ioppensis? Lydia purpurarum uenditrix, & alij plures. Act. 9. & 16. Hæc cum ita se habeant, possunt utique Christiani diuitias deo approbante habere, tantum bene illis utantur, neq; abutantur ad propriam perniciem.

Plal. 37.

De Anabaptistis separatis à mundo, & prorsus spiritualibus: & erroribus ipsorū, ac eorum refutatio. Cap. 10.

Separati  
spirituales  
Anabaptis-  
tæ.

Rom. 11.

F Verunt præterea alij Anabaptistæ, quos separatos à mundo, & prorsus spirituales nominare possumus, cum quibus generales Anabaptistæ multa adhuc communia & similia habent. Hi nihil cum mundo cōmune ac simile habere uolunt: eo quod scriptum sit: Ne configuremini seculo isti.



isti. *Quamobrem, perinde ac si nouus quidam monachorū*  
*ordo esset, regulas constituunt de uestitu, ex qua materia,* 1.  
*qua item forma uestes oporteat fieri: item quā longē,* 2.  
*quā magnæ & laxæ esse debeant. Interim omnem uesti-*  
*tum & ornatum preciosiorem damnant, & eos qui mun-*  
*danis huiusmodi rebus utuntur nominant Ethnicos. Regu-* 3.  
*las etiam præscribunt cibi, potus, somni & quietis, standi*  
*atq; cundi. Quod si aliquem ridere & letum ac hilarē esse* 4.  
*uideant, exclamant illud euangelicum: Væ uobis qui iam ri-*  
*detis, mox enim lugebitis & plorabitis. Alta suspiria du-* 5.  
*cunt, & tristes ac admodum religiosi sunt. Nuptias, conuen-*  
*tus & conuiuia, cantum & musicæ omnem usum fugiunt*  
*& horrent. Fœdera præterea damnant, & armorum gesta* 6.  
*tionem ac usum.*

Huiusmodi uero dogmata ac uita norma horum spiritua *Quid sit es*  
 lium, hoc est, hypocriticorum Anabaptistarum, non minus *figurari*  
 uerbo dei aduersatur quā Apostolicorum, de quibus ante *huic secula*  
 egimus, defectio. Bene quidem docet D. Paulus, Christianos *10.*  
 non debere configurari huic seculo: attamen non hinc effi- *2.*  
 citur id quod Anabaptistæ inferunt. Nempe omne id iniu-  
 stum & uitiosum esse, quod fideles ex more & consuetudi-  
 ne huius seculi, in rebus externis instituunt & faciunt. Di-  
 stinguenda enim figura seu forma, & mos ac cōsuetudo hu-  
 ius seculi. Alia enim forma aduersatur deo, diabolo uero pla-  
 cet, cum scilicet mundum imitamur in rebus malis & ueti-  
 tis: ueluti si conformes nos facimus consuetudini & mori-  
 bus huius seculi, crapula, compotationibus, scortatione, a-  
 uaritia, inuidia, superbia, libidine. Huiusmodi forma fu-  
 gienda est ab omnibus filiis dei, & in his rebus non oportet  
 nos mundo configurari: id quod copiosius apostoli docent *1.*  
 Ioan. 2. Ephes. 4. Alia deinde est forma huius seculi, quæ uer-  
 satur circa res nostris corporibus necessarias, quæ non sunt

## ADVERSUS ANABAPT.

uestitæ à deo, & partim res neutrae & extraneae atq; tem-  
porariae sunt, ueluti, emere, uendere, edere, bibere, quiesce-  
re, uestiri, ire, stare, &c. Huiusmodi rerum non alia forma  
inueniri ac dari potest, quàm illa quã hactenus mundus hã-  
bit, & quæ adhuc in usu & consuetudine est. Quod si quis  
nolit in huiusmodi rebus configurari huic seculo, huic fors  
san non pedibus, sed capite ambulandum esset, neq; eum ue-  
stiri, sed nudum incedere oporteret, & cibum ac potum nõ  
ore, sed alijs membris sumere, neq; alias res consuetas age-  
re quæ ab hominibus huius seculi fiunt, uerum ea peculiari  
et inaudito modo facere. Et certe quidam Anabaptistarum  
ad eo peruerso & præpostero ingenio præditi sunt, ut non  
dubitem, ipsos, si possent excogitare quomodo omnia quàm  
absurdissima & contraria atq; præpostera ratione facerët,  
omnia quàm libentissime facturos esse, tantum ut in uniuersum  
separati nihil penitus cum cæteris hominibus cõmune  
haberent. Verum sacræ literæ nusquam id in fidelibus res  
prehendunt, si in hac secunda forma huic seculo configu-  
rentur.

De libero  
usu uestitiũ.  
2.

Nam quoad uestitum, liberum ipsum homini relinquit,  
modo honestus & modestus, et decorus sit, pro regionis cõ-  
suetudine: ut nihil sit immoderatum et nimium, quod uesti-  
tum faciat indecorum, sed qui conueniat honesto & fideli  
uiro aut mulieri, iuuenibus & senibus, & eos iuste ornet ac  
deceat, pro cuiusq; ratione, consuetudine patriæ, ordine ac  
statu. Non autem opus est alijs regulis, de materia, forma,  
& magnitudine & dimensione uestium. Attamen necesse  
arbitramur, ut luxus, superbia & nimius sumptus uestium  
in concionibus damnetur, quod etiam apostoli, D. Petrus 1.  
epist. 3. cap. & D. Paulus 1. Tim. 2. docuerunt. Quod si in  
ecclesia sint principes aut alij uiri uel scemine, potestate et  
eminentia aliqua honorum à deo ornati, qui sumptuosius  
uestiunt

uestiuntur & ornantur quàm uulgus hominum, hos nullo modo tanquam Ethnicos hac de causa damnamus: præsertim si in cæteris honesti, uirtute præditi, & utiles sint. Ingens contumelia est aliquem Ethnicum uituperari. Ethnicus enim nullam cum deo, et cum fidelibus, nullã etiam cum donis dei cõmunione[m] habet, deum ignorat, & in omni impuritate uersatur, &c. quemadmodum D. Paulus docet Ephes. 2. & 1. Thess. 4. Præterea nunquam Christo & apostolis uisum est, nullum debere esse discrimen in uestitu, aut omnes fœde, sordide, & indecore, multominus etiam hypocritice uestiri debere. Quinetiam non puduit sacram scripturam passim sanctorum uirorum & fœminarum ac uirginum ornatum, qui auro & alijs rebus preciosis constabat, cõmemorare. Quæ enim de Abrahamo & Rebecca Genesis 24. cap. scribuntur, nota sunt: & de Iosepho Genesis 41. & 45. item quæ de sedula & industria matre familiã[s] Proverb. 31. leguntur.

Aliquem  
Ethnicum  
criminari.

Cibus uero et potus fidelibus nõ minus libera sunt quàm uestitus: itaq; hæc legibus astringere & uctare, est, ut Paulus docet, diabolicum. Si ergo cibos suauēs & præstantes deus alicui suppeditat, atque is hos cum gratiarum actione capit, ut deum eiusq; beneficium agnoscat, non crapulæ & luxui indulget, pauperum memor est, & illis quoq; cibum & potum præbet, cur quæso huic donum & benedictio dei in maledictionem et peccatum uerteretur? An non serui dei hoc nomine bonitatem ipsius celebrant, quod ipsos pascat, Psal. 23. & potum etiam det? Multa huius generis testimonia in Psalmis extant. Christus ipse nõne amicorum suorum cõuiujs interfuit? & humanitas ipsorum qua illum amice excipiebant & tractabant, nõne illi grata fuit? Soli ex omnibus inuidi et increduli Pharisei hæc calumniabantur, & ipsum uoracem appellabant: quos nunc imitatur peruersa et inui-

De libero  
usu cibi  
& potus.  
3.

Lucæ 7.  
Ioan. 12.  
Lucæ 11.  
Matth. 12.



ADVERSUS ANABAPT.

Philip. 4.

da Anabaptistarum natio, qui beneficium cibi ac potus inuidiose in fidelibus calumniantur. D. Paulus, Ego, inquit, didici, in quibus sum, ijs ipsis contentus esse. Noui autem deprimi, noui & abū dare: ubiq; & in omnibus exercitatus sum, & ad saturitatem, et ad esuritionem, tum ad abundantiam, tum ad inopiam. Similiter etiam unusquisq; Christianorum agit. Si enim deus sua dona illi abundanter largitur, cum gratiarum actione illa accipit, modestus & fidelis est: si pauca habeat, facile id fert, non deo obmurmurat, neq; lautius uiuentibus inuidet. Ad summam, fidelis in his omnibus deum

1. Cor. 10.

respicit, & hoc Paulinum uerbum: Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Eadem regula & ratio est somni & quietis, eundi & standi. Nam etiam Christus quiete usus est, eandem etiam suis discipulis concessit, sine hac nanq; uita humana non potest durare. Idem in stando atque eundo modestie & grauitati studuit.

Quics.

Philip. 4.

Huc autem spectat elegans hæc Pauli doctrina: Quæcunq; uera sunt, quæcunq; honesta, quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq; amabilia, quæcunq; boni nominis: si qua uirtus, & si qua laus, hæc cogitate. Pauca hæc apostoli uerba plus spiritus & efficacie habent, quam omnes monachorum & Anabaptistarum regula.

De lætitia & ritu.

Eccle. 2.

Fatemur etiam Christum in euangelio dicere, Vae uobis qui ridetis, quoniam lugebitis & plorabitis. Verum ante hæc uerba, Beati inquit qui flent, quoniam ipsi ridebunt: et Solomon, tempus inquit esse flendi, & tempus ridendi: ideo Anabaptista non poterunt omnem risum eicere ex populo dei. Et quia probare non possunt, omne gaudium esse prohibitum, pariter quoq; probare non poterunt, omnem risum esse uitiosum. Graui autem peccato magis affine est, cum quis ex hypocrisis & ficta tristitia ac sanctimonia, imò ex interna & spiritali superbia, suspirat ex imo pectore, ut sibi

ut sibi auctoritatem & admirationem hac ratione pariat: alios interim damnat eas ob res quæ sua natura non sunt uitiosæ, abusu tamen & excessu uitiosæ fiunt. Vulgo dicitur honesta gaudia non esse prohibenda: item, Quæ flumen placidum est forsitan latet altius unda. Atq; plerunq; uidemus, in illis simulatoribus sanctitatis plus improbitatis latere, q̄ in illis qui aperti & hilares & simul quoque probi sunt. Gaudium sacræ literæ nō ita simpliciter damnant, ut superstitiosuli isti & hypocritici Anabaptistæ facere solent. Nam de populo dei, qui erat sub rege Solomone, scriptura refert, 3. Reg. 8. cum Solomone omnem Israellem celebre festum egisse 14. diebus, & tum omnes domū discessisse, letos & alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat illis dominus. Nō enim modo æternū gaudium, uerumetiam præsens & temporarium, donum & beneficium dei est: quemadmodum etiam è diuerso luctus & tristitia & lachrymæ sunt pœna: ueluti scribitur: Adolescentes cessant à musicis. Cessat letitia nostra, uersæ sunt in luctum saltationes nostræ. Decidit corona nostricæ capitis. Væ nobis quia peccauimus. Hanc ob rem mœret nobis animus. Rursus Ieremias uaticinatur, ac meliora ex ore dei pollicetur his uerbis: Affluent bonis, frumētō, musto, oleo, carnibus: animus eorum erit tanquam hortus riguus, & deinceps non dolebunt. Tunc et uirgines choris, & iuuenes simul atq; senes letabuntur, conuertāq; eorum luctum in letitiam, consolabor eos, & ex mœrore exhilarabo. Et si uero hæc uerba spirituales quoque sensum habent, tamen etiam corpora ratione perficiuntur in fidelibus. Hinc autem indubitate sequitur, Separatos & relictos Anabaptistas qui illis hac in re assentiuntur, non tantum religionem simplicibus asserre, & peccatum facere ex illis rebus in quibus non est peccatum, uerumetiam beneficia dei amara reddere.

Thren. 5.

Ierem. 31.

ADVERSVS ANABAPT.

De nuptijs, conuiuijs, & musica.

Ioan. 2.

Psal. 103.

Tempus lugendi.

Ioelis 2.

Rom. 12.

Epulae & conuiuia.

Nehem. 8.

Eodem modo nuptiae seu gaudium & uox sponsi ac sponsae (ut scriptura loquitur) nusquam in ueteri et nouo Testamento peccati damnantur: intemperantia tamen & luxuria in his & ceteris rebus eiusdem generis, damnatur. Ad nuptias non modo inuitatus est dominus cum discipulis & matre sua, uerumetiam in nuptiali conuiuio accubuit, & nuptias dono ornauit, non uili uappa aut aqua, aut ueste lugubri, sed uino, & quidem praestantissimo. De uino autem Dauid inquit: Das uinum quod hominum animos exhilaret, et panem qui hominum corda sustentet. Et hanc sententiam sapiens ille in Ecclesiastico interpretatur 31. cap. Salubre est & humanae uitae conducit uinum, si moderate bibas. Quae enim est uita quae uino destituitur? quod ad uoluptatem hominibus creatum est. Similia iudicum 9. cap. leguntur. Non tamen ignoramus euenire & esse quandoque ea tempora, quibus etiam concessa & licita gaudia intermittenda sunt, ut ante ex Solomone ostendimus, qui tempus inquit esse ridendi, & tempus plorandi. Scimus etiam Ioelem iubere tempore periculoso etiam sponsum egredi e thalamo suo: & Paulam dicere gaudendum esse cum gaudentibus, & flendum cum flentibus. Verum cum tempora sunt tolerabilia, non bellis, caritate annonae, fame, peste, & alijs calamitatibus afflictis, & misera, tum neque Anabaptistae neque alij superstitiosi spiritus moderata nuptiarum gaudia peccati damnare poterunt. Similiter etiam epulae fidelium, & conuentus ad honesta conuiuia, cantiones pudicae, & musicae moderatus usus, uerbo dei non reijciuntur ut uitiosa & mala, abusus tamen prohibetur & damnatur, ueluti Isaiae 5. cap. Alioquin Abrahamum legimus conuiuia parasse: & Iosephum fratres suos magnifice conuiuio excepisse: Dauidem, Solomone & Nehemiam conuocasse uniuersum populum, & publica conuiuia instituisse. Certum quoque est in publicis huiusmodi



iusmodi cōuiujs minus immodestia & intemperantia esse, quam in angulis & priuatis conuenticulis Anabaptistarū. Quamobrem Christiani à tempestiujs conuiujs non abhorrent: sic tamen his rebus utuntur, ut illis cor non apponant, quemadmodum Paulus docet, dicens: Tempus breue est, reliquum est, ut & qui habent uxores, sint ut non habētes: et qui flent, ut non flentes: & qui gaudent, ut non gaudentes: & qui emunt, ut non obtinentes: & qui utuntur mūdo hoc, ut nō utentes: præterit enim species huius mundi, 1. Cor. 7.

Quod autem quibusdam locis scripturarum fœdera damnantur, non ideo fit quod fœdera facere per se peccatū sit, sed quia malum est cum malis & infidelibus hominibus, in rebus malis, et in malum finem, fœdera facere: et spem que in solo deo collocanda erat, in fœdere & socijs confœderatis ponere. Atq; huius abusus ratione fœdera reprehenduntur Deut. 7. 2. Paral. 16. & 18. Isaie 30. & 31. Alioqui legimus Abrahamum, Dauidem, & alios fideles fœdera fecisse, & seruasse. Quare fœdera & pacta, que non aduersantur deo & eius uerbo, non sunt illicita & uitiosa. Anabaptistæ contra deum, honestatem, fidem, & pacta faciunt dum sua inani & incerta loquacitate multos simplices decipiunt, ut non modo fœdera mala esse existiment, uerumetiam neq; facienda neq; seruanda putent. Arma autem pro regionis consuetudine gestare, qua ratione queso adeo iniustum & graue peccatum est? Si dicant cedes armis fieri: quero ab illis uicissim, an non sepe numero armis cedes caueantur, que fierent si nulla adessent arma quibus aliqui bene uterentur. Vulgò dicitur, & plerunq; sic se res habet, gladio unius, alterius gladiū in uagina contineri & reprimi. Inermem esse multos in pericula conijcit, ut non tantum homines, sed etiā bestię tales ledant. An non uero non licet cinctum esse, baculum manu gestare, & saltem cultellum ad secandum par-

De fœderibus.

Armorum gestatio.

ADVERSUS ANABAPT.

uem cingulo appendere? Hoc nemini prohibitū esse dicunt. Cur ergo non agnoscunt armorum quoq; gestationem non ideo esse prohibitam, quod armis cedes fiant. Cingulo enim aliquis umciri & suffocari potest, ac baculo & cultello nō minus interfici quā ingenti gladio. Quare si hæc fidelibus concedunt, arma illis non prohibeant. Nam arma gestare Christianis est res libera, nusquam prohibita. Et hoc quoq; loco uerum est quod à Paulo scribitur, Mundis omnia munda esse, immundis autē immunda. Ideoq; sæpe magistratus improbis, qui armis abutuntur, pœnæ loco arma adimit, & interdicit, &c.

De Anabaptistis sanctis & puris carentibus peccato, & ipsorum erroribus unā cum eorum refutatione. Cap. 11.

Anabaptis  
stæ sancti et  
ἀναμάρτι=

781.

- Q**uartæ sectæ Anabaptistarū habet sanctos fratres, puros, & à peccato immunes, cum quibus etiā generales Anabaptistæ aliquo modo communicant. Horum doctrina talis est: Cum à Ioanne diserte scribatur, Quisquis in eo manet, nō peccat. Qui cōmittit peccatū, ex diabolo est. 1 Ioan. 3. & Paulus addat, Christum ecclesiā sibi parasse absq; macula & ruga, sanctam & irreprehensibilem: & ipsi sint membra huius ecclesiæ qui in Christo manent, sese puros & absq; peccato esse. Itaq; aliqui in hac secta fuerunt qui hanc partem orationis dominicæ, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris, omittebant, neq; amplius orabant, ut puri, qui nulla amplius remissione et uenia peccatorū opus haberent. Eadem quoq; de causa & ratione existimabant aliorum fidelium preces ipsis non esse necessarias aut utiles. Hi etiam originis peccatum non agnoscebant, & infantes existimabant puros absq; peccato esse, ideoq; non egere baptismo.

GRACES

Graues hos & horrendos errores cōmunes habent mi- Præuete-  
rum sectæ.  
renouatæ.  
seri homines, cum impuris illis ueteribus hæreticis Nouatia-  
nis, Catharis, Auxentio, Pelagio, & reliquis. Itaque uel ob  
hanc causam horrendos istos errores nihili fieri oportebat,  
quod ante aliquot secula in ecclesia testimonijs scripturarū  
& S. partibus refutati & damnati sunt. Verum imperiti isti  
homines, maiori ex parte ueteres pariter et nouas res igno-  
rant, ac tantum imperita & impudenti quadam audacia fe-  
runtur, nec solliciti sunt de fine & euentu rei. Quare ipsos,  
quemadmodum in alijs Anabaptistarum sectis hactenus fe-  
ci, refutabo, & erroris conuincam.

Verba Ioannis ab ipsis citata, non nostro arbitrio, sed a- Quomodo  
Ioanes nos  
absq; pecca-  
to esse dis-  
cat.  
lijs ipsius apostoli uerbis interpretanda sunt: qui primo ca-  
pite inquit: Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ip-  
sos fallimus, & ueritas in nobis non est. Item, Si dixerimus  
nos non peccasse, mendacem facimus eum, & sermo eius nō  
est in nobis. Hæc autem non de infidelibus, sed de credenti-  
bus scribit: neq; loquitur tantum de præcedentibus peccæ-  
tis, sed aperte ait: Si dixerimus nos peccatum non habere.  
Obseruetur quod inquit, peccatum non habere: quemad-  
modum impura hæc factio Anabaptistica dicere solet: Puri  
sumus, & peccatum non habemus. Qui sic loquuntur, hos  
Ioannes seipso fallere ait, & ueritatē in ipsis non esse: imō  
ipso dominum mendacem facere, & sermonem eius non  
esse in ipsis. Quamobrem certissime hinc efficitur, fideles  
peccatum habere, & peccare, & Anabaptistas qui hoc ne-  
gant, conari deum mendacem facere, esse impostores, in qui-  
bus uerbum dei & ueritas non est: sic enim Ioannes lo-  
quitur.

Quoniam uero ab eodem Ioanne dicitur: Quisquis in eo Quomodo  
fideles &  
infideles  
peccent.  
manet, non peccat: & quisquis peccat, non uidit eum, & ex  
diabolo est, &c. & tamen Ioannes sibi ipsi nō contradicit,



ADVERSVS ANABAPT.

Distinguendum est inter peccata, & inter fideles & infideles, & considerandum quomodo utriq; peccent. Peccatum nominat Ioannes iniquitatem, quæ contra deum, eius legem & uoluntatem committitur. Infideles uero uoluntatem & legem dei non curant, quamobrem cum peccant, hoc est, inique agunt, suam iniquitatem non agnoscunt, neq; uolunt uideri inique egisse, uel saltem peccatum extenuant, & excusant. Præterea non credunt in Christum, quod ipse eos à peccato liberarit, & sanguine suo mundarit, et effecerit coram deo, ut ipsis peccata non amplius ad condemnationem imputentur: ideoq; etiam sibi à peccatis non cauent, uerum illis perpetuò seruiunt, itaq; peccati & proinde etiam mortis atque satanæ sunt mancipia. Hac autem ratione fideles non peccant. Etsi enim, ut Ioannes inquit, peccatum habet, tamen non eodem modo peccant quo infideles. Nam quia nouerunt uoluntatem dei, & quid iustum aut iniustum sit: nouerunt etiam peccatum seu iniquitatem quæ in ipsis est, & quam faciunt, non excusant, non extenuant, sed potius ueniam petunt. Credunt etiam se mundatos sanguine Christi puros factos esse, ita ut ipsis posthac coram deo sua peccata non peccati loco & ad damnationem imputentur. Ideoq; sibi à peccato cauent, quod tamen nihilominus in ipsis oritur, & ipsi contra id perpetuò pugnant. Quare etiam peccato non seruiunt, neque eius sunt mancipia, & idcirco neque mortis neque satanæ, uerum liberi sunt, & filij dei. Quamobrem Ioannes, Omnis, inquit, qui manet in ipso, non peccat. Quis uero in Christo manet, nisi fideles? Quare fideles (quia fideles sunt, & in Christo manent, & Christus in ipsis) non peccant, idq; non ex seipsis, sed propter Christum: non quod peccata non habeant, uerum quia illa propter Christum ipsis non imputantur. Item: Quisquis natus est ex deo, peccatum non committit, quoniam semen

semē ipsius in eo manet. Qui credit, ex deo natus est, Ioā. 1.  
Filius dei est spiritus & sermo dei, 1. Pet. 1. quem cum fideles in cordibus seruent, cauent sibi à peccato.

Rursus Ioannes 5. cap. primæ epistolæ, Est peccatum, inquit, ad mortem, & est peccatum quod non est ad mortem. Scimus quod quisquis natus est ex deo, non peccat: sed qui genitus est ex deo, conseruat seipsum, & Malus ille non tangit eum. Ecce his uerbis denuo declarat seipsum apostolus simpliciter & dilucide, fideles non peccare, non in uniuersum, sed tantum non ad mortem, uidelicet ut infideles qui in morte manent, Ioan. 3. Deinde non peccant, quoniam seipsum custodiunt ne ipsos diabolus tangat et teneat. Nam quia repugnant diabolo & peccato, nec sese illis captiuos dant & emancipant, uerum cum Christo in fide & pœnitentia perseuerant, peccata illis non imputantur, quippe quæ potius ex infirmitate quàm improbitate aut contemptu faciunt. Atq; hoc modo fideles non peccant.

Nihil uero aliud à Ioannis doctrina Paulus docet: ad Romanos enim 7. & 8. cap. multis uerbis describit, quomodo caro in se pugnet aduersus spiritum, & quomodo peccatum sit in carne sua, quod tamen ipsi propter Christi redemptionem non imputetur ad damnationem: & non tantum ipsi, sed omnibus quoq; qui secundum spiritum, & non secundum carnem ambulant, hoc est, qui sibi à peccatis cauent. Inspiciantur ipsa D. Pauli uerba. Quamobrem quando in epistola ad Ephesios inquit, Christum parasse sibi ecclesiam non habentem maculā aut rugam, sed sanctam & inculpantem sanctitas huiusmodi in Christi purgatione & ablutione consistit, quod fideles Christi puritate, quam ille ex gratia eis cōmunicat, & ipsi fide percipiunt, puri, impollui, et inculpatis sunt: qui tamen nihilominus propter infirmitatem carnis, quæ adhuc in ipsis reliqua est, peccatores sunt. Ideoq;

Ad mortē,  
& non ad  
mortem  
peccare.

Quomodo  
D. Paulo  
ecclesia sit  
ab seip  
macu  
la.

ADVERSUS ANABAPT.

non male hunc Pauli locum ueteres ita intellexerunt, sancto-  
rum puritatem in hac uita inchoari, perfici in futura in æ-  
terna felicitate, cum per mortem carnis peccato obnoxia  
seposuerimus.

Quomodo  
roti mundi,  
& tamen  
nihilomi-  
nus peccato-  
res si-  
mus.  
Ioan. 13.

Præterea quomodo hæc res intelligenda sit, Christus in  
euangelio docet, dicens: Qui lotus est, nõ opus habet nisi ut  
pedes lauet, sed est mundus totus. Si enim totus mundus est,  
quid opus habet ut pedes lauet? Quod si opus habet pedum  
lotione, quomodo totus mūdus est? Necessè est ut hic utamur  
distinctione quam ante attulimus, & dicamus, lotum esse à  
Christo, cum qui gratia & sanguine Christi per spiritum &  
fidem à peccatis purgatus est, hic autē totus mundus est pro-  
pter plenam purgationem Christi, fide receptam, quæ perfe-  
cta et absoluta est. Nam deus illi peccatum non imputat, sed  
iustitiam & innocentiam Christi. Quia uero ijdem fideles  
ad obitum usq; carnem cum suis infirmitatibus seruant, &  
caro suam naturam et fraudulentiam seruat, semperq; dum  
manet aduersus spiritum pugnat, opus etiam habent pedum  
lotione: nempe, ut carni repugnent, & mundatione Christi  
ad id utantur, ac quotidie, imò singulis momentis, se purgent,  
& deo inseruire studeant, & bonos fructus spiritus ferre.  
Nam in euangelio dominus inquit: Omnē palmitem qui fert  
fructum, purgat, ut fructum copiosorem afferat. Iam uos  
puri estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Ex  
his facile percipi potest, quomodo scriptura dicat fideles  
puros esse, & non peccare, & tamen interim eos non pe-  
nitus liberos à peccato pronuntiat, sed interea etiam pec-  
catores nominat. Nam si respicimus nos ipsos, naturam &  
infirmitatem nostram, reperiemus in nobis perpetuò pec-  
cata & lapsus: sin autem contemplamur mysterium fidei,  
gratiam, redemptionem, & iustitiam Christi, puri & san-  
cti sumus propter sermonem ipsius.

Ioan. 15.

Hanc



Hanc fidē habuerunt sancti ueteris & noui Testamenti, inter quos tamen nulli unquam fuerunt qui ita temere iacta-  
 rint se puros & absq; peccato esse, quemadmodum miseri-  
 sti <sup>ἀναπτιστῶν</sup> Anabaptistæ. Quibus facile dici posset, ipsos ni-  
 hil aliud quā ipsissimum quodammodo peccatū esse, obno-  
 xios et pollutos quibusuis grauisimis quoq; peccatis et scele-  
 ribus. Audiant quæso uniuersi mortales, quā alieni fuerint  
 sancti dei serui ab huiusmodi iactatione, ut se puros & absq;  
 peccato esse dicerent, quemadmodum temerarij Anabapti-  
 stæ, quamuis firmiter crederent se per Mesiam purgatos et  
 à peccatis redēptos esse. Iobus inquit: Quid respondere pos-  
 sem domino? Qui si innocens essem, non tamen responderē,  
 sed iudici meo supplicarem. Et si me innocentē dixero, meum  
 me damnabit os. David uero ait: Si iniquitates obseruaue-  
 ris domine, domine quis sustinebit? Et, Nō intres in iudicium  
 cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo om-  
 nis uiuens Solomon uero, Quis (inquit) potest dicere, mun-  
 dum est cor meum, purus sum à peccato. Paulus, Nullius rei  
 mihi conscius sum, sed nō per hoc iustificatus sum. Item, Con-  
 clusit scriptura omnia sub peccatum. Item, Miser ego homo:  
 quis me eripiet ex isto corpore mortis? Plura testimonia his  
 similia adduci possent, uerum hæc sufficiant. Hanc autem hu-  
 militatem Christus docet fideles suos Lucæ 17. quem certe  
 pluris facere oportet quā omnes Anabaptistas.

Horrendum uero auditu est, quod sancti hi Anabaptistæ  
 partem orationis dominicæ de peccatorum remissione omit-  
 tunt, quasi ipsi nō opus habeant remissione peccatorū. Cum  
 tamen dominus discipulos suos hoc modo orare iusserit, qui  
 haud dubie omnibus in uniuersum Anabaptistis sanctiores  
 fuerunt, & tamen nihilominus omnes peccatorum remissio-  
 nem petierunt: quemadmodum etiam omnes alij fideles dei  
 ministri, ad obitum usq; hanc quoq; partem precati sunt de

Sancti num-  
 quā se abs-  
 que pecca-  
 to esse iacta-  
 runt.

Psal. 130.

Psal. 143.

Proue. 20.

1. Cor. 4.

Gal. 3.

Rom. 7.

Orationem  
 dominicam  
 non ampli-  
 us orare.

## ADVERSUS ANABAPT.

peccatorum remissione. In concilio Mileuentano, uerbo Dei excommunicantur, qui tum sentiebant, fideles non debere in precādo his uerbis, Remitte nobis debita nostra, &c. sui causa uti, sed propter alios. Quid illi respondissent, si audiissent hæc uerba penitus omittenda esse?

Preces fidelium pro aspernādas  
 4. Præterea cum primitiua ecclesia fidelium orauerit pro apostolis cum illi capti essent, ut saepe in Actis apostolorum legitur, an ne Anabaptistæ hi apostolis sanctiores sunt, quibus huiusmodi preces pro ipsis Deo oblata gratæ fuerūt? aut ignorant Paulum adeo serio petiisse à fidelibus ut Deum pro se orent? Ad Ephesios enim inquit: Deprecamini cum omni perseuerantia, pro omnibus sanctis & pro me. Et ad Thessalonicenses: Orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat, & ut eripiamur à turpibus & sceleratis hominibus. Plura huius generis testimonia passim leguntur, adeo, ut impudentia Anabaptistarum ualde admiranda sit, qui ita fidelium preces aspernari audent, tãquam ipsis neque necessarias, neque utiles. Quod si nostras preces tanquam Gentilium aspernantur, aperta cõtumelia insequuntur & contemnunt Christianos homines, contra deum, ius & æquum.

Originis uitium esse in infantibus & peccatū esse.  
 5. Verum quid non illi facerent, cum etiam originis peccatum negare ausint, & dicere infantes puros & absque peccato esse, & ideo non opus habere baptismo? Quod autem originis peccatū sit, et quid illud sit, prolixè in Decadibus meis, sermone 30. & alibi etiam explicauì. Scripturæ aperte testantur esse in infantibus originis peccatum, nam David inquit: Ecce enim in iniquitatibus natus sum, et in peccatis cõcepit me mater mea. Neque hoc dici potest de peccatis parentum, qui ipsum in matrimonio genuerunt: de matrimonio autem scribitur, thorum cõiugalem impollutum esse: quare de eo loquitur quod à natiuitate (quemadmodum & ceteri homines, id quod Iob quoque fatetur 14. cap.) corruptus erat per

per hereditarium peccatum, propensus ad malum: quemadmodum & Paulus disertè docet 7. cap. ad Romanos. Nam Ioan. 3. & dominus ipse in euangelio inquit, neminem posse introire in regnum cœlorum, nisi cœlitus denuo genitus fuerit: id eoq; sequitur, primam nostram natiuitatem uitiosam & deprauatam esse, in tantum ut etiam à regno cœlorum excludat: sicuti & Paulus disertè dicit, nos natura esse filios iræ: Ephes. 2. & ad Rom. 5. Per unum hominem, inquit, peccatū in mundum intr oijt, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors transijt, in quo omnes peccarunt, &c.

Hoc loco præterire non possum, quin obiter defendam si Zuinglium non negare peccatū originis. dum ecclesie doctorem pie memoria Zuinglium, quem nulli Anabaptistæ, Papistæ, atq; etiam Euangelici accusant et infamant, quasi peccatum originis negarit, aut saltem nõ esse peccatum dixerit: cum tamen scripta ipsius manifeste contrarium testentur. Distinxit quidem inter peccatum actuale, quod scienter & uoluntarie fit, et inter originis peccatum, quod potius uitium & corruptio sit quàm peccatum actuale quod scienter fiat, quæ tamen deinde etiam in actum prorumpat. Hoc quidam illi sic peruertunt, quasi simpliciter negarit originis uitium in infantibus peccatum esse. Verum illi audiant quidnam hac de causa scriptum reliquerit. In articulis Marpurgensis colloquij articulo 4. sic scribitur: 1529. Credimus originis peccatum omnibus nobis ab Adamo inna sci & hereditarium esse, ac esse peccatum quod omnes homines condemnet: ac nisi Iesus Christus morte ac uita sua nobis auxiliatus esset, omnibus nobis propter id æterna morte fuisset pereundum, neq; regni Dei & fœlicitatis participes esse potuissimus. In confessione autem fidei ad Carolum V. 1530. Imperatorem in comitijs Augustanis, sic scribit, Peccatum uere dicitur cum contra legem itum est, &c. Patrem igitur nostrum peccauisse fateor peccatum, quod uere peccatum



ADVERSUS ANABAPT.

est, scelus scilicet, ac crimen & nefas. At qui ex isto prognati sunt, non hoc modo peccarunt: quis enim nostrum in paradiso pomum uetitum depopulatus est dentibus? Velimus igitur nolimus, admittere cogimur, peccatum originale, ut est in filiis Adæ, non proprie esse peccatum, quomodo iam expositum est: non enim est facinus contra legem. Morbus igitur proprie est et conditio Morb. quia sicut ille ex amore sui lapsus est, ita & nos labimur. Conditio, quia sicut ille seruus est factus & morti obnoxius, sic & nos serui & filij iræ nascimur, morti obnoxij. Quanquam nihil morer, hunc morbum & conditionem iuxta Pauli morem appellari peccatum, immo tale est peccatum, ut quicumque in eo nascuntur, hostes & aduersarij Dei sint. Hæc Zuinglius.

Infantes esse  
se baptizandos.  
Act. 2.

1. Petr. 3.

Vt autem ad quartam Anabaptistarum sectam redeamus, sic infero: Cum infantes peccatum habeant, baptismus autem detur ad remissionem peccatorum, cuius remissionis infantes etiam participes sunt, ut qui Dei sunt, ex promissione in Christo, debent igitur etiam infantes baptizari. Non quod per se aquæ baptismus, utpote elementum, peccata abluat, quæ admodum & Petrus dicit, sed quod aqua signum sit, imo sigillum & testimonium, ueram & internam Christi mundationem etiam infantum esse qui baptizantur. Nam cum eius quod præcipuum est in baptismo, rei signatæ participes sint ex gratia, cur id quod minus est signum, nempe aquæ baptismus, illis denegaretur?

De Anabaptistis tacentibus & orantibus, & eorum erroribus ac ipsorum refutatione. Cap. 12.

Tacentes  
fratres.

1. **T**acentes fratres quinto loco inter Anabaptistas statuimus. Hi firmiter credebant, non amplius opus esse illis concionibus: ostium enim esse occlusum: & nunc esse mala tempora, quorum Paulus mentionem faciat, in quibus sit tacendum.

endum: mundum præterea indignū esse qui audiat sacrum  
Dei uerbum, & uerum euangelium Christi. Hi si aliqua de  
re interrogentur, atq; etiam de religione, tacent, neq; ullum  
dant responsum.

Renouant hi, et aliquo modo in usum reuocant, nugæ & Suauitate  
turnitas. superstitionem ueterem muti Harpocratis, qui silentij deus  
erat apud Aegyptios, & Pythagoræ philosophi, qui discipu  
lis suis quinq; annorum silentium indicebat. Est uero admi  
ratione certe dignum, quod Anabaptisticae sectæ, perpetuò  
quàm diuersissime in contrarias partes feruntur. Nam qui  
dam ipsorum nimium loquaces sunt, & conqueruntur quod  
nō admittantur, et iusta garriendi facultas ipsis negetur: ex  
aduerso tacētes hi Anabaptistæ, nullo precio adduci possunt,  
ut uel os aperiant. Causæ silentij quas afferunt, nullius sunt  
momenti, neq; locum merentur. Nam quod aiunt, nō esse con  
ciombus opus, propterea quod ostium occlusum sit, hoc ex  
seipsis dicunt, absq; uerbo dei, imò contra illud. Etenim euan  
gelium Christi, in uera Christi doctrina, euangelium regni  
mominatur: regnū autem Christi ad omnia tempora et om  
nes etiam orbis partes sese extendit. Deinde dominus diser  
te pronuntiat per angelum, euangelium esse æternum, & præ  
dicari oportere usq; ad finem seculi. Verum quidem est, do  
minum quandoque, propter ingratitude & incredulita  
tem hominum, ueritatem auferre & celare: ideo autem i  
psum in uniuersum ostium gratiæ suæ occludere, probari nō  
potest. Magna igitur temeritas est horum Anabaptistarum,  
quod suo quasi iure & arbitrio ostium illud dei claudunt, cu  
ius tamen nunquam hætenus custodes & atrienses à Deo  
constituti sunt. Quod si de potestate clauium & aperiendo  
atq; claudendo loquuntur, cogitent apostolos nunquam tam  
cito & festinanter ostium clausisse atq; ipsi faciunt. Atten  
dite quæso fratres, ne uos etiā perstringamini his uerbis do  
Lucæ 11.

Euangelij  
semper præ  
dicari debe  
re.

Mat. 13. 14.

Apoc. 14.

ADVERSUS ANABAPT.

mini: Væ uobis legis interpretibus, nam sustulistis clauē scientiæ: ipsi non introiistis, & eos qui introibant prohibuistis.

Et mali dies sint, prudentes esse oportet. Dixit equidem apostolus, Videte igitur quomodo accura-  
te incedatis: non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem: quoniam dies mali sunt. Ephes. 5. Sed hæc uerba non prædicationem euangelij spectant, uerum tantum priuatos sermones: cum facile lingua labamur, prudentiam adhibendam respectu malorum & periculosorum temporum, in quibus facile sermones aliò detorquentur, ideoq; omnia accurate obseruanda & occasionem captandam esse. Huic doctrinæ Pauli si Anabaptistæ obtemperarent, os certe cõprierent, & illis dicendi & agendi locum darent, qui ad hoc uocati, & gratia ornati sunt, atq; sic minus turbarũ & inepitiarum, maiorq; tranquillitas & honestas esset.

Homines indigni sunt ueritate, at tamen illa opus habet. Homines indignos esse dicunt diuina ueritate & sacro euangelio. Hoc omnibus seculis uerum fuit. Sed Deus non respicit nostram indignitatem, sed suam inexhaustam misericordiam & nostram necessitatem, & solem animis & corporibus nostris lucere patitur. Quam quæso digni erant euangelio, Romani, Ephesij, Corinthij, Antiocheni, & aliæ corruptissimæ ciuitates apostolorũ temporibus? An autem euangelium illis idcirco non prædicabatur? Dominus ipse inquit, Deum sic dilexisse mundum, ut filium suũ unigenitum pro mundo dederit. Anabaptistæ autem tam sunt difficiles, ut si ipsi ius & potestatem imperandi obtineret, iam dudum quantum apparet, mundus periisset. Attēdite fratres, ne forte eundem spiritum habeatis, quem discipuli illi, qui cum Samaritani ipsos recipere nollent, domino dixerunt, Domine etiam Helias fecit? Quibus dominus respondit: Nescitis cuius spiritus uos sitis. Filius enim hominis non uenit ut perderet animas hominum, sed ut seruaret.

Quod



Quod autem hi Anabaptistæ à pijs & fidelibus inter-  
rogati, nullum penitus dant responsum, nõ tantum Christia-  
no, sed simpliciter quouis homine indignum est, præsertim  
cum de fide sua interrogantur. Quod uero Christus coram  
Pilato ad quædam tacuit, & coram Herode planè nihil re-  
spondit, aliæ causæ fuerunt, sic ut Christi & Anabaptista-  
rum silentium multum inter se differant, ita ut Christi silen-  
tium Anabaptistas non tueatur. Eoq; magis quod Caiapha  
petente à domino rationem doctrine et fidei eius, & ipsum  
obtestante, dominus etsi sciebat hæc ex mero odio fieri, ta-  
men nihilominus respondit, præsertim de doctrina & fide.  
Insuper expressum hac de re apostoli mandatum habemus:  
nam D. Petrus inquit: Sitis autem parati semper ad respon-  
dendum cuilibet petenti rationem eius spei quæ in uobis est,  
cum lenitate & reuerentia. 1. Petr. 3. Quod si muti isti Ana-  
baptistæ, contra hoc dei præceptum pertinaces esse pergunt,  
& os suum coram fidelibus (ut nunc de infidelibus taceam)  
aperire nolunt, facile apparebit, ipsos à muto demonio obsi-  
deri, qui ipsos retinet, et omnes uias obstruit ne erudiantur.

Tacentibus & mutis fratribus, sextâ Anabaptistarum  
sectam coniungã orantes & Deo relictos Anabaptistas, qui  
nihil serè aliud agebant quàm quod precabantur. Arbitra-  
bantur enim se propter hoc suum opus & ipsam orandi actio-  
nè Deo gratos fore. Existimabant etiã se precibus posse cum  
istis mala auertere, itaq; docebant, omnibus malis, precib. re-  
sistendum esse: tollebant quoq; omnia media, quo sui Deo re-  
lictis, ut aiebant, in ipso consisterent. Multa uero de eo gar-  
riebant Deo relictum stare oportere, ita ut tandem ne ipsi  
quidè intelligerent quæ dixissent, & quo tenderet, aut quid  
nam esset, stare Deo relictum.

Apud ueteres quoq; huiusmodi precatorez fuerunt Psal-  
tiani & Euchite nominati, qui otiaabantur, & tantum de-  
-

Christiani  
responderi  
debent, præ-  
sertim cum  
fidei ratio  
ab eis peti-  
tur.

4.  
Matth. 27.  
Luc. 23.  
Lucæ 22.

Orãtes A-  
nabaptistæ

Vetus pre-  
catorum se-  
ctã,

ADVERSUS ANABAPT.

mururationi precū incumbabant, & mira celeritate proferebant multa uerba è psalmis, & existimabant se hoc opere Deum colere, & illi placere. Verum à ueteribus uerbo Dei confutati sunt. Orare, seu precari, utiq; bonum est, si inquam precemur Deum unum ac solum per Christum, uera fide, ex uerbo eius, absq; omni superstitione. Loquacitas autem precum, cum homines putant quod illa exaudiantur, à domino damnatur Matth. 6. cap. Præterea non opus habemus huiusmodi otiosis precatoribus, præsertim qui seipos longis precibus pascant, & deuorent uiduarum domos. Pij orant libero spiritu omni tempore, cum uel necessitas aut ordo, uel religio in Deum, aut commoditas alia, ad precandum incitat.

Matth. 23.

Quomodo absq; intermissione orandum. Lucæ 18.

1.

Inquit quidem dominus semper orare absq; intermissione, uerum nihil aliud uoluit, quàm oportere perseuerare in precibus ad Deum, non statim cessare aut segnescere ac de lassari. Nusquam uero dominus aut apostoli docent, omnibus rebus relictis, tantum orationi uacandum esse. Phrasi quadam & forma dicendi dicitur aliquem die noctuq; laborare absque intermissione, non quod non aliquando etiam cibi somnificæ causa à labore cesset, sed quod diligens & assiduus sit in labore. Simili ratione dicendi de Anna Lucæ 2. ca. scribitur, quod non abscedebat à templo, deprecationibus seruiens nocte atq; die.

An omnia mala precibus auerri possint.

2.

Precibus resistere malo, & omnia mala precibus uelle auertere, habet equidem aliquam rationem: si hæc nõ tribuamus precibus ut nostræ actioni et merito, sed gratiæ & promissioni Dei, qui nobis auxilium promittit, & solus nos seruat & tuctur: & simul etiam fidem & obedientiam, quam uerbo Dei debemus, nõ negligamus. Nam ad eos qui diu quidem multumq; orant, interim fide & penitentia destituuntur, hæc dicit dominus: Cum extenderitis manus uestras, auertam

tam oculos meos à uobis: et cū multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestre sanguine plene sunt. *Isaie 1. paria quoq; scribuntur Ezechielis 7. & 11. cap.*

Media honesta & legitima à fidelibus nō sunt negligenda aut contemnenda. Nam Deus ipsa instituit, & per ipsa operatur. *Quin & scriptura eos uituperat, quod Deum tentent, qui idoneis medijs quæ ad manum sunt uti nolunt, & 3. petunt ut Deus suam potentiam exerat. Alit Deus hominem & illi sanitatem largitur, uerum cibos et medicinam instituit, ut media in quibus & per quæ inter homines operatur. Quod si quis fame laborat aut morbo, hūc Deus uti uult medijs, nempe cibo & medicina, cum inuocatione nominis sui. Si id non facit, uerum obijcit Deo omnia possibile esse, quare posse ipsum absq; cibo aut medicina salutem sibi conferre, quemadmodum sæpe in suis ministris declararit: qui hoc facit, is aperte Deum tentat & grauitur peccat. Neque hunc excusat, quod seipsum Deo relinquat. Solent enim Anabaptista dicere, Ut omnes uideant nos Deo relictos, hoc est, Deo fidentes persistere, omnia media reijcimus, & nos deo committimus. Paulus certam promissionem habebat, neminem ex ea nauī, qua ipse Romam uehebatur, naufragio periturum esse: cui certe promissioni uera fide firmiter nitebatur, quippe qui seipsum recte et uere Deo commisisset. Cum uero nauis conarentur clam e nauī aufugere, an non Paulus qui Deo seipsum commiserat, Centurioni & militibus dicebat: Nisi hi in nauī manserint, salui esse nō poteritis. Anabaptista hoc loco dixisset: Dimittantur, an ne Deus ipse & salus piorū inhumanis & incredulis nautis alligata est? Verum hoc temeritas est & tentatio Dei. Sancti Dei serui nunquam legitima ipsius media aspernati sunt.*

Quenam uero hæc est excellens Anabaptistarum scientia, quæ docet seipsum Deo relinquētē aut committentē

Media à Deo instituta nō esse negligenda.

Phrasis Anabaptistica. Act. 27.

Deo relicto persistere. 4.



ADVERSUS ANABAPT.

persistere? Si Deo relictum persistere, est Deo se fideliter  
 committere & ab eo solo pendere, qua ratione quis id ad-  
 pisci poterit absq; uera uitaq; fide? Sola enim fide nos Deo  
 committimus, in ipso manemus, & toti ab eo solo pendemus,  
 in ipsum respicimus omnibus in rebus, & ipso præ omnibus  
 alijs rebus delectamur. An uero illi aliquid amplius & præ-  
 stantius esse statuunt, Deo relictum persistere? Hæc uero fi-  
 des non est cæca & stupida, non sensu & ratione destituitur,  
 ut media sancta non obseruet & curet. Rachab Deo re-  
 licta erat, nam Deo fidebat, & sperabat se in excidio Hie-  
 richuntis seruandam esse, & hanc ob causam exploratores  
 amice hospitio excepit, abscondit, & in pacatum dimisit,  
 atque à pinnis muri funiculum coccineum demisit. Eodem  
 modo cuncti fideles agunt, qui norunt Deo relictis persiste-  
 re, & nihilominus interea legitimis medijs uti. Atque hoc lo-  
 co primum aduersus Anabaptistas librum, P. ecatoribus &

Iohes 2.

Deo relictis Anabaptistis claudemus, & Deo iu-  
 uante secundum librum ab Enthusiasticis  
 aut Extaticis incipiemus.

ADVER-

# ADVERSUS ANABAPTISTAS LIBER II.

De Enthusiastis, & ipsorum erroribus ac eorum confutatione. Cap. 1.



**S**EXTIMA Anabaptistarum secta, est arreptitiorum fratrum qui Enthustiae & Ex-Enthustiae tatici nominantur, quorum ingens numerus fuit initio Anabaptismi. Plurimum hi de spiritu gloriabatur, qui ita efficax in ipsis esset, ut extra se raperentur, & singularia ac diuina uisa & mysteria quadam cernerent. Cum uero spiritus in eis agere inciperet, faciem mutabant, gestus habebant horribiles, & in terram procidebant, perinde quasi comitiali morbo laboraret, et in terra prorecti, mortuis similes iacebant, idque longo tempore: quandoque totum ipsorum corpus horribiliter tremebat: aliquando quasi obriguissent, instar truncorum iacebant. Ab extasi autem sua & somnijs euigilantes, mirandas uisiones recensabant, quas spiritus eis patefecisset, & ipsi in alio mundo uidissent. Edocti enim erant, Anabaptismum sanctum esse, Deumque authorem habere: Pædobaptismum uero impium, & à Diabolo esse. Quidam Zuinglium apud inferos uiderant. Alij audierant à Deo repudiatos & abiectos esse omnes qui Anabaptismum impugnarent. Omnium hæc uox Patris uoluntas est, erat: Patris uoluntas est, Pater iussit, uel dixit. Omnes, aut saltem maior ipsorum pars, uidebat diem Domini instare. Quin etiam aliqui ipsorum ita temerarij fuerunt, ut etiam tempus & diem ipsum quo dominus uenturus esset, designarent. Hi deinde tanquam furiosi, circumcurrebant, & per Dies domini ueni. plateas clamabant, Dies domini, Dies domini. Annunciamus

## ADVERSVS ANABAPT.

uobis diem Domini, &c.

Enthusias-  
mus pluri-  
morum gra-  
uium erro-  
rum author

Huiusmodi autem stupiditas & furor amentium & de-  
moniacorum potius est, quàm hominum sapientum & mo-  
deratorum, qui recta ratione sint præditi. Verbum Dei sa-  
cris literis comprehensum, diuinitus nobis datum est, ex quo  
omnia iudicanda, & cuncta discenda, quæ ad salutem neces-  
saria sunt: nusquam autem à Deo ad horribiles horum ho-  
minum enthusiasmos remittimur, ut aliquid discamus ex  
melancholicis ipsorum uisis, aut fictis somnijs & imagina-  
tionibus, & fidem habeamus sponte assumptæ uersutiae. Ma-  
chometus insignis ille impostor, fidei Christianæ hostis, &  
Turcicæ ac Sarracenicæ author, etiam simulabat se huius-  
modi enthusiasmos habere, quanuis, ut Historici testantur, si-  
mul quoque morbo comitiali laboraret. Attamen huiusmodi  
fictis enthusiasmis, stolidos Arabes & Sarracenos seduxit.  
Præterea, tanta effecit Satan inter Christianos, enthusias-  
mis hypocritarum, & improborum quorundam hominum,  
ut ualde admirandum sit. Alius nanque ficta extasi, uidit a-  
nimas quasdam in purgatorio, petentes auxilium & libera-  
tionem: alius uero in suo extasi, uaria Monachorum institu-  
ta spectauit, quæ deinde diuinitus reuelata docebat. Bernæ  
in Heluetijs fratres Prædicatores, enthusiasmis cuiusdã fra-  
terculi lezeri, fraudes & imposturas plurimas facere cona-  
ti sunt, sed malitia ipsorum deprehensa, meritam mercedem  
acceperunt. Quamobrem à pijs uerbum Dei est amplecten-  
dum & tenendum, tales autem enthusiasmi diligenter ca-  
uendi.

Quando di-  
es domini  
ueniat.

Consideretur autem in huiusmodi ipsorum enthusias-  
mis, id quod erat præcipuum, nempe quod diem domini in-  
stare uidebant, & iam præ foribus esse, ita ut certum quo-  
que diem, quo uenturus esset, designarent. Interim tamen  
plus quàm 30. anni elapsi sunt. An non autem hic turpiter  
aberrauit



aberrarunt? Nullus hominum tempus & horam extremae diei prescire potest. Signa quidem præcedentia extremum diem diligenter dominus in Euangelio descripsit, et addidit, Quum hæc uideritis, attollite capita uestra, appropinquat enim redemptio: nusquam tamen diem & tempus nominat. Attamen non latet me libellum quendam à uiro docto editum esse, in quo annum & tempus extremae diei supputauit, uerum terminum ita longinquum constituit, ut etiamsi calculus erret, nemo tamen nostrum hoc illi possit obijcere. Verum hæc utcunque se habeant, Christianis certe maior esse debet auctoritas uerborum Christi in Euangelio, quam omnium doctorum supputationes, & stupidorum Anabaptistarum enthusiasmi. Ita autem dominus diserte loquitur: De die autem illo ac hora nemo scit, ne angeli quidem qui in cælo sunt, nec ipse filius, sed solus pater. Huc etiam spectat Apostoli doctrina, qui sic scribit: Porro de temporibus & opportunitatibus, fratres, non est opus ut uobis scribam. Ipsi enim penitus scitis, quod dies ille domini, ut sur in nocte, ita uenturus sit, & c. 1. Thes. 5. Ex his autem qui uis, uel mediocri prudentia præditus, facile perspicit, omnes hos enthusiasmos Anabaptisticos, meram & manifestam imposturam esse, aduersus Euangelium Dei, ideoque omnibus pijs serio cauendos esse.

Quo uero huius sectæ turpissima abominatio cognoscatur, ad fideles admonendos, commemorabo breuiter duas singulares & horribiles historias, quæ altera Amstelredami, apud Batauos, altera in S. Galli oppido, in Heluetia, ab Enthusiastis fratribus re uera gestæ sunt. Priorem diligenter & copiose describit Lambertus Hortensius, quem honoris causa nomino, in libro Tumultuum Anabaptistarum, quem in clyto senatui Amstelredamensi inscripsit. In illo autem inter alia hæc refert. Anno Domini 1535. tertio Id. Febru.

Matth. 24.  
Marci 13.  
Lucæ 21.

Andreas  
Oliander.

Marci 13.

Historia mi-  
ra quæ Am-  
stelredami  
contigit.

ADVERSUS ANABAPT.

Amsterodami in uico Salinario, in aedibus Ioannis Siberti  
 pannicide, qui tum procul domo aberat, septē uiri & quin-  
 que foeminae Anabaptistae conuenerunt. Inter hos unus, cui  
 Theodorico Sartori nomen erat, afflatus, in terram se ali-  
 quandiu coram ceteris fratribus & sororibus porrexit, qui  
 tandem euigilans, precatione facta magna grauitate, id est,  
 hypocrisi, Deum inquit se in sua maiestate uidisse, aliaque  
 in caelo & apud inferos lustrasse omnia, adesse magnum ex-  
 tremi iudicij diem, &c. Vestes deinde omnes exiit, ita ut  
 ne interula quidem reliqua esset ad tegendas uerendas cor-  
 poris partes. Mandat sub haec ceteris fratribus & sorori-  
 bus, ut suo exemplo se totos exuat. Vniuersum enim id quod  
 ē terra factum natumq; sit, filios Dei exuere & deponere  
 oportere. Praeterea cum ueritas nuda sit, nihil circa se pati-  
 tiatur, oportere ipsos quoque, ut ueraces, penitus nudos esse  
 se. His factis cum omnes nulla uericundia ducti, nudi astaret,  
 omnibus imperat Theodoricus, ut se imitarentur. Mox igitur  
 nudus in publicum ē domo egressus, horribiliter clama-  
 bat, *Vae uae uae*, diuina uindicta, diuina uindicta, &c. Hunc  
 deinde ceteri uiri ac foeminae nude sequebantur, & quasi  
 furiosi currebant, & horribiliter clamabant, ut nunquam  
 horrendior clamor auditus fuerit. Quamobrem ciues ad ar-  
 ma concurrunt, quippe qui ignorarent, urbs ne ab hostibus  
 capta esset, aut quid tadem sibi hic tumultus uellet. Capti de-  
 bita, quinto Calendas Martij septem uiri percutiuntur: ho-  
 rum primus clamabat, *Laudate semper dominum*: alter, *Vin-  
 dica sanguinem tuorum domine*: tertius, *Aperite oculos*: quar-  
 tus, *Vae uae*, &c. Postea etiam mulieres supplicio affectae sunt.  
 Cum capti essent uestitum oblatum reiecerunt, dictitantes,  
 ueritatem nudam esse oportere. An uero talis impudentia  
 unquam uisa aut audita est? Adamas quosdam ferunt  
oliva

olim nudasse seipfos, uerum hoc omnium aliorum impudentiam superat. Cum Adamus nihil aliud in promptu haberet, folijs ficis se tegebat: hi uero cum facile uestes habere possent, quoniam de causa, quæso, seipfos non tegebant? Verum tum homines huc deueniunt, cum deserunt uerum Dei uerbum, literis mandatum, & suis, imò potius Satanæ imaginationibus auscultant, & tam impuras res etiam spiritui sancto adscribere audent. Quanta grauitate Paulus iubet mulieres in ecclesia tecto capite esse 1. Corint. 11. quid uero ille dixisset aut fecisset, cognita tam impudenti nuditate?

Homines se  
tegere de-  
bere.

Que autem in S. Galli urbe facta fuerunt, non minus sunt horribilia. Anno enim 1526. duo uterini fratres, Thomas & Leonhardus Schykeri, habitantes prope urbem ad montem, qui à sago nomen habet, & Mulleggus etiam appellatur, septima Feb. cum alijs sue factionis in paternis edibus sub noctem conuenerunt. Integra autem ferè nocte Anabaptisticis sermonibus, & admirandis gestibus & uisis Enthusiastarum consumpta. sub ortum solis, qui dies octauus erat Februarij, Thomas apprehenso fratre Leonhardo, eum in medio, in conspectu parentum & ceterorum omnium, in genua procumbere iubet. Cum autem alij ipsum monerent, caueret, ne quid conaretur, quod fieri non deceret: respondit, nihil metuendum esse, neque enim hic quicquam præter uoluntatem patris fieri posse. Interim gladio educto, fratris, qui in genibus fixus coram eo procumbebat, caput detruncat. Ceteris igitur omnibus metu percussis & lamentantibus, Thomas qui cædem fecerat, continuo in urbem rectà currit, horrendis gestibus utens, quemadmodum plerunque Enthusiastæ facere solent. Nam tantum interula & caligis uestiebatur, & discalciatus e-

Horribilis  
historiaque  
S. Galli ac-  
cidit.



ADVERSUS ANABAPT.

D. Ioa-  
chimus Vadia-  
nus.

rat. Erat autem tum consul S. Galli D. Ioa-  
chimus Vadia-  
nus, doctrinae & pietatis nomine longe celeberrimus, co-  
ram hoc horrendis gestibus additis clamabat, Diem domi-  
ni adesse, Diem domini uenire. Addebat etiam, res ma-  
gnas eo diluculo factas esse, (facinus tamen horrendum non  
exprimebat) uoluntatem patris impletam esse, & acetum  
ac fel epotum fuisse. Consul grauiter ipso increpato, pro-  
pter immodestum clamorem & furorem, iubet eum ue-  
ste operiri, ac domum reuerti, & quietem agere. Verum  
statim horrendo eius facinore euulgato, captus est, & que-  
sitione diligenti, de horrendo, & inaudito eius facto habi-  
ta, capitali supplicio affectus fuit. Quam quæso penitus  
obliuioni tradidit Anabaptisticus spiritus uerba Ioannis, qui  
inquit: Per hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli:  
quisquis non exercet iustitiam, non est ex Deo, & qui non  
diligit fratrem suum. Quoniam hoc est nuntium, quod au-  
distis iam inde à principio, ut diligamus alij alios. Non si-  
cut Cain, qui ex illo Malo erat, & occidit fratrem suum,<sup>1.</sup>  
Ioannis tertio capite. Veruntamen Deus iusto iudicio hor-  
rendum hoc facinus ab Anabaptista fieri permisit: uult e-  
nim pro sua fide & bonitate, nos omnes ex hoc inaudito  
facinore infelicem & inauspicatum Anabaptismum, &  
præsertim fratres Enthusiastas agnoscere & fugere.

Det Deus omnibus illis qui hoc graui erro-  
re detinentur, oculos ad uidendum, &  
cor quod quàm longissime ab hac  
abominatione fugiat.

De liberis fratribus, &amp; ipsorum erroribus

cum eorundem confutatione. Cap. 2.

**L**iberi fratres, quos reliqui Anabaptistæ plerunq; cras-  
 sos & impuros fratres nominant, atq; excommunicare  
 solent, octauum locum in Anabaptistarum ordine tenent: ho-  
 rum ab initio Anabaptismi passim non exiguus numerus  
 erat, præsertim in superiori Germania. Christianam hi li-  
 bertatem carnaliter intelligebant. Nam eo quod à Christo  
 liberati essent, ab omnibus legibus liberi & immunes esse  
 uolebant. Ideoq; existimabant se iure neque annuos reditus,  
 neq; decumas, neq; etiam ulla seruitia debere. Alij tamen ex  
 ipsis paulo moderatiores, docebant, etsi hæc nullo iure de-  
 beantur, tamen Ethnicis soluenda esse, ne conqueri possint,  
 & doctrinam blasphemare. Seruitutem tamen penitus non  
 oportere inter Christianos esse. Quidam etiam liberi fra-  
 tres, hoc est, profligati & impuri nebulones, persuadebant  
 leuib; mulierculis, non posse ipsas saluari, nisi suam pudici-  
 tiam prostituerent. Abutebantur autem non absq; blasphe-  
 mia uerbo domini: Nisi quis deseruerit, & spreuerit quæ-  
 cunq; chara habeat, nõ potest saluari. Item, Christi nomine  
 omnem ignominiam & contumelias ferendas esse. Præte-  
 rea cum Christus dixerit, meretrices & publicanos præces-  
 suros in regno dei iustitiaros, debere mulieres meretrices  
 fieri, & suam pudicitiam prostituere, tum enim maiores fo-  
 re in regno coclorum probis & honestis matronis, &c. A-  
 lij hanc causam paulò subtilius agebant. Nam ut omnium bo-  
 norum, ita uxorum quoq; cõmunionem docebant. Addebãt  
 etiam se postquam rebaptizati essent, etiã regeneratos esse,  
 & peccare non posse, carnem tantum posse peccare. Sub  
 hoc autem falso & ficto prætextu, & inani figmento, multa  
 scelera & libidines perpetrabantur. Et tamen insuper di-  
 cere audebant, Hanc esse patris uoluntatem. Atq; hoc mo-

Liberi A-  
 nabaptistæ  
 & crassica  
 tres.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

ADVERSUS ANABAPT.

11. do inter impuros nebulones inuenta sunt coniugia spiritua-  
lia Persuadebant enim, mulieres grauiter peccare, si con-  
iungerentur maritis suis, qui adhuc gentiles, necdum re-  
baptizati essent: non autem peccare cum Anabaptistis con-  
gredientes, quoniam inter ipsos sit coniugiū spirituale, &c.

Turpis ab-  
ominatio  
huius fordi-  
sioris.

Merito autem alicui impossibile uideatur, homines Chri-  
stianos ad tantam turpitudinem pertrahi potuisse: uerum  
diabolus semper est sibi similis: eius enim instinctu iam olim  
quoq; huiusmodi impuri nebulones fuerunt excitati, ad im-  
pediendam & infamandam Christianam religionem, qua-  
les fuerunt Valentiniani, Marcosij, Gnostici, Borborita,  
Secundini, Anomei, Manichei, &c. de quibus sancti patres  
Irenaeus, Epiphanius, & Augustinus tam turpia & abomi-  
nanda scribunt, ut uel legenti horrorem incutiant Apparet  
autem horrenda ira dei, & meritum supplicium in impuris  
istis hominibus. Nam quia uerbum dei de sacro coniugio  
contemnunt, dei ueram cognitionē negligunt, ipsumq; neq;  
uenerantur, neq; gratias agunt quemadmodum oportebat,  
ea illis euenerunt quae Paulus commemorat, quod à deo tradi-  
ti sunt cupiditatibus cordium suorum, in ignominiam, ut ig-  
nominia afficiant corpora sua inter se mutuo. Nam quem-  
admodum non curarunt ut deum agnoscerent, ita à deo tra-  
diti sunt in reprobam mentem, ut ea facerent quae nō oportebat,  
pleni iniustitia, scortatione, malitia, &c. Rom. 1.

Christiane  
libertatis  
simplex  
expositio.

1.

Christiane primum libertatis longe diuersa ratio est ab  
ea quam isti animo conceperunt, & alios quoq; docent. Om-  
nes enim ab ipsa natiuitate serui & mancipia peccati su-  
mus, ac proinde mortis quoq; inferorum & satanae. Atque  
hoc ante indicauī cum de peccato scriberem. Ab hac serui-  
tute nulla creatura, quantumuis excellens & sancta, nos  
uindicare, & in libertatem asserere potest. At solus filius  
dei de caelo descendit, & carnem nostram peccatricem, uerum

Rom. 8.



rum absq; peccato, assumpsit, sanguinem suum effudit, et in cruce mortuus est, ut credentes in ipsum à peccato munda-  
remur, uel ut illud nobis condonaretur & remitteretur, neq; imputaretur ad mortem. Itaq; à peccato liberi sumus, non ut in nobis posthac non sit, sed, uelut ante diximus, ut non ad mortem imputetur. Ideoq; etiam à morte, quæ pœna est peccati, liberi sumus, non ut temporaria, sed ut æterna morte nō moriamur. Quamobrem ab inferno quoq; & satana liberati, ac iam deinceps liberi dei filij sumus. Et hæc est uera Christianorum libertas. Quia uero sumus filij dei, & liberi à peccato, morte, satana & inferno, non amplius ut serui peccato seruiamus. Quod si peccatum sese in nobis comouet, non tamen ipsi imperium in nos permittimus, ut nos opprimat, ac nos illi seruiamus, sed peccato repugnamus, et illud opprimimus, deoq; in noua uita seruiamus. Quæ de re multa à Paulo dicta sunt Rom. 6 & 8. cap. Ex his autem non difficulter cognoscitur, Christianam libertatē non esse libertatem carnis, non libidinem, ut liceat facere quicquid libuerit. Liberatos nos esse 8. Zacharias dicit: at in quem finem liberati sumus? Ut sine timore seruiremus ipsi, cum sanctitate & iustitia coram ipso, cunctos dies uitæ nostræ. Interea tamen certum est, eos qui adhuc in ueteri carnis impuritate hærent, & in peccatis obruti iacent, quibus nil repugnantes seruiunt, adhuc esse mancipia peccati, & nullo modo de Christiana libertate gloriari posse. Hoc enim probatur ipsius domini uerbis, qui ait: Amen amen dico uobis, omnis qui comittit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum. Si ergo uos filius uindictæ, uere liberi eritis. Hanc ob causam beati Apostoli iure omnes Christianos monent, ut uere liberi sint, ac non ueluti uelamen habentes malitiæ, libertatem, sed ut serui dei uiuant. Quamobrem cum hi libe

1. Cor. 12.  
& 15.

Lucæ 11

Ioan. 8.

1. Pet. 2.  
Galat. 5.

ADVERSUS ANABAPT.

ri Anabaptistæ non dei, sed omnis impuritatis & libidinis serui sint, non Christiana libertate liberi sunt. Hac autē de re legant finem 2. capitis posterioris epistolæ D. Petri, & resipiscant, & discant longe aliter, & ut Christianum decet, sentire & docere de Christiana libertate.

Quomodo  
à lege liberati  
sumus.

Quod autem ad libertatem legis attinet, à lege Moysis fideles uindictati & liberi sunt, quantum ad res externas, siue ille sunt cultus dei & ceremoniæ, siue in politia res quæ tantum regionem & personas Iudeorum spectabant. Quoad fidem uero & charitatem, & spiritum spontaneum, qui est ex fide, & in lege domini meditatur ac delectatur, fideles neq; liberi sunt, neq; talem libertatē optarent. In Euangelio namq; dominus inquit, Ne existimetis quod uenerim ut dissoluam legem, aut prophetas: non ueni ut dissoluam, sed ut impleam. Amen quippe dico uobis, usq; dum præterierit cælum & terra, iota unum, aut unus apex nequaquã præterierit ex lege usq; dum omnia facta fuerint, Matth. 5.

Quomodo  
à traditionibus  
liberati  
sumus.

Interea tamen nõ ignorandum est, fideles liberos esse ab humanis constitutionibus, ut illis coram deo non teneantur: his præsertim quæ de cultu dei, & rebus spiritualibus præter & contra uerbum dei constitutæ sunt. Et de hac re legantur ea, quæ à Paulo scribuntur 2. cap. ad Colossenses. Verum in hac libertate singuli fideles tali modestia utantur, ut se illis legibus aut constitutionibus hominum non opponant, quæ fidei & charitati non aduersantur, & de modestia, de rebus externis, & honestate uitæ constitutæ sunt. Quia enim honestatem & sensum legis diuinæ in illis cerunt, non curant hunc sensum hominum uerbis proponi, recipiunt, & ut diuinæ constitutioni parent. Quæ autē uero sensui sacrarum literarum repugnant, & superstitionibus seruiunt, & fideles uera libertate spoliant, ac conscientias obstringunt, hæc fideles reiiciunt & aspernantur. Quod

Quod uero præterea existimant liberi Anabaptistæ, se  
 se, ideo quod à Christo liberati sint, non teneri posthac ad sol- De iure res  
 uendos redditus annuos, decumas, & seruitutem seruiendā, ditium &  
 non tantum error est & prauus intellectus Christianæ liber decumarū.  
 tatis, uerum manifesta iniustitia, qua multis hominibus res 3.  
 suas detinent & alienant, imò furantur & prædantur. Chri-  
 stiana enim libertas non huc detorquenda est, ut à potestate  
 parentum, dominorum & magistratum liberi simus, nemi-  
 ni res suas reddamus, & ut ea quæ debemus nomina non sol-  
 uamus. Acquū enim & iustum est coram deo, ut & ea quæ  
 deus iubet faciamus. Deus autem diserte præcepit, non in  
 ueteri tātum, uerum etiam in nouo Testamento, dare deo ea  
 quæ dei, & Cæsari (hoc est, magistratui) ea quæ sunt Cæsa-  
 ris. Magistratui autem non tantum debetur honor, obedi-  
 tia, uectigalia, tributa, uerum etiam in rebus externis, facul-  
 tatibus, & debitis, statuere & decernere potest ex bono &  
 æquo, pro locorum, personarum, et causarum ratione. Vnde  
 etiam Iohannes Baptista, cum Publicani ipsum interroga- Lucæ 3.  
 rent, quid deberent facere, haud dubie loquentes de suis ne-  
 gotijs & uitæ genere, remisit eos ad magistratum leges, et  
 ait: Nihil amplius quàm quod constitutum est uobis, exigit.  
 Quamobrem cum magistratus, quibus corporum & fortu-  
 narum potestas à deo data est, leges tulerint de decumis &  
 annuis redditibus, his tam in soluendo quàm in accipiendo  
 obtemperandum est. Huc autē spectat quod à D. Paulo scri- Rom. 13.  
 bitur: Nemini quicquam debeatis, nisi ut uos mutuo diliga-  
 tis. Quod si quis existimat se propter charitatē nemini quic-  
 quam debere, huic assentior, si charitas nemini benefacere,  
 neq; quicquam debere docet: quod si ea iubet alteri facere  
 quæ tibi uis fieri, id facito, tum certe alteri res suas non de-  
 tinebis, aut auferes. Quin Paulus eodem loco diserte ait:  
 Reddite igitur omnibus quod debetis. Cum autem magistra



## ADVERSVS ANABAPT.

tus decumas & annuos redditus iure deberi statuerit, iure dā uino huiusmodi debita, sincere et honeste soluenda sunt: præsertim cum debitores sese promissione, sponsione, iureiurando, uadimonio, & literis signatis ad soluendum obstrinxerint. An uero diuino iure contractus facti non seruādi sunt?

Jerem. 31.

An etiam mentiri & fraudare ac fallere decet? Cur nō hoc loco Anabaptistæ memores sunt uerborum dñi, quæ alioqui

Matth. 5.

semper in ore habent: Sit sermo uester etiā etiam, non non.

De seruitu-  
re.

Quidam Anabaptistarum conuicti euidentibus testimonijs sacrarum literarū, concedunt redditus annuos, decumas, & alia debita quæque, qui tenetur, soluere debere: interim tamen iniquum existimant quenquam Christianorū seruū esse, & seruitutem seruire. Fuit autem hæc non minima causa tumultus rusticorum hominum, quo miseri homines non tantum sese in libertatem non uindictarunt, sed multo grauiori quā ante seruituti se implicarunt. Det deus eam mentem dominis, ut malint æquitate & humanitate, quā inuimane putauerint, omni dignitate & amplitudine iusto dei iudicio spolientur. Muncerus tamen atque reliqui authores seditionis & liberi Anabaptistæ, de seruitute male & senserunt, & docuerunt, iniustam esse, neque ullo iure Christianum ea teneri. Nam manifestum est Abrahamum, omnium fidelium patrem, seruos, et quidem plures, habuisse. Numerus enim seruorum illius, exceptis mulieribus & infantibus, fuit 318. Et apostoli ubique seruos dominis suis obtemperare iubent. Quin Paulus hac de re ita diserte scribit, ut nihil clarius desiderari possit: inquit enim, Quicumque sub iugo sunt serui (qui non sunt liberi, sed mancipia) suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Qui uero fideles habent dominos, ne eos despiciant quod fratres sint: sed potius inseruiant, quod fideles sint.

1. Tim. 6.

sunt ac dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce & exhortare. His comprehendimus doctrinam & exhortationem, quæ de seruitute à fidelibus doctoribus proponenda est. Quæ uero his aduersantur, inter falsa referri debent.

Quod si aliqui fidelium seruis suis ius, quo ipsis obstricti sunt, remittunt, & libertate donant, aut precio mediocri ipsos se redimere patiuntur, bene faciunt, & ob hanc humanitatem laudandi sunt. Quin & seruus si honeste & legitime (non mendacijs, dolis, seditionibus) libertatem consequi potest, ea utatur. Res enim nobilis & præstans est libertas. Quod si uir bonus nulla iusta ratione se in libertatē uindicare potest, cogitet & sciat seruitutem animæ & salutis suæ nihil obesse. Et de hac re audiatur D. Pauli sententia, qui ait: Vnusquisq; in qua uocatione uocatus fuit, in ea maneat. Seruus uocatus es: ne sit tibi curæ: sed si etiam potes liber fieri, potius co utere. Etenim qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est: similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi, 1. Cor. 7.

Libertatē  
querere.

Reponso ad reliquos nefandos & abominandos errores & imposturas Liberorum Anabaptistarum. Cap. 3.

**N**on tantum turpis & nefanda res est, uerumetiam horrenda blasphemia, quod Liberi Anabaptistæ, hoc est, petulantes nebulones, persuaserunt prætextu uerborū dei mulierculis leuibus, non posse ipsas saluari, nisi pudicitiam prostituant & scortentur. Sancto enim & puro dei uerbo contra genuinū sensum ad turpes suas libidines, nequitiam & impuritatem tuendam abutuntur. Nam quāuis a domino dictum sit: Si quis uenit ad me, nec odit patrē suum ac matrem, & uxorem & liberos, & etiam animam suam, non potest meus esse discipulus: tamen his uerbis non iussit

Vxorem,  
liberos, &  
omnia quæ  
chara sunt  
odio habes  
re.

Lucæ 14.

## ADVERSVS ANABAPT.

uxorem maritum odio prosequi, aut suam famam & honorem odisse, atq; turpes res & flagitia amare. Multa enim alia loca scripturarum his manifeste repugnant. Quod si ita se res haberet, quemadmodum improbi isti & inhonesti homines loquuntur, non possent homines saluari, nisi furarentur, latrocinaerentur, ut scilicet hac ratione patibulo & rota plecterentur, & infamia atq; ignominia coram mundo afficerentur: id quod inauditum est, ac theologia talis turpis & abominanda esset. Antea autem diximus, parentes, uxorem, liberos, honores & opes, si nos impediunt in salute nostra, in confitendo & sequendo Christum, odio esse habendas, sed tantum in hac parte, Christum uero & ipsius uerbum prae omnibus amanda esse. Quamobrem cum nos non impediunt, amare, curam habere, & omnia officia iustis illis prestare debemus.

Lib. 1.  
cap. 9.

Contumelias Christi nomine ferre.

Christi praeterea nomine contumeliae & ignominiae perferendae sunt. Verum contumeliarum & ignominiarum genera discernenda sunt. Nam partim peccata, quibus deum offendimus, contumeliae nominantur: propterea quod nos ipsos ignominia & contumelia afficimus. Huiusmodi contumeliae Christi nomine non sunt ferendae, ut scilicet Christi nomine peccemus, aut feramus ut alij nobiscum peccent, & nos ignominiosos coram deo & hominibus faciant. Partim autem ignominia nominatur dedecus & contumelia, quam nobis mali homines inferunt propter sanctam fidem, propter res iustas & honestas, cum nos longe meliora meriti essemus. Huiusmodi contumelias et ignominiam fideles ab infidelibus ferre oportet: quemadmodum & dominus in euangelio dixit: Beati eritis cum conuitiati fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus uos, mentientes, mea causa, Matth. 5.

Fatemur



Fatemur etiam Christum dixisse, publicanos & meretrix Quomodo  
 ces præcessuras in regno cœlorū iustitios: sed tamen non meretrices  
 ideo iussit mulieres sese ultro prostituere & scortari, ut sci præcessuræ  
 licet per scortationem in regnum cœlorum ingrediantur. rios. sint iustitia  
 Euangelica nanq; & Apostolica doctrina tradit, scortato  
 res & adulteros non ingressuros in regnum cœlorum. Ita= 1. Cor. 5. 6.  
 que uerbis ante adductis de illis dominus locutus est, quæ 10. & c.  
 cum meretrices fuerint, se deinde uera fide & pœnitentia  
 ad Christū conuerterunt: has, inquit, præcessuras in regno  
 cœlorum iustitios: quoniam iustitij se iustos putabāt, Ican. 9.  
 cum tamen non essent: nam Christo fide & pœnitentia se= Rom. 9.  
 se non addicebant. Quamobrem, Christiane lector, cernis  
 blasphemam turpitudinem Liberorum Anabaptistarum,  
 qui ausi sunt ita coacte detorquere uerba Christi ad suas  
 libidines: & tam impudenter mentiti sunt (sit uenia dicto)  
 docentes meretrices maiores fore in regno cœlorum ho=  
 nestis ac pijs matronis. Atqui uerum, & dei uerbo testatum  
 est, Liberos Anabaptistas nisi impuritati suæ renuncient,  
 & seriam pœnitentiam uitæ turpis & libidinosæ agant, in Gen 19.  
 tartara præcipitandos, & in æternum damnandos esse unā Hebr. 13.  
 cum suis scortis & omnibus impuris scortatoribus, adulte  
 ris ac demonibus.

Opes item etiāsi cōmunes esse oporteret inter Christia= Vxores nō  
 nos, tamen uxores excipiuntur & prohibentur, ut quæ usu esse commu  
 nes. 3.  
 non possunt æque ac reliquæ res cōmunes esse. Quare Libe  
 rorum Anabaptistarū doctrina de uxorū cōmunionē, neq;  
 Christiana est, & cum uerbo dei aperte pugnat, atq; etiam  
 ne humana quidem, sed lenonum et canum, & magistratus  
 gladio non tantum coercenda, sed recindenda.

Præterea quod ab ipsis dicitur, se post acceptum Anaba Post Ana  
 ptismum peccare non posse, omni ipsorū uita & factis men baptismum  
 dacij redarguitur: ita ut potius è contrario intelligendū sit, sulceptum  
 an pecca  
 tur.

ADVERSUS ANABAPT.

eos accepto Anabaptismo abijcere & exuere omnem modestiam, pudorem & honestatem: & assumere omnem impudentiam, nequitiam & impuritatem. Neque ulteriori aduersus ipsos probatione opus est: iudicetur arbor (ut et ipsi quoque ex euangelio loquuntur) ex fructibus. Qualis uero hæc est, & quam pulchra doctrina, qua docent nos non peccare, sed nostram duntaxat carnem. Arbitrabar eos carnem non habere, sed penitus spirituales factos esse. Vel quid intelligunt, cum se non peccare dicunt, sed carnem? An ne caro peccans non est ipsorum? an ne diabolus eorum cutem subiit? ubi ipsi interea manent? At dicunt se renatos esse: quæ quoque natiuitate? expendantur eorum dicta & facta, & confirmatum apparebit qualis sit regeneratio. Sed sint regenerati, an ne idcirco non sunt homines? propterea ne carne carent? Paulus de renatis loquens, ait: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et de seipso loquens, inquit: Nempe igitur ipse ego mente quidem seruius legi dei, carne uero legi peccati. Quia uero hi Liberi Anabaptistæ factis declarant se carnem crudam esse, melius illis hæc Pauli uerba conueniunt: Impuris nihil purum est: nam impura est ipsorum mens & conscientia.

Galat. 5.  
Rom. 7.

Patris uoluntas.  
10.

An non uero intoleranda & blasphema est ipsorum turpitudine, quod suis impuris libidimbus uelamen sancti & amabilis paterni nominis, prætendunt? Quod si patris nomine mendacij & omnis impuritatis patrem intelligunt, renacu, quod dicitur, tetigerunt. Quod si de patre cælesti loquuntur, de eo mentiuntur. Nam etsi absque dei prouidentia & gubernatione nihil sit, tamen peccatum in nobis ipsis oritur ex satanæ instinctu. Ea quæ iusta & honesta sunt deus uult & præcipit, iniusta & mala non uult & prohibet. Et D. Paulus ait: Nostis enim quæ accepta mandata dedermus uobis per dominum Iesum. Enim uero hæc est uoluntas dei,

dei, sanctificatio uestra, ut abstinence à scortatione: et sciat uestrum unusquisq; suum uas possidere cum sanctificatione & honore: non cum morbo cupiditatis, sicut Gentes quæ non nouerunt deum. Non enim uocauit nos deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem. Proinde qui hæc reijcit, non reijcit hominem, sed deum, qui dedit nobis spiritum suum sanctum, &c. 1. Thess. 4.

Quod si Liberi Anabaptistæ uel hunc unicum Pauli locum obseruassent, & sanctum dei præceptum non tradidissent obliuioni, tum neq; in tam abominandâ impuritatem lapsi essent, neq; unquam ausi fuissent mentionem facere matrimoniorum spiritualium, seu potius spiritu carentium & carnalium. Certum enim est, & perpetuo uerum manet, cum uxor alijs uiris quam uni marito (qui unicus, & una etiam uxor ex uerbo dei esse debet in eodem matrimonio, Matth. 19.) coniungitur, non posse matrimonium esse ullo modo, uerum ipsam esse turpem meretricem et adulteram. Est utique unicum spirituale coniugium toto terrarum orbe, quod contractum est inter dominum nostrum Iesum Christum, & omnes ipsi credentes in sancta Christiana ecclesia. Quamobrem quæ impuri hi nebulones confingunt de suis spiritualibus matrimonijs, nil aliud sunt quam diabolica impunitas: quemadmodum & hoc quod blasphemus ille David Georgius docuit, matrimonium liberum esse, neq; uirum uni uxori suæ astringi, sed alias plures posse habere ad augendam prolem, &c. Audiatur quid contra hæc D. Paulus dicat, qui ait: Propter scortationes suam quisq; uxorem habeat: (obserua quod unumqueng; suam uxorem habere iubet) & proprium quæque uirum habeat. Uxor proprium corpus non habet in potestate, sed uir: similiter autem & uir proprium corpus non habet in potestate, sed uxor. Quod si uir proprium corpus non habet in potestate, quomodo il-

De spiritibus conuictis Anabaptistarum.

1. Cor. 7.



ADVERSUS ANABAPT.

lud alteri mulieri præterquam suæ uxori dare potest? An non ipse dominus dixit, duos fore in carne una, itaque iam non duos, sed unam carnem esse, &c. Quamobrem cum hæc uera & certa sint, bene ac iuste fecit ille magistratus, qui principem Anabaptistam, & inter cæteros sectæ huius authorem, capitali supplicio affecit: propterea quod alterius uxorem huiusmodi falso spiritali coniugio seduxisset, & polluisset. Quin hoc omnium magistratum officium est, ut huiusmodi turpia scelera & flagitia diligenter prohibeant. Superius etiam tertio capite primi libri huius rei mentio facta est. Atque hoc loco magnos illos nebulones & Anabaptistas ab omni honestate liberos, dimitemus.

De alio genere Liberorum Anabaptistarum,  
& ipsorum erroribus, cum confutatione eorum.  
Cap. 4.

Aliud genus Liberorum Anabaptistarum.

**E**st præterea aliud genus Liberorum Anabaptistarum, qui non uero ordinem in hac Anabaptistica acie obtinent, hi non æque crassi sunt ac priores, uerum insignes hypocritæ, blandi, & in tota religionis causa leues & inconstantes sunt: quare à cæteris Anabaptistis maior pars ipsorum doctrinæ reiicitur, & anathemate feritur. Statuebant Pædobaptismum, magistratum, iusturandum, esse res liberas & medias, quibus fideles suo arbitrio uti, aut non uti possint.

Jerem. 31.

Ioan. 6.

1. Ioan. 2.

1. Prædicationem uerbi dei cessare & extinguere sinebant: nam externam prædicationem & sacros cœtus nihili faciebant: dicentes scriptum esse, oportere omnes doctos esse à deo, neque opus fore ut quisq; alterum doceat. Eodem modo sacramenta fidelibus superuacanea iudicabant: aut saltem non necessaria esse, & exiguam utilitatem habere. Nam cum fideles spiritum habeant, & res externis signis signatas, nihil illis

hil illis amplius externa signa posse conferre, cum hæc ante  
 habeant, itaq; sacramentis non indigere. Statuebant etiam  
 liberum esse fidem cõfiteri nec ne, pro temporum ratione.  
 Si enim graua pericula urgeant, tum posse fideles dissimu- 5.  
 lare ac tacere. Satis enim esse coram deo, si quis ueritatem  
 in corde retineat, etiamsi exterius corã hominibus contra- 6.  
 rium faciat. Neq; enim homines debere seipsos fidei causa  
 tormentis & morti exponere. Deo nanq; morte nostra ni- 7.  
 hil accedere, neq; uelle mortem nostram, aut ut uxorem &  
 liberos deseramus. Itaque pacis & tranquillitatis causa, 8.  
 posse singulos in causa religionis seipsos conformes facere 9.  
 illis cum quibus uersantur, & inter quos uiuunt. Cuius sen-  
 tentiæ etiam fuit blasphemus ille David Georgius, &c.

Secta hæc longe pestilentissima est, multa enim comple- Multos ho-  
 titur quæ carni grata sunt, deo autem in uniuersum aduer mines esse  
 santur. Ac nostra ætate (quod dolendum est) plures omnium huius sectæ.  
 opinione, in plerisq; dogmatibus, ante cõmemoratis, quasi  
 immersi sunt, qui tamen non sunt Anabaptistæ, neque tales  
 nominari uolunt. Deum quæso, ut uerbo & gratia sua tales  
 eruat, & fideles conseruet, ne in huiusmodi graues errores  
 labantur, & tandem homines nullius religionis fiant. Nam  
 omnes Liberi Anabaptistæ, & quicumq; illis in cõmemora- Nullam fi-  
 tis dogmatibus assentiuntur, reuera nullam fidem habent, dem habe-  
 neq; Christiani, aut Bapistæ, aut ullius alterius fidei sunt, re nunc uul-  
 uerum hypocritæ et mendaces sunt, leues ac uani homines, gare est.  
 qui prout cum hominibus uersantur, simulant se eius fidei  
 esse, cuius illi sunt quibus cum uiuunt. Attamen hæc res est  
 deo reuera abominata, qui firmam & constantem ueritatẽ  
 diligit, odit & damnat mendacia, uanitatem, hypocrisim et  
 dolos. His autem horum hominum moribus nulla est in ter-  
 ris ueritas, sed omnia mendacijs & simulatione perditæ &

## ADVERSUS ANABAPT.

corrupta sunt: imò qui ita sunt corrupti, mendaces & hypocritæ sunt.

Pædobaptis-  
mum, ma-  
gistratum,  
iurandū,  
non esse res  
ita liberas  
ut omitti  
possint.

Pædobaptismus, magistratus & iurandum, res non sunt liberæ, ita ut penitus in nostro arbitrio & potestate positum sit illis uti aut non uti. Quoniam enim baptis- mus ex deo est, qui baptizare iussit, & quidem omnes qui populo dei adnumerantur, cuiuscunq; sint ætatis, non decet nos ea omittere quæ deus præcepit. Atque idem deus, cui ho- minum natura optime cognita est, & qui nouit magistra- tum non tantum utilem, uerumetiam necessarium esse ho- minibus, non modo magistratum, ut rem utilem & necessa- riam instituit, uerumetiam homines magistratui obtempe- rare iussit, illis iurare, & alia obedientiæ officia præstare. Quomodo ergo hæ res liberæ sunt? quomodo omitti pos- sunt? An non apostolus ait: Quapropter necesse est subijci, non solum propter iram (ad euitandam nempe pœnam irati magistratus) sed etiã propter conscientiam. Nam cum hominis commodo magistratus à deo instituti sint, haud dubie conscientia eos accusat & torquet, qui magistratus con- temnunt, neque illis obediunt. Etsi enim illi foris dissimu- lant, tamen nihilominus interius deus conscientias accen- dere nouit.

Quomodo  
fideles nul-  
la amplius  
doctrina o-  
pus habeât.

2.

Scriptum quidem est: Erunt omnes docti à deo: & Non opus habetis ut quisquam uos doceat, unctio enim uos uere de omnibus docebit. Horum autem & similium locorum non est hic sensus, nulla penitus institutione opus esse, sed deum edoctrum ecclesiam suam, nimirum uerbo suo & spiritu: ideoq; non opus esse alijs doctoribus, aut alia quàm diuina doctrina. Diuinam autem doctrinam prophetae & apostoli nobis proposuerunt, itaque non alia doctrina ad iustitiam, religionem & salutem nobis necessaria est: ete- uina



nim hæc uera, sincera & perfecta est. Quamobrem cui-  
 us perspicuum est, testimonia hæc quæ à Liberis Anaba-  
 ptistis adducuntur, non tollere prædicationem uerbi & sa-  
 cros cœtus. Neq; eos tuetur quod dicunt, spiritu intus do-  
 cente non opus esse externa doctrina. Nemo enim unquam  
 abundantius donatus fuit spiritu quàm apostolica ecclesia  
 prima, non tamen ideo uerbi prædicationem & sacros cœ-  
 tus neglexit. An uero ipsi sanctiores & magis spirituales  
 esse uolūt prima Apostolica ecclesia? Deus præterea (ut pri-  
 mo libro dictum est) utitur hoc ordine, uerbum externum  
 per homines iubet prædicari, & gratiam suam addit, ac au-  
 ditoribus electis suis corda aperit, eos interne suo spiritu  
 docet, consolatur & confirmat, ut doctrinam recipiant, &  
 amant. Qui externam set ueram dei doctrinam non amant,  
 non est quod de interna doctrina & spiritu se iactent, &  
 huic fidant. David, Beatus, ait, uir, cuius uoluntas in lege do-  
 mini, & qui in ea meditatur die & nocte. Et huc spectat  
 quod à Christo dicitur: Qui ex deo est, uerba dei audit: pro-  
 pterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Et alibi: Beati  
 qui uerbum dei audiunt, & faciunt. Mariã etiam præ Mar-  
 tha laudat, quod suis pedibus assideret, et uerba sua audiret.  
 Sacris autem & ecclesiasticis cœtibus fidem nostram testa-  
 mur & confitemur, deum honoramus, & illi seruiamus his  
 rebus quas sibi placere testatus est. Nam in sacris cœtibus  
 non modo prædicatione uerbi dei auditur, uerum etiam pre-  
 ces fiunt, peccata deo confitemur, fidem profitemur publi-  
 ce, in omnibus necessitatibus deum inuocamus, pro omni-  
 bus oramus, gratias deo agimus ob accepta beneficia, pau-  
 peribus eleemosynas conferimus, & administramus sanctæ  
 dei sacramenta. Ad summam, sacris cœtibus exercetur, plan-  
 tatur & alitur uera fides, & eandem fideles hoc facto &  
 præsentia sua publice profitetur. Quare omnibus apparet,

Externam  
 doctrinam  
 propter in-  
 ternam non  
 esse abro-  
 gandam.  
 Ioan. 8.

Lucæ 11.

De sacris  
 cœtibus.

ADVERSUS ANABAPT.

Sacros coetus negligere & contemnere, sacros coetus non esse rem exigui momenti, imò non posse, neque debere fideles hos negligere & aspernari, & in illis qui sacros coetus contemnunt & negligunt, nihil boni, nullum deum, nullam fidem & charitatem, nullum bonum spiritum inesse. Verum nunc non loquor de aegris lecto affixis, aut de captiuis, qui diuina ui detinentur, & propter infirmitatem non possunt ad sacros coetus uenire: uerum de illis, qui cum possint, tamen uenire nolunt, uel ex negligentia, uel ex contemptu. Qui uero coetibus sacris interesse non possunt, spiritu tamen sunt praesentes, & si fieri posset, libenter etiam corpore praesentes essent: hi sunt ac manent filij dei, membra ecclesiae, participes omnium bonorum, neque corporis absentia quicquam detrimenti illis affert.

Sacros coetus uetustos esse, et omnibus dei seruicij in usu fuisse. Sacros uero coetus & ecclesiasticos conuentus etiam sanctos Patriarchas habuisse, scripturae multis in locis testantur. Nam quamuis templa non haberent, tamen certis & honestis in locis conueniebant, in quibus dei cultum exercebant, precibus, doctrina & sacrificijs. Scimus etiam quàm deus Moysi aetate omnem externum cultum optime instituerit, & populo suo tradiderit, quae item quarta lege primae tabulae praeeperit. Haec autem, quantum ad fidem & charitatem & Christi cultum spirituales, non sunt abrogata à Christo: qui etiam sacros conuentus conuocauit, & apostolos sanctos coetus per uniuersum terrarum orbem instituire iussit. Legantur enim Acta apostolorum, & apparebit omnes insignes ecclesiae suos conuentus & sacros coetus habuisse. Quamobrem Liberi Anabaptistae contra Christianam fidem agunt, in eo quod sacros coetus irritos faciunt, & ab illis homines auocant. Attamen hoc plerunque omnes Anabaptistae faciunt, ac ea in re grauiter in deum peccant, quippe qui cultum

tum & honorem eius abrogant. Det Deus illis ut hæc agnoscaut, & quod iustum est uideant.

Responsio ad reliquos errores Liberorum et reliquorum Anabaptistarum, de sacramentis, de simulatione et silentio, de confessione fidei. Ca. 5.

**V**erbo Dei aperte repugnat, & partim etiam manifesti blasphemia est, quod docent sacramenta fidelibus esse superuacanea, non utilia neque necessaria, ideoque pios ipsis non opus habere. Si enim ecclesia seu fideles non opus haberent, & ea superuacanea essent, tum res superuacanea & non necessaria à Deo instituta essent. Quod tamen à Deo non fit. Nam omnia quæ unquam fecit aut instituit, bene, iuste, & ut res necessarias, instituit: aliter autem de ipso loqui & cogitare, peccatum & blasphemia est. Cum igitur sacramenta ab ipso sint instituta, non sunt inutilia. Verum illi dubij sui sermonis hæc rationem afferunt: sacramenta nihil conferre posse fidelibus, quod non ante in spiritu & fide habeant. Verum sit ita, ut dicunt, non tamen inde efficitur sacramenta esse inutilia, & ex earum rerum numero quibus non opus habemus. Nam quis unquam abundantius spiritum habuit, quis alius ipse fons gratiæ fuit, quam dominus noster Iesus Christus? cum Ioannem accessisset, ut ab ipso externo aquæ baptismo baptizaretur, ait illi Ioannes: Ego necesse habeo à te baptizari, & tu uenis ad me? dominus autem respondens, dixit ei: Omitte nunc: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Quamobrem diuino iure hoc seruari oportet, ut etiam aquæ baptismus adhibeatur: neque sacramenta propter interna dona inutilia sunt. Nonne Eunuchus Aethiops fidelis erat, & spiritum sanctum habebat? Nonne Cornelius fidelis erat, & spiritum sanctum habebat? Itaque iuxta sermones peruersorum horum hominum, externo ba-

Sacramenta non esse superuacanea & inutilia.

Eos qui spiritum & fidem habuerunt, nihilominus sacramentis uti solent esse.

Math. 3.

Act. 8. et 10



ADVERSVS ANABAPT.

ptismo non opus habebant. Sed contrarium apparet in sacris literis. Nam alterum Philippus ipso petente baptizauit, alterum D. Petrus: haud dubie non frustra et superuacane, absq; omni utilitate & augmento donorum Dei. Iure is  
 Messaliani. taq; ueteres damnarunt, & ex uerbo Dei repudiarunt Messalianos, qui eadem cum Liberis Anabaptistis iam olim docuerunt. Docebant illi, his qui Christi corpus inuis spiritualiter sumpsissent, coenam domini inutile esse. Et enim non tantum apostoli ueram fidem habuerunt, & Christum quemadmodum ipse Ioannis 6. docuit, spiritualiter manducarunt, et tamen nihilominus coenam domini externam quoq; sumpserunt: sed etiam Paulus iubet hominem prius seipsum probare, & sic de pane illo edere, & de poculo illo bibere. Haec autem probatio absq; dubio sine spiritu & fide non potest fieri: & tamen qui tales sunt, nihilominus coenam accipiunt: Paulus enim eos accipere iubet, certe non absq; fructu. Viro bono promittenti aliquid, fidem habemus eum statutum promissis: nihilominus tamen non arbitramur superuacaneum esse publicam stipulationem aut sponsionem fieri, & in tabulis obsignari, et tabulas obsignatas cum accipimus non iudicamus superuacaneas, neq; nos nihil amplius quam antea habere statuimus. Hoc autem exemplo ideo utor, quod D. Rom. 4. Paulus circumcisionem nominat sigillum iustitiae fidei: quod Abrahamus prius iustificatus fuit fide, deinde accepit sacramentum circumcisionis, non superuacane & inutiliter, sed ad obsignandum solam fidem iustificare.

Sacramenta annihilantur & abrogantur.

Huiusmodi autem doctrina Liberorum Anabaptistarum, sancta Christi sacramenta euacuatur, annihilantur & abrogantur, magno Christianae ecclesiae damno. Quamuis enim salus nostra sacramentis non est astricta, ita ut absq; illis seruari possimus, cum scilicet propter inuitabilem necessitatem non possumus ipsa habere & consequi: nihilominus tam

men eo loco in ecclesia manere debent, quo à domino constituta sunt, & si ipsa habere possumus, non sunt omittēda tanquam res necessariae. Qua de re alibi pluribus egimus. Interim tamen animaduertendum est, quemadmodum hoc & alij quoq; locis contumax Anabaptistarum spiritus sese exerat. Liberi enim hi Anabaptistae Baptismum penitus contemnūt, alij uero Anabaptistae ipsum etiam supra Christum extollunt. Adco nullum omnibus in rebus modum seruant, sed uel nimium uel parum tribuunt.

Aliqui namq; Anabaptistarum de Eucharistiae pane, non aliter quàm de quotidiano & uulgari pane loquuntur, dicentes, nihil aliud aut amplius esse quàm nudum fraternitatis signum: neque ullam ibi esse communionem corporis & sanguinis Christi. Atq; hoc loco uerum esse fatemur, essentiam panis in coena domini manere, neque in corpus Christi transsubstantiari, ut Papistae dicunt, ut nō amplius sit panis, sed tantum corpus Christi, attamen inuisibiliter sub forma panis. Nam quemadmodum corpus Christi etiam post resurrectionem, quod nunc ad dextram Dei est, uerum & uisibile corpus est & erit: ita etiam in sacramentis non tantum signum, sed etiam res signata consideranda est. Quod si panis non amplius esset in sacramento, sed tantum corpus Christi, quemadmodum Papistae dicunt, tum non amplius signum esset, sed solum res signata, & ita non esset sacramentū. Non enim forma tantum, sed ipsa substantia panis qui frangitur, signum est. Quamuis autem substantia panis uera remanet, in usu tamen coenae domini non debet iudicari uulgaris panis, quo ad nostri corporis alimoniam uescimur, uerum sacramentalis & sanctus panis, quem dominus institutione & uerbo suo sanctificauit, & à uulgari usu ad spiritualem separauit, ut alium finem & usum habeat quàm corporis alimoniam: nam nostram salutem & spiritualem cibum uitae no-

Panis eius  
charitiae  
non est rana  
tum cōmu-  
nis panis.

1. Cor. 10.  
& 11.

ADVERSUS ANABAPT.

bis representat.

Corporalis  
manducatio  
corporis  
Christi.

In hac etiam causa uerum est, corpus Christi in cœna non accipi eo modo quo Papistæ dicunt: nempe ut corporeo ore edamus & bibamus uerum & naturale corpus ac sanguinem Christi corporaliter, attamē ineffabiliter. Nam cum dicant corporaliter, iam sit effabile. Non tamen inde sequitur corpus Christi in cœna nullo modo manducari, quemadmodum quidam Anabaptistarū sentiunt. Nam in scripturis expresse duplex manducatio corporis Christi describitur. Una corporea. Nam Capernaitæ audientes Christum dicentem, se esse panem cœlestem, & carnem suam uere cibum esse, & sanguinem suum uere potum esse: dicebant, durum esse hunc sermonem, quod scilicet dixisset, carnem suam cibum esse, nosq; eā edere oportere, si uiuere uoluerimus: & querebant inter se, quomodo potest hic nobis carnē suā (scilicet corporaliter) dare ut uescamur? Dominus autē respondit illis, & ait: Caro (corporaliter scilicet manducata) non prodest quicquam. Quod si corporaliter manducata non prodest, certe corporalis manducatio à domino, qui nihil nisi utile instituit, non est mandata & instituta, ne in cœna quidem. Atq; hoc modo corpus Christi non manducatur.

De spiritua  
li manduca  
tione corpo  
ris Christi.

Alia præterea est manducatio corporis Christi, quā Christus ipse Io. 6. ac Paul. 1. Cor. 10. et tota uetus ecclesia unanīmi consensu, spirituale nominauit. Non quod corpus Christi in manducādo spirituale et inuisibile fiat, corpus enim Christi semper ueri corporis naturam & proprietatem seruat, sed ideo quod dominus nos spiritualiter pascit, & cibum uitæ spiritualiter nos percipimus. Id autem hoc modo fit. Christus dominus, qui est in cœlis, & ibi manet ad finem usq; sæculi, corpus & sanguinem suum, cum adhuc in his terris esset, nobis in cibum & potum parauit, dum illud morti tradidit, & sua morte peccatum & mortem æternam uincit, in-

stitiam



fitiam autem & uitam reparat. Nam ut corporeis cibis homo corporaliter alitur & sustentatur, ita etiam spiritualiter alimur & in uita conseruamur corpore Christi tradito, & sanguine effuso: ex his enim diuina ui nobis cōfertur gratia, iustitia & uita. Nam Christus qui iam est ad dextrā Dei, nos suo spiritu uiuificat & iustificat, idq; hac uita & iustitia, quam nobis corpore & sanguine suo impetrauit, & nobis seipsum hoc modo in cibū dat. Nos autem hunc spiritualem cibū in animis nostris percipimus aut edimus fide, qualem iusti sumus ac uiuimus. Quemadmodum corporis cibos edendo sumimus, ita beneficiorum Christi participes reddimur, & uitam ipsius accipimus per fidem. Ideoq; ipse etiam inquit: Ego sum panis ille uitæ: qui uenit ad me, (ad dominum autem uenire, est credere) nequaquam esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquā. Atq; hic est modus & forma spiritualis manducationis corporis Christi, quæ etiā extra cœnam domini fit: neq; in cœna domini corpus Christi alia forma à fidelibus ad salutem manducatur, nisi quod accedit externa manducatio sacramenti, & tota illa actio, qua publice celebramus commemorationem mortis Christi cum gratiarum actione. Cœna enim domini est huius rationis, qua nos saluatos commemorauimus, sacramentum, testimonium, representatio & commemoratio. Est etiam signum fraternitatis: nempe quod omnes nos qui de uno pane edimus, eiusdem corporis Christi membra sumus: uerum hoc non est summum et unicū in cœna domini, ut Anabaptistæ arbitrantur, qui communionis Christi & aliarum rerum nullam mentionem faciunt, & tantum de fraternitate loquuntur. Hæc autem paulo prolixius tractaui, ut qui hæc legunt, uideant quàm minime nobiscum agant illi qui nos à Zuinglio Zuinglianos nominant, (cuius nos non pudet, quippe qui fidelis Christi minister fuit, & bene ac sancte docuit, ueruntamen Christiani

Christus pa  
scit nos spi  
ritualiter.

Cibum hūc  
fide edimus

Quomodo  
in cœna do  
mini Chris  
tum man  
ducemus.

ADVERSUS ANABAPT.

non Zuingliani nominari uolumus) & Anabaptistis annua-  
merant, ac in suis scriptis & pro concionibus unâ cum illis  
damnant: interim diligenter curant, ne nostra scripta & no-  
stra innocentia in lucem prodeant ac palam fiant, &c.

Cōfessio fidei  
dei precipi-  
tur, neq; li-  
bera est.  
Matth. 10.  
Mar. 3.

Quod uero præterea Liberi Anabaptista dicunt, libe-  
rum esse fidem confiteri aut reticere, imò si periculum sit in  
confessione fidei, tacendum esse: hoc manifeste falsum est, et  
euangelio aduersatur, in quo dominus ita loquitur: Omnis  
qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego e-  
um coram patre meo qui est in cœlis. Quisquis autem nega-  
uerit me coram hominibus, et quicumq; erubuerit me ac me-  
os sermones in natione hac adultera & peccatrice, filius e-  
tiam hominis erubescet eum, quando uenerit cum gloria pa-  
tris suis cum angelis sanctis.

Non satis  
est fidem in  
corde serua-  
re absq; cō-  
fessione.

Eodem modo cum dicunt nō necessariam externam con-  
fessionem, propterea quod satis sit ueritatem in corde habere,  
& nihil referat etiam si exterius coram hominibus con-  
fessionem faciamus: ratio hæc & causa quæ ab ipsis affertur,  
non minus falsa est quàm ipsa propositio quam statuerunt:

Helchetai-  
ta.

posse homines fidem reticere. Fuerunt antiquitus Helchetai-  
tae qui hoc idem senserunt, & tamen uere ac iuste à Christia-  
nis damnati sunt. Nam si ex abundantia cordis os loquitur,  
non poterit os tacere, si cor uera fide accensum fuerit. Ete-  
nim ubi uel paruula scintillula est ueræ fidei, illic diffundit  
ex sese lucem & calorem confessionis. Nam & Paulus in-  
quit corde credi ad iustitiam, ore autem fieri cōfessionem ad  
salutem. Rom. 10. Extant quoq; præclara illorum exempla  
qui fidem suam non in mantica absconditâ gestarunt & eam  
erubuerunt, sed ipsam præclare confessi sunt. Legatur Daa-  
nielis historia: Acta Apostolorum: & octauus liber Eccle-  
siasticae historiae Eusebij.

Fideles se-  
se periculis

Quod si fideles tormenta & mortem fidei causa non o-  
portet

portet subire, quare dominus in euangelio hæc dicit? Qui- & morti ex-  
 cunque uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat ponunt.  
 crucem suam, ac sequatur me. Nam quisquis uoluerit ani- 6.  
 mam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdidit  
 animam suam, causa mea & euangelij, iste seruabit eam. Mar-  
 ci 8. Verbis his Christi apertis, quibus nihil clarius fieri pos-  
 set, electi Dei firmiter credunt, neq; curant nugis Anaba-  
 ptistarum.

Etsi autem domino nihil accedit nostris tormentis & mor- Deum glo-  
 te, quandoquidem in seipso maior & præstantior est quam rificari af-  
 quisq; ore effari possit, tamen nihilominus scripturæ testan- flictionibus  
 tur, ipsum afflictionibus & morte suorum honorari & glo 7.  
 rificari. Nam cum à domino Petro prædictum fuisset, quum  
 seruerit fore ut alius ipsum cingat & ducat quo nolit, ad-  
 dit Euangelista: Hoc autem dixit, significans qua morte glo-  
 rificaturus esset Deum. Ioan. 21. Legatur de hac re 1. Petr.  
 4. cap.

Non uult Deus, ut Ezechiel inquit, mortem peccatoris, Quomodo  
 sed magis ut uiuat. Viuere autem aduersus Deum, in infide- deus nolit  
 litate, in sceleribus & flagitijs, in abnegatione Dei & uerbi mortem ho-  
 ipsius, non uita sed mors est & nominatur. In tali uita deus 8.  
 non uult nos uiuere, ideoq; etiam non uult nos ipsum pro-  
 pter talem uitam abnegare, quin magis talem uitam, imò e-  
 tiam corpoream uitam ueritatis causa nihili facere, & pro  
 mittit nos per mortem temporariam ingressuros in uitã e-  
 ternam, quemadmodum ex euangelio apparuit.

Item si dominus non uult nos uxorem & liberos desere- Vxorem et  
 re sui causa & uerbi ipsius, quare in euangelio dixit: Si quis liberos an  
 uenit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & uxorem deferere os  
 & liberos, & fratres, & sorores, amplius autẽ etiã animã 9.  
 suam, non potest meus esse discipulus? Luc. 14. Veruntamen  
 quedam de hoc dogmate scripsimus 9. cap. primi libri.



## ADVERSUS ANABAPT.

Aduersus  
turpia men-  
dacia & si-  
mulationes

Postremo quod ab istis epilogi uice dicitur, posse singu-  
los eam fidem simulare, quam illi habent quibus cum uersat-  
tur, turpe dictu est, & horrendum auditu. Nam hac ratio-  
10. ne horrenda & publica flagitia faciunt & docent. Nisi me-  
tiri & simulare non est peccatum & flagitium? Aut quid-  
nam est mendacium & simulatio, si aliud in corde habere et  
longe aliud exterius coram hominibus facere, non est men-  
daciū & simulatio? An autem non est graue peccatum et  
flagitium, nostram quietem plus quam ipsum deum amare?  
& disimulando hæc omnia fiunt. Quamobrem singuli flagi-  
tiosam & turpem hanc doctrinam negligant, & potius fi-  
dem habeant uerbis Pauli, dicentis: Fidus est sermo. Nam si  
cum eo mortui sumus, cum eo etiam uiuemus: si toleramus,  
cum eo etiam regnabimus: si abnegamus, & ille abnegabit  
nos, 2. Tim. 2. cap. Idem apostolus nos docet fugere omnem  
contaminationem earum religionum, quæcumq; sunt præter  
unicam & ueram Christi religionem. Legatur 2. Cor. 6. &  
1. Cor. 10. cap.

De Hutitis fratribus, & erroribus ipsorum, cum  
eorundem confuratione. Cap. 6.

Hutitæ fra-  
tres.

**D**ecima Anabaptistarum factio est Hutitarum, qui ita  
nominati sunt à quodam Ioanne Huto, qui contumax  
in suo errore in carcere obiit. Sentiebat Ioannes iste Hutus,  
1. Anabaptistas suæ factionis esse corporaliter populum Israe-  
liticum, qui gladio omnes impios Chananeos excindere de-  
berent. Dominum uero reuelaturū illis tempus, quando hæc  
2. facienda sint. Amabant isti Hutitæ uisiones et somnia: erant  
autem pleraq; ipsorum uisa atrocita & horribilia. Narrat-  
bant enim tantum res horribiles à se uisas, quas deus in hoc  
3. mundo factururus esset. Tam certum autem illis erat extre-  
mum

num diem presentem esse, ut aliqui ipsorum omnes suas opes & facultates prodegerint, ea opinione, ut putarent se uix eas absumere posse, tam breui enim temporis spatio se satis opum habere. Quidam ipsorum temporis progressu penè similes facti sunt illis qui se Voluntarios pauperes nominant. Veruntamen non sibi, ut aiebant, sed fratribus & sororibus congregabant: quamuis seipsos in distribuendo non neglexerint.

Carnalem aut corporeum Israel sacrae apostolica litterae reijciunt, & docent omnes Christianos, qui uera fide praediti sunt, omni tempore, cuiuscunq; sint nationis, esse ueros Israelitas deo charos, Israelitas inquam spirituales. Ideo ueteres limites duodecim tribuum translati sunt ad fines terrae, & antiquum foedus per nouum ablatum est: atq; nunc omnes fideles sunt uerus Israel dei. Atq; hoc modo Paulus inquit: Non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel. Neq; quia semen Abraham, ideo omnes sunt filij: sed in Isaac uocabitur tibi semè. Hoc est, non qui filij carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissionis, numerantur in semine. Idem docet D. Petrus, qui ait, fideles qui quondam non erant populus dei, esse nunc populum dei per Christum in fide, qui esse eos regale sacerdotium, gentem sanctam, consecratos à deo, ut sint sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptas deo per Christum: quae sacrificia pluribus describit Paulus Rom. 12. & 15. Philip. 4. Heb. 13. Nostra aetate nulli Chanaan ei sunt quos gladio excindere oporteat, sed omnes in Christo fratres sumus. Caro nostra, concupiscentia & peccatum quod in nobis est, reliquiae sunt Chanaanorum, quas nos ut spirituales sacerdotes gladio spiritus iugulare, & nos ut homines deo offerre oportet. Alioqui de occidendis impijs satis dictum est 2. capite 1. libri. Quando autem Huitis spiritus eorum reuelauit impios occidendos esse? Nunquam plane.

ADVERSUS ANABAPT.

De horribilibus uisis & fomitijs Anabaptistarum. 2.

Magna itaq; miseria est, quod hi & reliqui etiam Anabaptista cum toties impegerint ut sapiant, tamē sapere nolūt. De somnijs & uisis ante diximus, hoc tantū silentio praeterire non possum, mirū esse quod cum hi tum reliqui etiam Anabaptistae his similes, ne unam quidē uisionē habent, quae deus se clementē & propitiū exhibeat. In oībus enim ipsorum uisis anxietas et calamitates, fulgura, tonitrua, poene, gladius, abominationes & miseriae, satan, mors, inferi, excidia & interitus uidentur: & tamē certū est, deum in medio huius uitiosissimi saeculi habere suos electos, quorū non obliuiscitur, quos consolatur. Habuerunt quidē etiam prophetæ & apostoli uisiones rerum difficilium & tristiū, interim tamen additæ sunt sententiæ plenæ cōsolationis, et promissiones gratiæ. Itaq; Anabaptistarū spiritus inhumanius & immitis, iracūduus, melancholicus, Saturnius et Martius, longe aptior desperationi & excidio, quāz ueræ cōfirmationi & doctrinæ: itaq; saepius ab inis exoritur, quāz ut ab alto demittatur.

Omnia ante extremū diem consumere.

3.

Quod autem Huititæ illi sua prodigalitate studuerunt omnia ante extremum diem consumere, satis declararunt se huiusmodi res temporarias pluris facere quāz uideri uelent. Quamobrem iure & suo merito inopiam deinde passi sunt, cum omnibus rebus consumptis extremus dies non ueniret. Debuisse certe ex tam crasso errore & hallucinatione sui prophetae deprehēdere, se non prophetae, sed crasso & imperito homini fidem habuisse.

Contra uoluntariam & simulatā paupertatem.

Simulata eorū paupertas, qui noui quidam Voluntarij pauperes uidebātur, et collecta quas pro fratribus & sororibus faciebant, speciem quidē aliquā habent inter homines supersticiosos, deo autē improbantur, qui huiusmodi medicationem, otium & inertiam prohibuit, & laborare iussit: ac prohibuit etiā quenquā alteri sub religionis specie molestū esse.



esse. Verū absq; dubio satanas huiusmodi deo ingrata mendicationis author est. Nā quoniā nostra atate multū imminuta sunt mendicabula pijs molesta, & ipsi monachi mendicantes, studiose noua quedā mendicabula plantat, ne omne ipsius semen intereat. Audiatur quæso Paulus apostolus, *Act. 20:* quā graui oratione omnem huiusmodi mendicationē damnat, quanta autoritate ad laborandū hortatur his uerbis? Argentū & aurū, aut uestem nullius concupiui. Imò ipsi nobis quod usibus meis, & his qui mecum sunt, subministrarūt manus istæ. Omnia ostendi uobis, quod sic laborātes oportet sustinere inualidos, ac meminisse uerborū domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatum est dare potius q̄ accipere. Et alibi: Denunciamus autē uobis fratres, per nomē domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre qui inordinate se gerit, & non ex tradita doctrina quam accepit à nobis. Nam ipsi scitis quomodo oporteat imitari nos: quoniā non inordinate nos gessimus inter uos, neq; gratis panē edimus à quoquam: sed cum labore & ærumna nocte dieq; operantes, ad hoc ne quē uestrum grauaremus. Non quod nō habeamus hoc ius, sed ut nosmet ipsos pro exemplari exhibeamus uobis, ad imitandū nos. Etenim quū essemus apud uos, hoc denūciabamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdā uersantes inter uos inordinate, nihil operis faciētes, sed curiose agentes, &c. 2. The. 3. Hæc autē uerba nulla explicatiōe indigēt: nā manifesta sunt, et aperte repugnāt mēdicationi & petacitati ueterū & recentū mendicabulorū, monachorum mendicantiū & Hutitarum.

De fratribus Augustinianis, & ipsorum ac ipsius similibus erroribus, cum eorum cōfutatione.

Cap. 7.

VNdecimo inter Anabaptistas loco constituo Augustinianos, qui à quodā Anabaptista Augustino Bohemiano *Augustiniani Anabaptistæ.*

ADVERSVS ANABAPT.

- natiōe denominati sunt. Hic somnijs & uisionibus Huto nō  
 diſſimilis erat, quemadmodum homines huius ſectę ſtudioſe  
 tractant uanas quaſdam imaginationes, & multo libentius  
 ſomnijs quā ſcripto dei uerbo auſcultant, ideo iure in ſom-  
 nijs ſuis ſubmerſi ſuffocantur. Peculiaris tamen horum Au-  
 guſtinianorum opinio fuit, cœlū nondum reſeratum, ſed ho-  
 minibus oclcuſum eſſe, et clauſum etiā fore ad extremū uſq;  
 iudiciū. His non diſſimiles ſunt qui exiſtimant nullos ad-  
 huc ſanctorū in cœlis eſſe, aut impiorū apud inferos, uerum  
 utroſq; certo loco cuſtodiri, qui tamen nobis nunc ſit inco-  
 gnitus. Aliqui autem locū, in quo ſint uſq; ad extremum iu-  
 dicij diem, nominant, et pios in deo, infideles autē in diabolo  
 eſſe dicunt: ſed nouiſſimo demum die fideles in cœlū uentu-  
 ros, infideles autem ad inferos.

Quomodo  
 ueteres  
 promiſſum  
 non obri-  
 nuerunt.

Animaduertite quaſo, o fideles, quò hos Anabaptiſtas in-  
 pſorū cogitationes perducāt, ita ut tandē immergātur hor-  
 ribili infidelitati, ſic ut ignorent ſalui ne an perditī ac dam-  
 nati ſint, ubi ſit cœlum, & ubi ſint inferi, an ſancti in cœlis  
 ſint, an infideles apud inferos. Verū ſic plerūq; omnibus il-  
 lis uſu uenire ſolet, q̄ expreſſo dei uerbo relicto ſomnijs au-  
 ſcultant. Paulus equidē, quē ipſi allegant, mentionē faciens  
 ſanctorū Patrū Hebr. 11. cap. inquit illos nō obtinuiſſe pro-  
 miſſum, propterea quod deus de nobis melius quiddam pro-  
 uiderat, ne abſq; nobis perficerentur: hæc autem de reſurre-  
 ctione mortuorum dixit, qua fideles perficiuntur. Quoniā  
 tum demum corpus à mortuis reſuſcitātū animæ coniungi-  
 tur, & totus homo anima & corpore plene ſaluatur, cum  
 antea animæ tantū fideiū qui obierant in cœlis fuiſſent, cor-  
 pus autem ſpe reſurrectionis ſepultum in terrā mutatū eſ-  
 ſet. Hoc autē promiſſum perfectionis fideles nondū obtine-  
 runt, obtinebunt autē tum demū cum numerus omnium ele-  
 ctorum perficietur, & omnis caro coram tribunali Chriſti  
 appareat.

apparebit. Nō autē hinc efficitur, animas fidelium, qui mortui sunt, nihil penitus ex p̄missionibus obtinuisse. Nō enim corpus tantū resurrectionis p̄missum habet, sed sunt quoque peculiare animæ p̄missiones, transituram ipsam à morte corporis in uitā. Atq; huc peculiariter spectat, quod dominus in morte sua Latroni dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Itē ea quæ à D. Petro pluribus scribuntur de hereditate in cœlis p̄parata, ut patet fieret tempore ultimo: de qua tamen deinde addit, fideles reportaturos finem fidei suæ, salutem animarum.

Cœlos autē non occlusos, sed per Christū patefactos esse, euangelica doctrina passim testatur, in qua uamini consensu p̄dicatur, cœlū humano generi per Adamū & peccatum clausum, per Christū autē ex gratia dei aptum & patefactū esse. Nā huc etiam spectant clauēs regni cœlorū, quæ ministris ad claudendū & aperiendū cœlum datæ sunt. Et in articulis fidei cōfitemur Christum in cœlos ascendisse, uidelicet ut eos in se credentibus aperiret. Extant p̄terea aperta scripturarum testimonia, quæ testantur cœlos fidelibus patefactos esse. Amen amen dico uobis (ait dñs) ab hoc tempore uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. Itē: Nullus ascēdit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo, filius hominis qui est è cœlo. Et alibi: Si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Item: Ego sum uia, nemo uenit ad patrem nisi per me. Et adhuc clarius: In domo patris mei habitationes multe sunt. Et quum abiero, & parauero uobis locum, rursum ueniam, & assumam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis. Item: Pater, quos dedisti mihi, cupio ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut spectent gloriam illam meam quam dedisti mihi. Vnde Stephanus protomartyr, cum propter Christi nomen moriturus esset, prius diuinum & cœleste uisum

Ioan. 5.

Lucæ 13.

1. Pet. 1.

Cœlos fidelibus patefactos esse. 1.

Matth. 16.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Ioan. 12. &amp; 14.

Ioan. 17.



ADVERSVS ANABAPT.

Acto. 7.

uidit, fidelibus cunctis cōplectens in se multum consolatio-  
nis: nam inquit: Ecce, uideo cœlos apertos, & filiū hominis  
stantem à dextera dei. Et quoniã cum sibi tum omnibus fide-  
libus cœlum à Christo patefactū esse firmiter credebat, cla-  
mauit uoce magna, Domine Iesu, suscipe spiritū meum. Bea-  
tus quoq; Paulus, nisi credidisset nostras animas protinus à  
morte corporea in cœlos recipi, nunquã adeò cōstanter u-  
sus esset his uerbis plenis consolatione: Scimus enim quod si  
terrestris huius domus nostræ tabernaculum (hoc est, si cor-  
pus nostrum mortem obierit) dissolutum fuerit, ædificium  
ex deo habemus, domiciliū scilicet non manufactū, æternū  
in cœlis. Plura in hanc sententiam ab eodem apostolo scri-  
pta sunt 9. & 10. cap. epist. ad Hebr. in quibus testatur,  
uiam æternæ salutis nobis patefactā esse, & reclusam mor-  
te & unico atq; perfectō sacrificio corporis & sanguinis  
domini nostri Iesu Christi.

Sanctos in  
cœlis esse,  
impios au-  
tem apud  
inferos.

Quamobrem quod peruersi isti Anabaptista dicere au-  
dent, neminē sanctorum in cœlis esse, ac nos post mortē non  
protinus in cœlos, sed in nescio quem alium locū peruenire,  
cum falsum est & plenum offensione, tum etiã horrendū et  
abominabile auditu: pugnat enim rectā cum uera ac Chri-  
stiana fide nostra, & certa spe quā habemus. Nā si sancti nō  
sunt in cœlis, tum falsum est quod dñs adeò disertē dixit: Cu-  
pio, ut ubi ego sum, & illi sint mecū. Nisi dicere malint, ne  
Christum quidē in cœlis esse. Quod si in cœlis est, ut reue-  
ra est, etiã minister eius in cœlis erit, & ita ueritas uerbo-  
rum ipsius perpetuò firmiter constabit. Si item sancti non  
sunt in cœlis, quid nam illud fuit quod ioānes in sua Reuela-  
tione uidit? An nō enim inter angelos cū agno uidit 24. se-  
niore? Qui autē alij fuerunt 24. seniores nisi electi dei mi-  
nistri? Agnus enim Christus est, uita & redemptio nostra.  
Legatur 4. 5. 7. et 14. caput in Reuelatione Ioannis. Plura  
de hoc

de hoc negotio & certitudine salutis fidelium in sequentibus scripta sunt aduersus comunem errorem Anabaptistarum, quod anime fidelium à morte dormiant. His aut oibus quæ ex manifesto & infallibili dei uerbo adducta sunt, euidenter & perspicue demonstratum est, cœlum fidelibus per Christum aptum esse, ac animas ipsorum postq̃ per mortē à corpore separate fuerint, in cœlos ad æterna gaudia congregari. Ex aduerso patent inferi infidelibus, et eò demersi omnes impij æterna tormenta patiuntur. Non enim certe ob aliud, q̃ ut hæc firmiter credamus et metuamus, diues in euangelio de Lucæ 16, scribitur grauissima apud inferos in flammis tormenta perferre. Nullus unquã prophetarū, apostolorū, patrum dixit sanctos nõdum in cœlos uenisse, neq; impios ad inferos: sed sanctos in deo quiescere, impios esse in diabolo, quemadmodũ ille impurus Anabaptistarum spiritus loquitur. Scripturæ simpliciter dicunt, pios quiescere, esse in cœlis, et in deo gaudere: impios esse apud inferos, & illic tormenta & cruciatus unã cum demonibus pati. Nusquã autẽ dicitur eos in diabolium migrasse, & in ipso quasi in cauea inclusos extremũ iudicij diem expectare. Custodiuntur equidem demones, & oēs impij ad iudicium & poenã cõmeritã, sic tamen ut nunc quoq; suum locum & poenas habeant, quas iam patiuntur. Hæc firmiter & simpliciter credant fideles, neq; se à peruersis & infœlicibus Anabaptistis hinc se duci, & in periculosos errores conijci patiantur.

De splendidis ac magnificis Anabaptistis Monasteriensibus, & inferioris Germaniæ, & de ipsorum horrendis seditionibus. Cap. 8.

**D**odecimam sectam Anabaptistarum constituunt Monasterienses, & inferioris Germaniæ Anabaptistæ, quos magnificos & splendidos nominare possumus. Hactenus enim pleriq; Anabaptistarū, & initio Monasterienses

Monasterienses magnifici Anabaptistæ.

ADVERSVS ANABAPT.

quōq; humiles & demissi fuerant, nihil splendoris et magnificentiæ habentes: nā clamabant & inuehebantur in omnē excellentiam, fastum & magnificentiā, itē aduersus gladiū & potestātē magistratuum. Opes & honores erant illis (ita simulabant) nausea. Nihil loquebantur quā de mortificatione ueteris hominis, de renouatione spiritus, de separata & deo cōmissa ac dicata uita. Mundū et cuncta quæ in ipso sunt planē fastidiebant. Quæ tamē in cordibus ipsorum lauerint, hic solus nouit qui corda scrutatur: attamen ualde certe metuendum est, id quod postea in Monasteriensibus et inferioris Germaniæ Anabaptistis adeo turpiter in aperitū prorupit, latuisse ante etiam in plerisq; & quidē sanctissimis Anabaptistarum: ita ut plerūq; titulo & specie renouationis spiritus quæsierint nouum aliquod et magnificum imperium, in quo sua uoluntate & arbitrio dominarentur.

Vfus Monasteriensis  
historiæ.

Monasteriensi autē historia indubie deus benignus & fidelis toti mūdo, præsertim tamē fidelibus suis, uoluit patefacere insignes dolos & imposturas Anabaptismi, & ea quæ in ipso abdita latebant. Voluit etiam deus hoc modo oculos aperire ministrorū uerbi & magistratū, ut aduersus fraudulentos & rapaces hos lupos diligētius uigilent, ac in tempore recta ratione prauis eorum conatibus obuiam eant, ne paratis deinde & instructis Anabaptistis, experiantur ingenti & irreparabili damno animarum, honorum, corporū & fortunarum, qualis eorum fuerit falsa & ficta sanctitas, quæ ut Monasteriēsis historia docet, ingens est immanitas. Itaq; nunc breuiter enumerabo quæ ab Anabaptistis Monasterij, & in inferiori Germania gesta sunt: qui copiosiores harū rerū historiā desiderat, legat 10. lib. hist. Ioānis Sleidani: & Lamberti Hortensij librum Tumultuum Anabaptistarum: item Henrici Dorpij, ciuis Monasteriensis, librum editum anno 1536. quomodo euangelium Monasterij



sterij inchoatum, & deinde ab Anabaptistis profligatum sit.

Anno domini 1532. Monasterij euangelium docere cepit sacerdos quidam, nomine Bernhardus Rotmanus, qui cum non exiguo fructu id faceret, accedente subinde maiore populi multitudine, legati tandem Marburgum in uicinam Hassiam missi sunt, qui peterent uiros aliquot bonos ac doctos ad se mitti, qui Monasterij unum euangelium predicent. Missi sunt itaque aliquot: qui cum eo uenissent, communi consilio summam religionis in 39. capita referunt, eaque senatui tradunt, simul promittentes, paratos se hac testimonijs sacrarum literarum probare & ostendere, Papatum deo uerboque eius aduersari. Senatus sacerdotes & omnes doctos in curiam uenire iubet, & ea quae diximus capita proponit, & omnibus locum dat ea confutandi testimonijs sacrarum literarum. Cum uero doctissimi quique et reliqui omnes responderent, se nihil habere quo haec oppugnent, deinde non esse hunc idoneum locum disputandi, &c. Tum senatus, quandoquidem nihil habeant Pontificij quo suam doctrinam tueantur, & Euangelicorum oppugnent & falsitatis conuincant, iubet ut in posterum a docendi munere abstineant, & Euangelicis doctoribus liberam euangelij praedicationem permittant. Id quod factum est. Attamen religiosi & spirituales (ut uocantur) eam rem perquam moleste tulerunt, sed imprimis ij qui primarium templum obtinent: itaque urbe discedunt, et foris ciuibus multum molestiae inferunt. Senatus ac ciues quoque magna prudentia & grauitate in hac causa agunt, ac tandem certis conditionibus pactio facta est, ut omni offensione huius rei sublata, in sex templis urbis euangelium libere doceatur, abrogato in uniuersum Papatu: in primario templo nihil mutetur, neque ciues illud quicquam ad se pertinere putent. Haec pacis formula utriusque partis consensu recepta & approbata est, ac legitime confirmata: atque hoc modo res in urbe pacatae sunt.

Euangelium  
Monasterij  
praedicatum  
& receptum.

## ADVERSVS ANABAPT.

**Anabaptistarum aduentus Monasterium.** Sed pacem & euangelij progressum, satan pacis & ueritatis hostis, ferre non poterat: itaque quod alijs in locis ad impediendum aut eijciendum euangelium fecerat, ut factiosos & pestiferos Anabaptistas excitaret, id Monasterij quoque fecit, magno piorum damno, interitu & infamia euangelij. Anno enim 1533, Monasterium uenit Ioannes Bocoldus Leidenfis (ea urbs Batauorum est) sartor, homo acutus, eloquens, modicae lectionis, uersutus, audax, ingenio contentiosus, attamen ad simulandum & dissimulandum quidlibet prompto, in summa uehemens Anabaptista. Is initio familiariter doctoribus euangelij se insinuat, & ab illis querit an paruulorum baptismus ex deo sit, atq; haec sermone nouem mensibus egit, saepe cum concionatoribus disputando & altercando, interim tamen clam, ubicunq; poterat, Anabaptisticam doctrinam disseminabat. Eodem tempore Monasterium uenit Hermannus Stapreda Morsensis, qui Rotmanni factus collega, ipsum seduxit & Anabaptismo infecit, & in publicis concionibus praedicabat baptismum paruulorum deo abominationi esse.

**Motus Monasterij propter Anabaptismum.** Hac de causa motus exortus est in populo, & hi qui antea clam a Ioanne Bocoldo seducti fuerant, suam sententiam proferebant, iamq; frequetes coetus, passim tota urbe in priuatorum domibus habebantur, neq; tamen docebant ferè nisi de nocte. Mouit ea res senatum, & cum indignum iudicaret clanculum & noctu conciones haberi Anabaptistis, ipso rum coetus interdicat, & quosdam ab urbe proficisci iubet: uerum illi haec contemnunt, & egressi, alia uia redibant, & apud suae sectae homines latebant. Quamobrem senatus omnes concionatores in curiam uenire iubet, & illic de baptismo paruulorum disputare. In hac disputatione Rotmannus se publicè Anabaptistis adiunxit, sed eorum errores doctores Euangelici bene ac grauiter refutarunt, id quod acta, à publico

**Disputatio cum Anabaptistis.**

publico notario conscripta, testantur. Eodem tempore Argentinen-  
sis ecclesie ministri fidei institutionem quandam ad  
Monasterienses conscripserunt, & in publicum ediderunt.

Senatus uero Monasteriensis denuo publico decreto iu-  
bet Anabaptistas omnes urbe excedere: ipsi uero detrecta-  
bant, uaria obijcientes, ac tandem eò audaciæ progressi sunt,  
ut Petrum Vuirtemium, euangelicum doctorem, e templo e-  
ijcerent. Multi præterea per urbem discurrebant (Henrico  
Rollio Anabaptistico doctore, authore huius facti) claman-  
tes: Pœnitentiam agite & rebaptisamini: sin minus, iam ira  
dei uos obruet. Hæc autem gesta sunt sub finem 33. anni et ini-  
tium 34. Quidam itaq; uiri boni, simplices tamen et idiote,  
rebaptizati sunt, partim quod iram dei metuerant, ut dice-  
bant, partim hominum metu. Anabaptistæ enim tota urbe è  
latebris in quibus delituerant, exierant, audaces & animo  
elato, & facto ad forum concursu, curiam & armamenta-  
rium publicum inuadunt, & clamorem tollunt, ac omnes nõ  
rebaptizatos iubent interfici, tanquam paganos & impios,  
& in hoc tumultu adolescentem Burgstenfortum tormento  
bellico interficiunt, in campo urbis qui ab horreis nomẽ ha-  
bet. Ea res Pontificios & Euangelicos cõmouit, ut ipsi quo-  
que concurrerent, & locum quo se defenderent occuparēt.  
Anabaptistarum præcipui erant tum temporis Rotmannus,  
Ioannes Bocolus, Bernardus Cnipperdolingus, Gerhardus  
Cippenbrochus, Bernhardus Crechtingus. Cum ergo ali-  
quot diebus ueluti in castris oppositis ab utrisq; commora-  
tum esset, res ad ultimũ composita est, et pax facta, qua cau-  
tum fuit, ut suam quisq; religionem sequerentur, pacem co-  
lant. At Anabaptistæ non quiescebant, neq; Euangelicis libe-  
ram religionem permittebant, uerum consilia inibant quo-  
modo omnes simul urbe eijcerent.

Itaq; primi huius factionis occultè literas in uicina oppi-

Anabapti-  
stæ tandem  
gladium in-  
ueniunt.

Anabapti-  
stæ suas par-  
tes confir-  
mant.



## ADVERSUS ANABAPT.

da & pagos, Cœsueldiam, Dulmanum, Hanum, Susatum, Vuarendorpiam, & Osnabrugam, ad sui generis homines mittunt, uti fortunis suis omnibus relictis, uxoribus & liberis, quàm primum Monasterium ueniant: quicquid reliquissent, fore ut cum usura decupli recipiant. His excitati, magno numero Monasterium confluunt, in quo mulieres erant quæ maritos, & uicissim mariti qui uxores suas deseruerat. Oppidani autem honestiores, cum uiderent externis hominibus urbem compleri, subducunt se quàm possunt commodissime, relictis Anabaptistis & promiscua plebe. Fuit hoc mense Februarii anni 1534.

Anabaptistarum publica & aperta uis.

Ad hunc modum Anabaptistæ uires nacti, ulterius progrediuntur, & ueterem senatum abrogant, & nouum deligunt, suæ factionis omnes: inter quos consules erant Cnipperdolingus & Cippenbrochus. Itaque potestatem iam adepti, eodem D. Mauritij inuadunt, diripiunt, & cum uicinis omnibus ædificijs incendunt: deinde templa omnia & cœnobia ui diripiunt, & quicquid in illis auri, argenti, aut præciosæ materiæ & artis erat, deprædantur. Mox quarto post hanc direptionem die, per omnes uias discurrunt, & primùm quidem horribiliter clamant: Pœnitentiam agite, Pœnitentiam agite: mox uero, Migrate hinc euestigio impij, nisi ui-

Anabaptistæ ciues urbe eijciunt.

tæ discrimen subire uobis propositum est. Simul armati concurrunt, & miseros ciues, quicumq; non essent ipsorum sectæ, domo, bonis omnibus & urbe eijciunt summa crudelitate, nulla neq; ætatis ratione habita, neq; sexus, ut foemina æliquot grauidæ abortum facerent. Continuo post Anabaptistæ eorum, quos eiecissent, bona occupant. At uiri boni ab Anabaptistis urbe eiecti, in militum, qui obsidionē parabant, & passim itinera obsidebant, manus inciderunt: ab his hostium loco habiti sunt, & partim capti, nonnulli etiam occisi sunt. Ea re permoti reliqui oppidani, homines boni, cum innocentis

nocentes æque ac fontes periclitarentur, etsi Anabaptistæ non erant, in urbe remanserunt: quæ iam exercitu episcopi & auxiliariorum ipsius cincta erat: omniaq; plena erant ca-  
 dibus & omni genere calamitatis.

Monasteri-  
 ensis obli-  
 dio.

Ex his cuius respicere & deprehendere potest, quo spi-  
 ritu præditi fuerint hypocritici illi Anabaptistæ. Nihil enim  
 tam atrox & horrendum crudelissimi & impiissimi quiq;  
 facere solent, quod illi nõ fecerint. Prius nihil apud illos quæ  
 spiritus & sanctimonia erat, non licebat Christiano magi-  
 stratum gerere, nõ licebat arma gestare. Postquam uero cur-  
 cta sub potestatem suam redegerunt, tum illis fas fuit arma  
 inducere, curiam & armamentarium publicum inuadere, ma-  
 gistratus eligere, imò eos qui à deo potestatem habebant ab-  
 rogare, seipsos eorum loco sufficere, seipsos consules et sena-  
 tores facere. Quomodo autem his usi sint, non opus est uer-  
 bis explicare, res ipsa declarat. Vbi nunc sunt Anabaptisti-  
 cæ illæ uociferationes: Nolite resistere malo: & ei qui uult  
 tunicam tuam capere, dimitte & pallium? Illi uero pos-  
 tius uiros bonos & se meliores suis fortunis spoliant, & i-  
 psos miserabiliter cum uxoribus & liberis domo eijciunt,  
 & in militum manus ad lanienam tradunt. Certe non sine cau-  
 sa opinor Anabaptisticum spiritum se tandem semel patefe-  
 cisse, ut ex fructibus iudicari possit qualis sit.

Expositio  
 & usus hu-  
 ius historæ

Quod si Anabaptistæ nostræ ætatis dicant, quod factu-  
 ros non dubito, non omnes eadem cū Monasteriensibus sen-  
 tire, imò eos sibi ipsis quoq; improbari. Respondeo, nos non  
 posse illis fidem habere, quanuis sese adeo innocentes simu-  
 lent. Quis enim nos certos faciet, ipsos occasione data non  
 æque furibundos & insanos fore atq; Monasterienses fue-  
 runt? Nam & Monasterienses initio non minus clementes,  
 humani & pacifici fuerunt, quàm nostri Anabaptistæ nunc  
 sint, neq; alia dogmata habuerunt, quàm quæ omnibus Ana-

Nõ omnes  
 Anabapti-  
 stas Mona-  
 steriensibus  
 similes esse.

## ADVERSVS ANABAPT.

baptistis communia sunt. Quamobrem uos, qui innocui Anabaptista uideri uultis, si uobis fidem uultis haberi, eam se etiam deserite, quæ ab initio & omnibus deinceps temporibus perfida & falsa reperta est. Nam utcunq; hypocrisis aliquãdiu splenduerit, tamen is splendor postmodum in crassas tenebras abiit, & multum damni dedit.

Falsi prophetae Monasterij exoriuntur, res atroces faciunt, coniugium profanant, sartorem regem eligunt, qui plusquam regio fastu tumet. Cap. 9.

Muncerani  
prophetae  
Monasterij  
prodeunt.

**A**D hoc tempus Muncerani prophetae Monasterij sese prodece cœperunt, præcipue Ioannes Matthias Harleuius, pistor, Batauus natione, homo audax et multæ loquacitatis, hic uisiones & spiritum prophetiæ iactabat, ac auctoritate prophetica mandat, ut uniuersi qui in urbe sint, omnes suas fortunas in medium deserant, neq; quisquam priuati aliquid habeat, capitis proposita pœna. Itaq; populus, utcunq; hoc illi molestum esset, tamen omnia in medium confert. Posthæc similiter mandat, ut omnes libri, præter sacras Biblia, in publicum deferantur, eosq; omnes comburit. Per id tempus faber quispiam Hubertus Trutelingus, cui prophetarum facta & mores displicerent, merdosos prophetas ipsos appellarat, eo nomine accusatus, ab ipso propheta Ioanne Matthia misere cæsus est. Verum ille mox cædis pœnas luit. Nam denuo postea prophetans, ac spiritu raptus uociferabatur, se hostes ab urbe reiecturum: itaq; armis correptis instar furiosi in hostes irruit, & mox à Misnico milite exceptus confoditur. Et hunc fœdum exitum eius prophetia habuit.

Ioannes Leidenis.

Nihilominus tamen plures erant in urbe qui se prophetas iactarent, inter quos primi Bernhardus Cniperdolingus, & Ioannes Bocoldus Leidensis sartor. Is occiso propheta Io  
anna



ane Matthia, ad populum prodit, cumq; consolatur, non de-  
 bere ipsos lugere subitam prophetae mortem, multo enim an-  
 te sibi reuelatum, illum esse talem habiturū uitae finem. Pau-  
 cis inde diebus post Pentecosten, Ioannes Bocoldus magnus Lege cap.  
2. huius lib.  
 propheta nominatur, ac afflatus triduum integrum somni-  
 at, expergefactus instar Zachariae patris Baptistae nullum  
 uerbum facit, sed chartam poscit, in eaq; 12. uiros describit, 12. Senato-  
res cōstituti  
 qui sunt 12. seniores in Israele, & Monasterij, tanquam in no-  
 ua Hierusalem, cuncta suo arbitrio gubernent: haec enim coe-  
 litus sibi à patre reuelata esse dicebat. Hoc autem modo pau-  
 latim improbus nebulo ad regnum, quod ambiebat, uiam sibi  
 parabat. En autem ut isti nebulones magistratum diuinitus  
 approbatum abrogant, & per sua somnia malis artibus se  
 in eorum locum sufficiunt.

Post haec propheta dogmata quadam proponit conciona-  
 toribus, quorum hic erat scopus, Christianum uirum non es-  
 se deuinctum uni coniugi, sed licere quamuis multas in ma-  
 trimonium ducere. Concionatores illi initio aduersabantur,  
 uerum mox in eius sententiam abierunt. Mox ille ternas si-  
 mul duxit uxores, quarum prima erat Ioannis Matthiae pro-  
 phetae occisi uidua, quam deinde reginam fecit. Exemplum  
 prophetae alij quidam leues nebulones secuti sunt. Ciues ue-  
 ro nonnulli uiri honesti, quibus displicebat haec cōiugij pro-  
 fanatio, concursu in forum facto, prophetam & Cnipperdo-  
 lingum & doctores omnes comprehendunt. Verum uulgus  
 mox ad arma procurrit, & ciues in curia inuadit, ac illis ca-  
 ptis prophetas & doctores liberat. Ex ciuibus uero 49. na-  
 mero misere & crudeliter caesi sunt. Nam quosdam religa-  
 tos ad arborem tormentis (quae tum parata ad manum erat)  
 traieciabant: acclamante propheta, ut qui rem gratam deo  
 facere uellent, telum in impios hostes dei immitterent: quos-  
 dam Cnipperdolingus capite truncauit, & frustulatim disci-

## ADVERSVS ANABAPT.

dit. Attende queso pie lector, quàm planè euauerit mitis Anabaptistarum spiritus, & eius loco alius admodum sanguinariùs subierit.

Quomodo  
S. Patriar-  
chæ plures  
uxores ha-  
buerint.

Contra impura hæc dogmata & cõiugij profanationem superius 3. capite huius libri scripsi. Exempla autem Patriarcharum & regum ueteris Testamenti, qui plures uxores habuerunt, quæ ab illis adducuntur, uera esse non negamus: sed non inde sequitur, licere nũc Christianis, post Christi doctrinam & reformationem, plures simul uxores habere. Fæta enim ueterum patrum nõ sunt uniuersalia exempla quæ semper imitari liceat, sed potius priuilegia, quæ deus quandoq; certis & grauibus de causis suis concessit: itaq; polygamia ipsorum neq; scortatio, neq; adulterium fuit: nos uero si faceremus eadem absq; Dei permissione & priuilegio, scortatores & adulteri essemus. Iam enim dominus expresse nos una uxore contentos esse iussit, Matt. 19. & hoc idem apostoli simpliciter & fideliter docuerunt, Paulus præsertim 1. Cor. 7. cap. Itaq; nulla præterea disputatione opus est. Polygamia Anabaptistarum non matrimonium est, uerum turpis fornicatio, digna quæ capitali supplicio puniatur. Verum ad Historiam redeamus.

Propheta  
Ioannẽ Lei-  
densem re-  
gem creat.

Ad octauum Calendas Iulias, anno 1534. oritur propheta nouus, aurifex, Ioannes Tuiscofurerius Vuarendorpius. Is cõuocata in forum multitudine, cõmemorat à cœlesti patre sibi reuelatum esse, ut imperium orbis terrarum summum supra omnes reges & imperatores, sanctus propheta Ioannes Bocoldus Leidensis obtineat: utq; sedem patris sui Dauid possideat, donec regnum pater ab ipso repetat.

His dictis continuo Ioannes Leidensis in genua procumbit, & sibi hæc ante dies decem comperta fuisse ait, et se inuitum regnum suscipere simulat, suscipit tamen. Nam id iam dudum occultè ambierat. Miseri uero homines stupidi astabant,

astabant, & se turpissime ab improbis his nebulonibus seduci patiebantur: quod si qui dolum animaduertent, metu silebant. Nam horum nebulonum eo maior erat autoritas, quod exercitus, qui urbem obsidione cingebat, aliquoties frustra oppugnationem tentarat.

Sic ergo rex factus Ioannes Leidensis sartor, continuo regiam pompam adornat. Nam primum duodecim senatores abrogat, & pro consuetudine regum deligit sibi, Proregem, Aulae regiae praefectum, Praegustatores, quatuor à consilijs, Oratorem, Cancellarium, qui sint à poculis, architectos, &c. et reliqua officia principum more partitur. Vestis eius erat serica, diuersi generis & texture, undulata, holoserica, quã uelutum uocant, & aliorum generum, item aurea, facta ex ornamentis templorum. Erat hæc elegantissime concinnata, ut plura multifariam interscissæ essent: è quarum scissuris holosericum subductitium elucens, atque ebulliens, auris ligulis neceretur. Equi eius auro, argento & holoserico sumptuosissime ornati erant. Calcarea item ipsius aurea. Coronas etiam duas sibi fieri iussit ex auro purissimo: uaginam præterea gladij auream. Si quando uero rex pro maiestate regia in publicum prodiret, duo iuuenes, aulico more eleganter uestiti, utrinque illi latera claudebant: quorum alter ensẽ, cuius manubrium nodis aureis & gemmis eleganter ornatum erat: alter coronam auream & Bibliorum uolumen gemmis etiam & auro affabre factum gestabat. Collo catenam auream, singulari quadam gemma uisendam gestabat, & globum aureum orbis simulachrum referentem, duobus ensibus decussatim transfixum. Sceptrum eius tres ex auro annuli cingebant. Satellites ipsum comitabantur 28. uestiti more aulico, ueste uiridis & cinerei coloris, alba habentes capitis tegumenta. Titulus regius hic erat: Rex nouæ Hierosolymæ, rex iustitiæ in uniuerso orbe.

Descriptio  
regiæ pompæ  
Iohannis  
Leidensis.



ADVERSVS ANABAPT.

In foro paratum ei erat solium sublime, ad quod tribus gradibus ascendebatur, idq; si rex illic sederet, aureo panno uestiebatur, &c.

Interpretatio regie pompæ.

En rem admirandam, pie lector, quis unquam credidisset homines ratione præditos, ita inepta, absurda, stulta, & horrenda facere potuisse? Verum ita iusto Dei iudicio puniuntur qui ipsum uerbumq; eius contumelia afficiunt. Illos enim ignominia & contumelia affici permittit, ut electi inde admoneantur. Verum rege Anabaptistarum ita ut diximus aurea & holoserica ueste ornato, ubi quaeso interea acerbus & ad reprehendendum pronus spiritus Anabaptistarum latebat? qui tamen antea ualde uociferabantur, si honesta matrona uel paululum serici, aut si uir senatorius annulum signatorium gestabat. Atqui hic Anabaptistarum rex nihil quod ad pompam & luxum faciebat, omisit. Initio Anabaptistæ ne audire quidem sustinebant, posse aliquem uirum bonum uel unius pagi præfectum deo approbante nominari: at postea, iussu patris, suum regem non unius pagi, sed totius orbis regem appellant, maiorem omnibus Imperatoribus & principibus. Vnde illis hæc potestas in omnes magistratus data est? Annon hac ratione turpiter impingunt & labuntur, & seipsos absque ullo pudore publice uanos declarant? Hæc qui non cernit & cauet, cæcus & insanus est.

Liber restitutionis.

Durante obsidione prophete & doctores librum conscribunt & edunt, quem Restitutionem ipsi uocant: quo tradunt seditiosa Munceri dogmata, seu potius nequitiam. Restitutionem hanc deinde uiri docti & pij refutarunt. Et nos hoc libro ad potissimam partem falsorum dogmatum respondimus.

Quomodo uiginti octo concionatores à rege Monasteriensi emissi sint, & alij in Frisiam & Batauiam,

rauiam, per quos magni tumultus excitati sunt.

Cap. 10.

**M**ense deinde Augusto, circa diem D. Barptolemeo sacrum, nouus propheta Ioannes Tuiscofurerius tuba canit per omnes uias, & edicit, ut ad primarij templi uestibulum omnes conueniant. Eo loco cœnam splendidam rex parauerat, & omnem populo conuiuio excipit: rex & regina cum suis domesticis ministrant: sub finem cœnæ rex ipse panem azymū singulis porrigit, his uerbis: Accipite, comedit, annunciate mortem domini. Regina eadem dicens poculum porrigebat. Atq; hac uidelicet ratione, cœnam domini administrabant: quæ cœna ipsorum iudicium potius erat libidinosi & leuis animi. Peracta cœna, propheta Tuiscofurerius suggestum conscendit, & rogat, an uerbo dei uelint obtemperare? Cum affirmarent omnes: patris, inquit, mandatum est, cœlitus mihi patefactum, doctores uerbi emittendos esse 28. qui doctrinam, quæ hac in urbe celebratur, in toto terrarum orbe prædicent. Nominatim deinde recenset eos, & quod quemque proficisci oporteret, demonstrat: Osabrugam sex, Vuarendorpum totidem, Susatum octo, inter quos ipse propheta unus erat, Cœsfeldiana totidem. Postea rex cum illis cœnat, & sub noctem eos dimittit, & singulis aureum numum dat 9. aureorum, quem ijs in locis quæ pacem ab ipsis oblatam non admittant, relinquant, testimonium scilicet futuri ipsorum interitus. Hi egressi, ad locum suum quisque abeunt: uerum ex omni numero unus tantum rediit, reliqui omnes, ut homines seditiosi, capitali supplicio affecti sunt.

Nam in urbibus ad quas uenissent horribili clamore uociferabantur, Pœnitentiam agite: etenim securis ad radicem arboris admotæ est. Sin pœnitentiam non egeritis, ne-

Cœnam populo rex præbet.

Doctores uerbi Moysi nasterio emittuntur.

Quid prophete in illis urbibus prædicaris.

ADVERSVS ANABAPT.

que rebaptizati fueritis, funditus omnes ad interneccionem usque peribitis. Magistratus itaque dictarum urbium, eos arripi iubet, & ad dicendam causam in senatum adduci. Ipsorum uero hac fuit responsio: Se uocatos & misos esse à patre, ut Euangelium ipsis deferant: id si recipiant, baptizari eos oportere, & omnes fortunas in medium conferre: sin autem repudient, tum se aureum nummum, testimonij loco illis dare, ipsos misere animo & corpore perituros esse. Addebant etiam, à Christi & Apostolorum temporibus uerbum dei pure non fuisse traditum: nunc autem duos ueros prophetas exortos esse, per quos ueritas mundo restituitur, Ioannem Leidensem regem, nouæ Hierosolymæ, et Dauidẽ Georgiũ Delphensem: totidem impios et falsos prophetas esse, Romanũ Pontificẽ, et Lutherũ, qui Romano Pontifice multis partibus sit pestilentior. Interrogati in carcere de rebus Monasteriensiu, docent regẽ ingentes copias ex Frisia, Hollandia, et inferiori Germania expectare. Simul ac isti uenerint, regem proditurũ, ut mundum sibi subijciat, & omnes impios principes & rebelles interficiat, & pacificum iustitiæ regnum instituat. Concionatores hi, ut supra scripsimus, cæsi sunt, neq; alijs in urbibus prædicarunt.

Impossuræ Anabaptistarum. Ex hac autem re miseros homines cum in urbe tum alijs libi ab Anabaptistis seductos, conijcere oportebat, hæc non ex dei placito fieri. Nam professi fuerant, concionatores hos per totum terrarum orbem prædicare oportere, qui tamen statim in illis urbibus, quas primo adierunt, cæsi sunt. Præterea qui potuit pacificum & iustum regnum ab Anabaptistis sperari, tam crudelibus, oppletis sanguine, iniustitia, libidine & scortatione, plenis fraude, dolo & malis artibus?

Noua occasio ingentiũ & perniciosorũ tumultuum.

Eodem tempore alius propheta oritur, Henricus Hiluersum,



uersum, homo improbus & uersutus, hic regi & populo  
nuntiat esse coelitus sibi à patre patefactum, tres urbes opu-  
lentas cum omnibus ipsarum fortunis, ipsis à deo datas es-  
se, Amstelredamum, Dauentriam, & Vuersaliam ad Lip-  
piam flumen. Rex nuncio hoc audito, confestim cum suis de-  
liberat, qua ratione certis hominibus illuc missis, eas in A-  
nabaptismum perducat: ac primum Iacobum Campensem  
Amsterdamum mittit, quem eius urbis principem esse iu-  
bet: huic comitem addit Ioannem Matthiam Middelburgen-  
sem. Hi in Hollandiam profecti, clam latent apud sue fa-  
ctionis homines: interea tamen multos homines prauis do-  
gmatibus inficiunt, baptizant, & nocturnos conuentus ha-  
bent. Quin etiam incendium hoc per uicinas urbes spargūt.  
Nam Leide, mense Ianuario sequentis anni 1535. multi pro-  
pter Anabaptismum, & praua atq; seditiosa consilia, capi-  
tali supplicio affecti sunt.

Sub finem uero anni 1534. rex in Frisiam mittit Ioan-  
nem Gelensem, uirum astutum & rei militaris peritū, nam  
in bellis antea ordines etiam ductarat. Huic dat magnum au-  
ri pondus, quod ex templis spoliatis habebat, & mandat ut  
exercitum in Frisia conscribat, & Monasterium obsidio-  
ne liberet. Itaque in Frisiam profectus, per certos homines  
quàm occultissime potest, iussa exequitur, ac tandem 30.  
Martij anni 1535. aliquot centurias conscribit, & Bolsuer-  
dam cœnobium (quod uetus Monasterium appellatum fuit)  
inuadit, & monachis eiectis diripit, ac castra illic ponit, ut  
exercitum augeat & confirmet. Georgius uero Schenkus,  
qui ea tempestate Frisiae præfectus erat, celeriter collectis  
copijs seditiosos obsidet, ac ipsos strenue sese defendentes,  
non sine clade oppugnat ac cædit, exceptis 62. qui Leuardi-  
am missi, & deinde pro cuiusq; merito puniti sunt. Dux ipse  
Ioānes Gelenensis è clade euasit, & in Amstelredamum in Hol-

Tumultus  
in Frisia.

## ADVERSUS ANABAPT.

landiam fugit, ut illic maioris alicuius cladis author esset. Nactus illic complures Anabaptistas, à Iacobo Campensise ductos, magna illis promittit, splendorem & libertatem Monasteriensium euehit, magnifice nouum regnum iustitiæ in terris prædicat. Nam fama Monasteriensium rerum multorum animos eo tempore commouerat. Cum enim ingens exercitus urbem frustra obsideret, ac illi in instituto pergerent, & ipsorum libertas & magnificentia plus iusto & supra uerum uulgo celebraretur, multi certe huius societatis participes esse, & ab omnibus debitis & culpis liberari desiderabant. Henricus Gœtbelitus erat ciuis Amstelredamensis, homo robustus & magni nominis in re militari, hic ab Anabaptistis ipsorum sacris initiatur, & familiaris factus Ioanni Gelsenis, promissis ipsius illectus, multum eius conatus promouit. Nam uarijs artibus, quas hic commemorare longum esset, tandem 600. Anabaptistas congregarunt, per quos Amstelredamum occupare, & nouum regnum, Monasteriensi simile, facere conati sunt. Decima enim Maij primores ipsorum in ædibus Petri Gale congregati, ex illis in forum irrumpunt, & crescente suorum numero, uigiles partim cædunt, partim capiunt. Ex aduerso ciues collecti, impressione in Anabaptistas facta, male multati, cæso consule in fugam uertuntur. Verum denuo collecti, auctis uiribus Anabaptistas, rursus inuadunt, & cruento proelio uictos & dissipatos cædunt, inter quos etiam Gelsenis et Gœtbelitus occisi sunt, Iacobus Campensis captus & postea supplicio affectus est.

Seditiones  
& reges Is  
raelitici re  
gni,

Plures præterea tumultus illis in locis excitati sunt, & uix tandem, non absq; honorum uirorum damno, sedati & compositi sunt. Occulti item discipuli perpetuò fuerunt, qui clam restitutionem Israelitici regni expectabant. Nam aliquot annis postea, Leidæ quidam per tormenta confessi sunt,  
Traiecti

Traiccti habitare regem Anabaptistarum, nondum quidem coronatum, sed tamen designatum principem regni Israeliti. Penes hunc captum, nō tantū ingens uasorum aureorum & argenteorū numerus, quæ malis artibus & sacrilegijs cōgesta erant, repertus fuit, uerū etiam quædā atrocia scelera, propter quæ unā cum socio pœnas dedit. Neq; dissimile uero est, Davidē Georgium pro huiusmodi rege se uēditasse: nam etiam multa maiora de se prædicauit.

Superiorē historiam ex Lamberto Hortensio (à quo hæc Anabapti-  
in libro Tumultuum Anabapt. in clyto senatui, Amstelreda- fmi turpita  
do.  
mensi inscripto, cōmemorantur) ideo transcripsi, ut omnes uideat, quæ mala, seditiōes et cædes ex Anabaptismo ortæ sint: è quibus omnib. nō difficulter colligi potest, nullā fidē habendā esse ipsorū hypocrisis et blādiloquentiæ. His autē reb. odiū Euangelij in illis locis multū creuit: nam magnis & perniciosis tumultibus territi, subinde arbitrātur Anabaptismū de nouo exoriri. Quano brē uel hoc uno nomine Anabaptismus grauē reprehensionē meretur, quod Euangelium ita foetere fecit, & cōpluribus pijs ac Christianis necis causa fuit, qui cū ab Anabaptismo alienissimū essent, tamen inter Anabaptistas numerati, occisi sunt. Tanta mala & damna, quod dolendum est, Anabaptismus illis regionibus dedit.

Quomodo Anabaptistarum rex suis hominib. mirifice imposuerit, & illis author fuerit maximā calamitatum: de expugnatione Monasteriensis urbis, cæde populi, captiuitate & supplicio regis.

Cap. II.

Cum exigua pars Anabaptisticæ Monasteriensis historie residua sit, eam nunc, quemadmodum hæcenus feci, quam breuissimè complectar & absoluam. Nam harum rerum cognitio nostro instituto nullum seruit: quoniam ex



ADVERSUS ANABAPT.

his rebus latentes Anabaptistarum impostura ac doli cogno-  
sci & caueri possunt.

Ingens sa-  
mes Mona-  
steriisum.

Monasterij interea, etsi rex atque propheta amplissima  
queq; magnifice polliciti erant, tamē maior necessitas quoti-  
die obsessos urgebat, præcipue fame admodū laborare incipi-  
ebant. Itaq; populus qui natura de fame conqueri & obmur-  
murare solet, tum quoq; concurrit, & clam deliberat com-  
prehendere regē, & obsessores tradere, atq; pacē hoc pa-  
cto redimere. Rex autem re per iudiciū cognita, ac sibi me-  
tuens, ē re præsentī cōsiliū capit, & ex omni multitudine de-  
ligit sibi 12. quos maxime fideles sibi esse putabat, hos duces  
nominat, & singulis satellites, & partem aliquā urbis tuen-  
dam attribuit, ut eo magis ipse in tuto sit: deinde toti mul-  
titudini promittit, fore ut ad Pascha ab obsidione liberentur  
simul & inopia. Sperabat enim legatos, quos in Frisiam &  
Hollandiam ac alias regiones miserat, collectis copijs & mo-  
tu aliquo factō, obsidionem soluturos esse. Verum hac spe de-  
ceptus, ea cognouit, quæ à nobis supra cōmemorata sunt, &  
animū eius ualde perculerunt. Ducib. uero quos delegerat,  
ijs amplissima quæque pollicetur, & obsidione soluta, rerum  
dominos ac principes ait futuros, & nominatim Ioanni  
Denkero Saxonum imperium pollicetur, &c. Hac autem in-  
re denuo apparet singularis arrogantia huius regis, qui ne-  
guttam quidem diuini spiritus habuit, alioqui nunquam pi-  
os principes imperio suo deturbare conatus esset, neque su-  
os ita stolidē ac turpiter decepisset.

Reginarū  
una ab is-  
pso rege oc-  
ciditur.

Mense Februario, cum multi fame morerentur, regiz-  
narum una (plures enim uxores & reginas habebat) E-  
lisa nomine, non putare se, inquit, deum hoc uelle, ut ad  
hunc modum homines inedia consumantur. Rex ubi resci-  
uit, in forū illā producit, & unā reliquas omnes, ac eā in me-  
dio, et circā ipsam reliquas omnes in genua considerare iubet,  
& gla

Et gladio arrepto rex ipse miseram mulierculam capite plectit, & calce eam percutiens, meretricem & contumacem fuisse ait: reliquæ uxores hoc factò concinunt, Gloria deo in excelsis. Ex hoc factò liquidò apparet, regem hunc ob sua peccata à deo in reprobum sensum traditum fuisse.

Cum uenisset Pascha, neq; liberatio ulla appareret, populo non immerito indigne & ægre id ferente, rex moribù simulat, post sexto die in forum prodit ac refert, se liberationem pollicitum esse, quæ spiritualiter intelligenda sit, sic nanq; ipsos liberatos esse: uisum sibi inquit coelitus à patre patefactum, se asino cæco insidere, & totius multitudinis peccata sibi deum imposuisse, hæc se portasse & abstulisse, nunc itaq; ipsos ab omni peccato liberos esse. Huiusmodi imposturis & blasphemijs miseros homines contentos esse oportebat, qui certe ipsi cæci asini erant, quibus insidebat demoniacus hic & desperatus nebulo, ingens onus scelerù & flagitiorum, quem tamen nihilominus ipsi portabant & adorabant.

Miserabile auditu esset, si nunc ex historijs commemorentur calamitates & miseria, fames & reliqua mala quæ miseri homines in urbe obsessi pertulerunt: item sumptus, damna & labores ac molestias, quas tulerunt obsessores, quorum omnium causa fuit pestifera & infelix Anabaptistarum secta, dum falsa religionis & sanctimonie specie ea quæ mundi sunt querit.

Quamobrem cum deo hæc non amplius tolerare uisum esset, urbs ipsa prodicione cuiusdam qui in presidio fuerat, et ad hostes defecerat, capta est 25. Iunii, anno 1535. plebs, urbe capta, in ipso tumultu miserabiliter caesa, periit. Rex uero cum Cnipperdolino & Crechtingo captus est, & post diuturnam actionem tandem hi tres Februario mense anni 1536. ignitis forcipibus lacerati & necati sunt. Extincti

Insignis do-  
lus regis.

Vrbs Mos-  
nasterien-  
sis, & rex  
ipse captus  
tur ac occi-  
ditur.

## ADVERSVS ANABAPT.

caueis ferreis illigati sunt, & è summa turri D. Lamperti in  
sempiternum monumentum suspensi sunt. Atq; hic finis est  
earum rerum quæ ab Anabaptistis Muncerano spiritu occu-  
patis, Monasterij crudeliter & horribiliter gesta sunt.

Christus nõ  
auit nos  
carnale ali-  
quod ipsius  
regnum in  
hac uita  
querere.

Priusquam uero ab hac historia ad alia accedamus, pau-  
ca quedam & obiter de carnali regno Christi in his terris  
in gratiam & usum simplicium lectorum addam. Quemad-  
modum Monasterienses (bene equidem & sincere Muncer-  
rani Anabaptistæ) magnifica quedam iactarunt, & multis  
hoc modo imposuerunt: ita iam olim homines elati, & nunc  
quoq; nonnulli spiritus meteori & regij sibi magnas et am-  
plas res ante extremum diem pollicentur: neq; tamen un-  
quam tale aliquod Solomonicum imperium nacti sunt. Est  
nanq; hæc uetus carnis nostræ cupiditas, quæ nõ tantũ olim  
multis imposuit, uerum etiam nostra quoq; ætate periculose  
insultat & oppugnat. Etenim circa aduentum Christi añi,  
Iudæi firmiter sibijpsis persuaserant, terrenum aliquod &  
magnificum imperium Messiam ipsorum habiturum, quod  
ipsi (Romanis et reliquis Gentibus oppressis) magna cõ glo-  
ria & honore administrarent. Ad hoc autem amplissimis  
prophetarum promissionibus abutebantur, quas omnes car-  
naliter & secundum literã intelligebant. Verum ambitiosa  
hæc & arrogans opinio id effecit, ut ueri regni Christi non  
fierent participes, & terrenum etiam regnum, quod animo  
conceperant, non assequeretur. Quin & ipsi apostoli Chri-  
sti, initio magnificum imperiũ, quod in præsentia uita foret,  
animo conceperunt, & huius causa multum inter se conten-  
derunt, quisnam ipsorũ primus futurus esset in regno Chris-  
sti. Sed omnibus notum est quàm indigne hanc eorum opi-  
nionem dominus tulerit, quàm serio & grauiter ipsos ab  
huiusmodi cogitationibus dehortatus sit. Quod si quis id  
exacte cognoscere uoluerit, legat Matth. 18. et 20. ac Lucæ  
22. cap.



22. cap. Tam autem profunde insita fuit in ipsorum animis hæc opinio de terreno regno Messie, ut toties à domino admoniti, increpati & edocti, tamen in ultimo eius discessu, cum cœlos ascensurus esset, denuo ab ipso quæreret, an hoc AA. 1. tempore regnum Israeli restituere uellet. Sed dominus eos rursus à carnalibus cogitationibus auocans, ad promissionem spiritus sancti ipsos reuocat, quem ipsis daturus esset die Pentecostes, quo idoneos facturus sit ad prædicandum Euangelium, ut per id regnum suum in mundo instaurent.

Multa de hoc regno scribi possent; quæ hic locus non fert: qui tamè plura desyderat, legat 7. Sermonè 4. Decas dis nostræ. Regnum Christi in his terris est ecclesia, quæ est coetus & corpus fidelium sub uno capite Christo. Hunc autem titulum regni Christi Papa quoq; sibi uendicauit, cui id scælicius quàm Anabaptistis hactenus successit. Etenim ciuile imperium (et si contra apertum uerbum & regnum Christi) instituit, quod regnum & ecclesiam Christi nominat, & se iuxta Pauli uaticinium, eius caput facit. At Christi eccle- 2. Theff. 3. sia longe alia est, & alio modo ab apostolis instituta, quàm hæc Pontificia. Ideoq; regnum ipsius nõ magis firmum erit quàm Anabaptistarum: nam id dominus scilicet dissipat & occidit spiritu oris sui, & breui aduentu suo abolebit.

Quod autem Anabaptistæ in hac causa sibi persuadent, omnes impios abolendos esse ante extremum iudicium, ac in his terris fore nouum Christi regnum, & aureum seculum, superius 2. cap. 1. lib. confutauimus. Quæ ad blandam hanc suam opinionem stabiliendam ex Apocalypsi Ioannis adducunt, ea nos exposuimus in Serrmonibus quos in Apocalypsim Ioannis in publicum edidimus. Hoc potius studeant omnes Christiani, ut Christus spiritu suo in ipsis regnet: neque propria autoritate, prætextu noui regni Christi, suam gloriam & honores ac potentiam querant. Nam ut ante hæc

## ADVERSUS ANABAPT.

semper, ita nunc etiam ambitionis huiusmodi malus erit finis & exitus. Quod si quis legitima ratione à deo ad imperium uocatus est, is modeste, & quemadmodum decet, impetret, ut eius imperium deo honori, et alijs utile ac salutare sit.

De abominandis Anabaptistis, et eorum blasphemijs, cum earum confutatione. Cap. 12.

**D**ecimotertio & ultimo loco Anabaptisticae factionis ordine ponam quosdam horrendos & abominabiles Anabaptistas. Liberi & Monasterienses Anabaptistae etiam ipsi hoc nomine appellari possent, sed hos peculiariter abominandos appello, quoniam abominandis & horribilibus blasphemijs praecipua indubitatae nostrae fidei & sacri Synboli dogmata scribendo & docendo impugnarunt, & horribiliter prosciderunt ac infamarunt.

Primum autem locum inter hos merito suo obtinet Michael Seruetus Hispanus Arrago, quem inclytus senatus Geneuensis urbis, postulatis & auditis multarum ciuitatum et ecclesiarum Christi iudicijs, ad ignem damnauit, propter inauditas & horribiles blasphemias, in quibus perseuerabat. Sparsit Seruetus suas blasphemias iam à multis annis per uarias regiones, doctrina, scriptis, & libris in publicum editis: postremo tamen blasphemum librum edidit, titulo Restitutio Christianismi, qui iustius Abolitio Christianismi inscriberetur. Hoc in libro multos errores aduersus praecipua dogmata Christianae fidei euomuit, praecipue tamen san-

1. ctam & imperscrutabilem Trinitatem conuictijs proscidit,
2. & ueram Christi diuinitatem abnegauit. Multa praeterea inaudita dogmata in medium protulit, & ea impiorum & infidelium dubijs animis inseruit, & haec nullis ueris argumentis, uerum impudenti audacia, & mira ac turpi deprauatione sacrae scripturae. In his autem horrendis erroribus & bla

et blasphemijs contra sanctam Trinitatem et diuinam Christi naturam, a suis partibus habet ueteres iam olim damnatos hereticos, Praxeam, Samosatenum, Arrium, et alios plures: praeterea omnes Iudeos et Turcas, et nostra aetate complures praecipuos Anabaptistarum doctores.

Contra has opiniones singuli fideles animos obfirmant, et nihil recedendum quod cum articulis fidei et symbolo Christiano, quod testimonijs sacrarum literarum ueteris et noui Testamenti tam bene et solide confirmatum est. Confitemur autem admodum expresse, unum deum in sancta Trinitate, dicentes: Credo in unum deum patrem omnipotentem, et in filium eius unigenitum dominum nostrum Iesum Christum, et in spiritum sanctum. Hanc igitur fidem firmiter teneamus, neque audiamus aut recipiamus quicquam quod huic aliquo modo aduersatur.

Vnitatis diuinae naturae an non expressis scripturarum testimonijs nititur? Scriptum enim est: Dominus deus noster deus unicus est, et praeter ipsum non est alius deus in caelo uel in terra: item, Non habebis alios deos: dominum deum tuum inuocabis, et illi soli seruias, et ipsum praeter omnibus rebus diliges. Hic unicus est deus tuus et pater, creator et conseruator, qui te anima et corpore seruat.

Sacra uero et indiuidua Trinitas an non haec quoque scripturarum testimonia habet? In lege et prophetis aperte Pater, Filius et Spiritus sanctus nominatur, et illis aequalis honor et maiestas ascribitur. An non etiam Gabriel angelus intemeratam uirginem Mariam his uerbis alloquitur: Spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi inumbrabit te, et quod ex te nascetur uocabitur filius dei? In baptismo Christi auditur uox patris de caelo, Hic est filius meus dilectus, in quo acquiesco: et spiritus sanctus in specie columbae supra Iesum apparet. Christus ipse baptis-

Nihil recedendum quod cum articulis fidei pugnat.

Deus unicus essentia.  
Deut. 6. 33.  
Esa. 46.  
Exod. 20.  
Matth. 4.

Deus trinus personis.

Luc. 1.

Matth. 3.  
Ioan. 1.

Matth. 28.



## ADVERSUS ANABAPT.

mi formulā præscribens, iubet baptizare in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti. Hac formula cum omnes baptizati simus, perseueremus in ea fide in quam baptizati sumus, & simplici corde cōfiteamur uerum, æternum, uiuum & omnipotentem deum, in sacra inseparabili Trinitate, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Vnum deū esse, nō tres deos.

Quod si Seruētani unā cum Iudeis & Turcis te rident atq; obijciunt: Quomodo tres distincte res unum esse possint, cum Pater non sit Filius, sed Filium mittat, & Filius mittatur, assumat humanam naturam, & patiatur, non autem pater, ad quem ille clamat, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: tum ad hanc obiectionem sic respondeo: Scripturas certō ostendere distinctas personas, et opera sanctæ Trinitatis, his autem non tolli & scindi unitatem diuinam, ut tres dii ex uno deo fiant. Quemadmodum & sol nō in tres soles diuiditur, cum in uno & eodē sole tres distinctæ res inueniuntur, globus, & lux siue radij, atq; calor: nam lux neq; globus neq; calor est, neq; calor lux est, & tandem hæc tria sunt sol unus. His esto contentus, & sicut fides docet firmiter credito, neq; aures huiusmodi peruersis & abominandis hominibus præbeto. Nam nihil aliud quam horrendas blasphemias contra deum & sanctum ipsius uerbum euomunt.

Christū nō tantum nominari, sed etiam essentialiter dei filium esse.

Obijciunt præterea, Christum nominari quidem Filium dei, non autem natura esse: quemadmodum & nos nominamur, non autem natura sumus filij dei. Verum hæc blasphemie sunt. Nos enim ex gratia in filios dei adoptamur & nominamur, Christus uero discriminis causa, unicus & unigenitus, uiuus & æternus Filius dei nominatur. Deinde impudentum, refellitur Iudeorum accusatione, qua Christum eorum Pilato accusabant, & mortis reum esse dicebant secundum

Ioan. 19.

eundem legem ipsorum, eo quod seipsum filiū dei fecisset. Lex autem neminem morte damnat, qui deū ex gratia patrem suum agnoscit: ita enim ipsi Iudæi deum patrem suum nominarunt Ioan. 8. sed cum damnat lex, qui sese naturalem & substantialem filium dei iactat: hoc modo Christus seipsum filium dei nominauit. Sic namq; Ioānis 5, scribitur: Propterea ergo magis querebant eum Iudæi trucidare, quia nō solum solussset sabbathū, sed et Patrem suum dixisset deum, æqualem se faciens deo. Audiant queso Anabaptistici Serueticani, Christum nō eodem modo nominari Filium dei, quomodo nos filij dei nominamur, quo Moses Pharaonis deus nominatur, sed ideo quia deo Patri æqualis est. Quid autem aliud est deo æqualem esse, quàm æternū, omnipotentem, & substantia atq; natura deum esse?

An non autem hæc diuinis literis confirmata sunt? Et ceterum Ioannes inquit, In principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud deū, eratq; ille Sermo deus. Et Sermo ille, inquit, erat deus: personas etiam distinguit, Sermo ille erat apud deum, Patrem scilicet. Sed illi dicunt, Sermonem hoc loco non significare personam filij, sed ideam & consilium in deo. Verum hoc ex seipsis turpiter confingunt: nam statim in Ioanne explicatio sequitur: Et Sermo ille caro factus est, & cōmoratus est inter nos, & uidimus gloriā eius, & c. Sermo itaq; personam filij dei significat. Præterea Ioan. 5. dominus de sua diuinitate loquitur, ac firmis argumentis probat, se uerum & uiuum filium dei esse. Et Ioan. 8. Priusquā Abraham fieret, ego sum. Item: Ego & pater unum sumus. Ioan. 10. Item: Creditis in deum, credite & in me. Philippo etiā dominus ait, Qui me uidit Philippe, patrem uidit. Credis ne quod pater in me est, & ego in patre sum? Ad hæc his uerbis dominus orat: Pater, ego te glorificaui super terram, opeus cōsummaui quod dedisti mihi, ut facerē. Nūc igitur glo-

Christum  
uerum &  
æternum  
deum esse.

Ioan. 10.  
14. 17.

ADVERSVS ANABAPT.

rifica me tu pater apud temetipsum, ea gloria quam habes apud te priusquam hic mundus existeret. Quid quæso clarius de Christi diuinitate dici posset? Cum autem tam euidentia testimonia habeamus, diuinitas Christi non est in dubiū uocanda propter locos aliquot paulò obscuriores, & aliquot obiectiones aut rationes quæ ab hominibus proferuntur: nam si uera diuinitate non esset præditus, non posset nos seruator esse. Quare qui hæc in dubium uocant, uniuersam fidē Christianā subuertere conantur, & ut ueri Antichristi fugiendi sunt. Ita enim Ioānes in epistola sua scribit: Quis est mēdax, nisi is qui negat Iesum esse Christū hic est Antichristus negans patrē & filiū. Quisquis negat filiū, is ne patrem quidem habet. Et in fine epistolæ: Scimus quod filius dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illū qui uerax est, & sumus in uerace illo, id est, in filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus & uita eterna. Hac pia simplicitate quiuis Christianus contentus sit, & fugiat impia, absurda, & diabolica potius quàm subtilia figmenta & speculationes contra deum, filium eius, & ueram fidem. Quile uero plura testimonia diuinitatis Christi habere uoluerit, ille cum in euangelio et epistolis Pauli plurima reperiet, tum maxime Rom. 1. & 9. Philip. 2. Hebr. 1. & c. & in alijs apostolorum scriptis.

Seruetum  
damnare  
baptisum  
paruulorū.

Quod si quis forte existimat me impurum nebulonem Seruetum immerito Anabaptistis adnumerare, is sciat ipsum in fine libri De regeneratione, audacter admodum et aperte sub peculiari titulo (ne scilicet lector hæc alioquin non animaduertet) hæc scribere, Baptisum paruulorū esse horrendam abominationem, extinguere spiritum sanctum, uastare ecclesiam dei, turbare Christianam confessionem, abolere renouationem à Christo factam, pessundare uniuersum Christi regnum. Hæc illius est sententia, quam tamen nullis



nullis scripturis probat. Ex his autem apparet, iure ne an iniuria ipsum Anabaptistis adnumerauerim. Potuisset certe propheta & impurus doctor esse in nouo illo Monasteriensi regno Christi et noua Hierosolyma. Sin uero Anabaptistas forte Serueti pudeat, non tamen ipsum pudet Anabaptistica doctrina, quæ docet baptismū paruulorum è diabolo esse. Non multum certe dissimilis est Anabaptistis, qui ipsi quoq; magnifica huiusmodi & uehementia uerba ebulliunt, & horribiliter intonant. Quid enim Satan cum ipsis inferisturpius et horribilius de baptismo scribere potuissent? Nos certe baptismo nostros liberos nõ Satanæ et illius regno ascribimus & addicimus, sed uni Deo in sacra Trinitate, Patri, Filio, & Spiritui sancto, & regno gratiæ ac morti Christi, qua redempti sumus, ex eius mandato ascribimus & addicimus, ut non minus quàm adulti ad deum pertineant, & gratiæ illius sint participes: & in ea uoluntate sumus, ipsos cū ad iustā ætatem peruenerit, in fide & agnitione Christi, in eius doctrina, sub eius nomine, & ad eius gloriam, atq; ad ipsorum salutem in ecclesia dei instituere & educare.

Contra Melchioris Hofmanni abominandos

errores. Cap. 13.

Secundus locus inter Abominandos Anabaptistas iure cedit Melchiori Hofmanno. Hunc ipsius discipuli iactabant atque existimabant esse magnum illum prophetam et apostolum, qui ante magnum diē domini se in Germania inferiori patefacturus esset, & ipse demū uerum Euangelium prædicaturus. Hic magna fuit pars Monasteriensis regni, quod deinde secutum est, & admiranda deinde de se prædicabat. Nam Argentinā uenit, & publicam disputationē cum ecclesiarum ministris petijt. Itaq; synodus 11. Iunii, anno 1532. conuocata est, & multis cum eo actū ex sacris literis, & errores eius solide refutati sunt. Cum uero doceri se non patere-

Melchior  
Hofmannus.

ADVERSVS ANABAPT.

tur, & cedere nollet, in carcerem coniectus est, in quo admirandas uisiones, prophetias & somnia simulauit & iactauit, quæ tamen omnia fumi instar euanuerunt, & ipse in carcere obiit.

Melchioris  
Hofmanni  
dogmata.

- Articuli Hofmanni, quorū in disputatione erroris conuictus est, hi fuerunt. Paruulorum baptismum ex diabolo esse,
1. neq; ulli Christiano ferendum. Sermonem dei æterū nō assumptum
  2. p̄sisse carnem ex Maria uirgine, sed ipsum esse carnē factū.
- Et eò processit, ut libere diceret, Maledicta sit caro Mariæ.
3. Salutē in nostris uiribus positam esse arbitrabatur. Quod si
  4. quis accepta gratia denuo uoluntarie peccaret, hunc nunq̄ deiceps in gratiā recipi. Atq; hæc dogmata reuera abomina da sunt, quæ tamē ille scripturis ornare & tueri conabatur: uerū (ut supra memini) à ministris Argentinēsis ecclesie erroris conuictus est, quod etiā Acta disputationis docēt, quæ
1. eodem anno in publicum edita sunt. De baptismo suo loco scribemus.

Carnē Christi  
assumptā  
esse ex Maria  
uirgine.

Scriptum equidem est, Sermo ille caro factus est, uerum non ideo Sermo ipse ex se caro factus est, ut Hofmannus docet, sed ut Paul. interpretatur Heb. 2. Filius dei assumpsit semen Abraham, quemadmodū & in Euangelio scribitur, conceptum esse ex spiritu sancto, et natū ex Maria uirgine. Ita nā que docent sacræ literæ Luc. 1. et 2. & nos in articulis fidei nostræ cōfitemur. Præterea multa expressa testimonia sacrarū literarū docēt, dominū Iesum esse uerū filiū Mariæ uirginis, ex eius corpore & sanguine uerū hominē natum esse.

Ge. 3. et 22. Nam ideo semen mulieris, & semen Abraham, & filius David atq; Abrahami nominatur, natus ex lūbis Davidis: nepe quod ex Maria uirgine, quæ Davidis et Abrahami filia erat natus est: ueluti Matth. et Luc. docent. Nominatur enim fructus uentris Mariæ: & angelus perspicue ait, Concipies in utero, & paries filiū: et denuo, Quod in ea conceptū est, ex spiritu

Luc. 1.  
Matth. 1.

spiritu sancto est. Et Paul. Postquã uenit plenũ tempus, emi- Galat. 4.  
 sit deus filium suum factum ex muliere: et alibi clarius, For Philip. 3.  
 ma serui sumpta, similis hominibus est factus, & habitu com-  
 pertus ut homo. Plura in Paulo legãtur ad Heb. 2. & ad Ro.  
 1. cap. Quin & beatus Ioannes apostolus iã olim de Hofman  
 no, Memnonitis, & alijs his similibus hæreticis, qui uerita- 1. Ioan. 4.  
 tẽ corporis Christi negant, nos præmonuit his uerbis: Multi  
 pseudoprophete exierunt in mundũ. Per hoc cognoscite spi-  
 ritum dei: omnis spiritus qui confitetur Iesum Christũ in car-  
 nẽ uenisse, ex deo est. At quicumq; spiritus non confitetur Ie-  
 sum Christũ in carnẽ uenisse, is ex deo non est, sed hic est spi-  
 ritus Antichristi, etc. Corruũt autem hoc loco ueteres ac no-  
 ui Valentiniãni, et Marcionitæ, et præsertim sectatores Mẽ-  
 nonis Simonis, aduersus quem uiri docti et fideles Christi mi-  
 nistri, Ioannes à Lasco, & Martinus Micronius, Norda in  
 Frisia minister, publice scripserunt.

Turpis autem & intoleranda impuri nebulonis blasphemie est, quod carni sancte & intemerate uirginis Mariæ  
 maledicit. Nam hac diabolica blasphemia etiam sancta Iesu Maria be-  
 Christi domini nostri caro contumelia afficitur. Christus est nedicta est  
 semen benedictũ Mariæ, quod omnes fideles benedicit et præ alijs mul-  
 ctificat: ac ipsa uirgo à spiritu preparata & ad sanctũ hoc lieribus, nõ  
 opus sanctificata est, ut ipsa pura & intemerata uirgo ma- maledicta.  
 nens & sancta, pareret sanctum dei filium dominũ nostrum  
 Iesum Christũ absq; peccato & omni macula. Ideo enim ab  
 angelo dictũ est: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus  
 Altissimi inuibrabit te. Et Elizabetha plena spiritu sancto,  
 ait: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uen-  
 tris tui. Quin et beata uirgo Maria, Ex hoc enim, inquit, be-  
 atã me dicent omnes etates. Quamobrẽ perspicuum est Sa-  
 tanã in Hofmanno, & omnib. qui illi assentuntur Anabapt.  
 maledicere et execrari laudabilem, beatã et intemeratã uir-



## ADVERSVS ANABAPT.

ginem Mariam. Ideoq; non immerito à me inter Abominandos Anabaptistas numeratur.

- Salutem nō esse positā in nostris uiribus.
- Aperthe uero Euangelio aduersatur, & Christū atq; eius gratiā abolet Hofmanni dogma, Salutē in libero arbitrio & uniuscuiusq; uiribus positā esse. Quid enī aliud possumus quā peccare et nos ipsos perdere? Salus nostra ī Christo et ipsius gratia posita est: is, si nobis suū spiritū gratuitō largitur, et nos uera fide illustrat, salutē in ipso aplectimur et saluamur. Quod si spiritū et fidē non dat, in morte manemus Itaq; non posita est in nostra uolūtate aut cursu, sed in gratia et misericordia dei. Vnde et dominus inquit: Sine me nihil potestis. Et
- Rom. 9.
2. Cor. 3.
- Paul. Quod idonei sumus, id ex deo est: nā ex nobis ipsis non idonei sumus, ne ad cogitandū quidē, bonū nepe & iustū, ne dum ad faciendū. Quamobrē cū uires humane & liberum arbitriū ita laudatur & prædicatur, ac si salus in nostris uiribus posita esset, Euangeliū euertitur, & Pelagius hereticus iā olim damnatus ab inferis reuocatur. Paulus nos nihil habere inquit quod non acceperimus, & deū operari in nobis fidem, & uelle atq; facere. Doctrina hæc in honorē gratiæ & redemptionis Christi in ecclesia conseruanda est, & illa quæ uiribus & merito nostro salutē tribuit, cauenda est.
1. Cor. 4.  
Philip. 1. & 2.
- Hominibus peccata omni tempore condonari.
- Præterea non negamus Paul Heb. 6. et 10. cap. scribere, fieri non posse, ut qui semel fuerint illuminati, si prolabātur, ut denuo renouentur per resipiscentiā: itē ijs qui ultrō peccauerint, non ultra p peccatis reliquā esse hostiā. Verum p labi & ultrō peccare dicuntur, qui penitus à gratia dei recedunt, neq; amplius unicū Christi sacrificiū pro unico & uero expiatorio sacrificio agnoscūt. Nam qui tales sunt & per seuerāt, hi nunq̄ gratiā adipiscūtur: id enim reijciūt et contēnūt, p quod solū ad gratiā dei peruēitur, hoc est, Christū eius quæ gratiā quā fide percipimus. Quod si ex spiritus instinctu homines gratiā nō spernāt, sed appetāt, eā cōsequuntur, quoties

quotiescunq; peccauerint & gratiã expetierint seu ad Christi confugerint. Credimus enim remissionẽ peccatorũ: et hic fidei articulus nulli neq; tẽpori neq; numero peccatorum astringitur, sed libere pponitur. Credentib. enim & agentibus pœnitentiã ianua salutis omni tẽpore aperta est. Oratio nem quoq; dominicã, non tantũ semel atq; iterũ, sed omni tẽpore nostra uita oramus. Petimus aut hac oratione, ut remittantur nobis debita siue peccata nostra: quod certe dominus nõ iussisset petere si nollet dare. Et dominus uniuersaliter ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego requiẽ dabo uobis. Et Ioan. Hęc scribo uobis, ut ne peccetis. 1. Ioan. 2.

Quod si quis peccarit, (notate quod ait, si quis peccarit) ad uocatũ habemus, &c. Petrus tanta luce prãditus fuit, ut dominus ipse diceret carnẽ & sanguinẽ ipsi non reuelasse, fidẽ ipsius uerã et à Patre ipsi datã esse, et nihilominus cũ lapsus esset & dominũ abnegasset et abiurasset, gratiã impetrauit: Lucæ 22. et dominus ipsum sui ipsius exemplo fratres consolari iussit. Atq; hęc est Euangelica doctrina, non aut Hofmanni aut Anabaptistarũ suã factionis, aut Nouatianorũ hæreticorum, qui iam olim eadem diabolo authore docuerũt. Nã talis ipsorum doctrina homines ad desperationem adigit.

Postremo cõ progressus est Hofmannus, ut docuerit contra omnes scripturas et uerã fidẽ, Christum unius tantũ, non duarũ naturarũ esse. Alij nomine quidẽ & numero duas naturas confitentur, diuinã & humanã, re ipsa Eutychemi ueteri hæretico assentiuntur, qui in Christo post glorificationem unam tantum naturam esse docuit. Ita illi quoq; multa dicunt & speculantur, quomodo post glorificationem nulla creatura sit in Christo, sed humanitas clarificata in diuinam naturã transierit. Sed hęc pium ac simplicẽ Christianũ non turbẽt, sed simpliciter teneat quod scriptura et ipsa fides docet, nempe, dominũ nostrum Iesum Christũ uerum Deum et

Christũ nõ unius tantũ naturæ, sed uerum deũ & hominẽ esse.

ADVERSUS ANABAPT.

hominē esse in una inseparabili persona: sic tamen, ut naturæ non confundantur, aut in se transmutentur, sed quælibet maneat, ut non absorbeatur & euanescat aut cesset. Christus enim in æternū Deus et homo manet. Vtranq; naturā Christi David disertē exprimit, dū eum filium suū nominat. Nam secundū carnē filius ipsius est, secundum diuinitatē uero dominus. Et ita locū hunc Psalmi 110. Christus ipse interpreta-

Esai. 7. et 9. tur Matth. 22. & D. Paul. Rom. 1. Propheta etiā Esaias uirginē concepturā inquit, et pariturā filium: quibus uerbis exprimitur humana natura Christi: nomen autē eius fore Immanuel, hoc est, deus nobiscū: quod diuinā naturā æque diserte exprimit. Micheas autē propheta Christū ait nasciturum Bethleheme, & egressum eius fore ab æterno: quorū hoc de diuina, alterū de humana Christi natura intelligitur. Plura testimonia adducere possem, sed hæc sufficiunt. Nam ex his qui uis cernere potest, duas in Christo distinctas naturas, in eadē persona inseparabili, ac quod secundū diuinitatē æternus, immortalis, omnipotēs et infinitus est: secundū humanā naturā temporis initium habet, mortalis, infirmus ac finitus est.

Christū glorificatū hominem esse & uerū corpus seruare

Post resurrectionē uero à mortuis & glorificationē Christus nō desijt esse homo, neq; humanū corpus deposuit uel desicauit, sed uerū humanum corpus seruauit & seruat, & filius hominis adhuc nominatur, sed mortalitatē et infirmitatē omnē deposuit, & corpori dedit immortalitatē, gloriā & potentiam. Præterea Patres euidenter scripturarū testimonijs demonstrarūt, ueritatē corporis Christi clarificatione ipsius non aboleri aut tolli, etiamsi corpus glorificatum spirituale corpus nominetur. Quid uero euidentius afferri potest, quā quod à resurrectione dominus ipse uerū suum corpus et uenerum etiā uestigia discipulis demonstrauit, cum ipsum spiritum esse putarent, & addidit: Spiritus carnē & ossa non habet, sicut me habere cernitis; et Thomā mittere manus in la-

tus



tus suū permisit. Itē quod breui post uero corpore suo cœlos conscendit, & in eodē uenturus est ad iudicandum uiuos & mortuos, & suo glorificato corpori mortalia nostra corpora conformia faciet. Nos autē resurrectionē, non spiritus, sed nostræ carnis credimus. His pij omnes acquiescāt, neq; se ab huiusmodi admirabilibus speculatoribus & Enthusiasticis, in nescio quas subtilitates induci patiantur, quas neq; ipsi intellegant, neq; alijs possint tradere.

En autē quò miseri tandē homines pgressi sunt: quod scilicet Christū dominum exinaniunt & amittunt. Nam dū quidā eorum diuinitatē, alij humanā naturam negant, & non uolunt ad glorificationē usq; agnoscunt, sed eā deinde quoq; amittunt, quid quæso in Christo reliquum sibi seruant? Nihil. Sed hæc sunt iusta præmia eorum qui plus malis suis cogitationibus quàm fidei & simplicitati scripturarum acquiescūt, atque multas arduas res perscrutasse uideri uolunt.

Aduersus Dauidem Georgium & Libertinos,  
atq; ipsorum abominandos errores. Cap. 14.

**A**bominandos omnes Anabaptistas superat blasphemus ille Dauid Georgius, quē tertio loco in hac abominanda secta constituo. Nam ex infœlici Anabaptismo ortus est, quod superius in Monasteriēsi historia animaduerti potuit: illi enim Dauidē Georgium suo Ioāni Leidensi cōiunxerunt, & p uero ac singulari propheta celebrarunt. Quā autē sanctus uates hic Anabaptistarū propheta Dauid Georgius fuerit, quæso attendite. Tā à Satana deceptus & totus obsessus fuit, ut ipsum non puduerit publice scribere & dicere, omnē doctrinā hæctenus à deo per Mosē, Christū, prophetas & apostolos traditā & patefactam, imperfectā & ad cōsequendam salutem inutile esse, suam uero doctrinā perfectam esse ad uerā salutem. Sese ipsum, inquā, Dauidem Georgium, ue

Dauidis Georgij abominandę blasphemiz.

ADVERSUS ANABAPT.

rum Christum & Mesiam esse, dilectum filium dei, non ex carne, sed ex spiritu natum, in quem spiritus plene effusus sit. Se domum Israelis, & ueros filios Leui, unam cum uero tabernaculo reparaturum. Postremo se illum esse qui peccata condonet, aut reseruet & iudicaturus sit extremo die, &c. Apage Satan, qui a deo impudenter & turpiter te ipsum extremis his temporibus conspiciendum exhibes. Cito perdat te deus. Quid autem illi, qui his abominandis mendacijs & blasphemijs crediderunt, an aliquid Simoni Mago, qui sese deum gloriabatur, an Sarracenis atque Turcis ipsorum Machometum exprobare poterunt? Quam autem miseri homines, & nullius precij fuerint inauspicati illi Monasterienses Anabaptistae, uel hinc apparet, quod ausi fuerunt pro singulari propheta celebrare hominem tam abominabiliter blasphemum, seu potius incarnatum Satanam. Fructus praeterea singularis Anabaptismi in ipso cernitur, quem deus conspiciendum nobis exhibet si forte resipiscamus et Anabaptismum omnis mali fontem fugiamus. Dauidis Georgij historia, doctrina illius, uita et obitus, superioris anno Basileae in publicum edita, & omnibus nota est: quare ea de re non necesse est plura scribere.

Libertini.

- Quarto loco post hunc Libertinos statuimus, quorum errores libro edito damnauit Ioannes Calvinus, fidelissimus ecclesiae Geneuensis minister. Hi deo peccatum adscribunt, quod
1. hominibus imputandum erat, & aiunt, Deum fecisse ac operatum esse peccatum Caini, Sauli, Iudae & aliorum impiorum, quonia scriptum est, Deum operari omnia in omnibus: induras
  2. se Pharonem, excecasse Iudaeos, Gentes tradidisse in reprobum sensum, falsis Christianis sub Antichristo immisisse efficaciam erroris. Resurrectionem quoque carnis negant: quam
  3. quidam etiam Anabaptistarum nimis spiritualem fecerunt,
  4. & alij ex aduerso suas opiniones secuti nimis crasse & carnaliter de resurrectione locuti sunt: perinde ac si miles armatus

armatus, ebrius poculum, epulo autem sarcimen uel coctam gallinam manu tenens a mortuis resurrecturus esset. Sunt autem hi errores uetusti plus quam ante sexcentos annos ab ecclesiarum ministris damnati & refutati ex sacris literis, quos turbulenti isti homines denuo in questionē uocant, ad turbandos fideles, &c.

Scriptura docet simpliciter & perspicue cuncta in hoc mundo diuina prouidentia & procuratione consistere, conseruari & gubernari. Deus enim in sua natura conseruat & gubernat omnes res à se conditas, solem, lunam, stellas, & cunctas res creatas, spectabiles & inaspectabiles: & quoniam hominis causa creatæ sunt, illis pro sua uoluntate utitur uel ad salutem & conseruationē, uel ad poenam & interitum hominum. Nam manifestum est & confiteri hoc oportet, imò quotidiana experientia docet, Deum uti bonis & malis angelis, ac eos mittere ad exequendam suam uoluntatē inter homines: dat etiam cōmodas & incōmodas atq; infrugiferas tempestates, cœlos & reos facit, & terram ferream: hæc enim non uiribus & influxu planetarum fiunt, quamuis etiã his utitur deus: neq; temere atq; fortuito accedunt, ut Gentes opinantur. Mors quoq; & pestis, morbi, pax & bellum in manu dei posita sunt. Ipse iudices & uindices excitat, qui populū suum tueantur & liberent. Senacheribum etiam & Nabuchodonosorem deus per prophetas seruos suos nominat, quippe quorum ministerio peccata populi puniret. Multa in hanc sententiam in lege, prophetis, & Psalmis præsertim, leguntur. Dauid enim inquit, In te domine speraui. Tu deus meus es, temporamea in manibus tuis posita sunt. Verbum eius consolatur me, in deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro. Migrationes meas numerasti: ponis lachrymas meas in utre tuo: nōne in libro tuo sunt? Domine probasti me, & cogno

Deum omnia sua prouidentia gubernare.

1.

Psal. 31. 56.  
129.



ADVERSVS ANABAPT.

uisti me: Tu cognoscis sessionem meam, & surrectionem meam, intelligis cogitationem meam longe ante. Scimitam meam & accubitus meum cingis: & omnibus uis meis asueuisti. Quia necdum est sermo in lingua mea, ecce domine tu nosti totum ipsum. Formas ea quæ antea & deinde facio, & tenes manum tuam super me, &c. Idem docuit filius Dauidis Christus dominus in Euangelio: Sine me, inquit, nihil potestis. Ne pilum quidem album aut nigrum facere potestis. Quis autem ex uobis sollicitè cogitando, potest apponere ad staturam suam cubitum unum? Ne timueritis uobis ab his qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Nonne duo passeruli assario uentur, & unus ex eis non cadet humi sine patre uestro? Ne igitur timueritis, multis passerulis præstatis uos. Vestri uero etiam capilli capitis omnes numerati sunt.

Ioan. 15.  
Matth. 5. 6.  
& 10.

Quomodo  
deus omnia  
gubernet.

Omnipotens uero deus, qui sua providentia & procuratone omnia regit & conseruat, in operibus providentiæ suæ ordinem & discrimen seruat, & creaturis suis prout fuerint, utitur ex iusta & sancta sua uoluntate, tum ad gratiam, tum ad iram exequendam. Hoc autem discrimen & ordinem spectare nos oportet, quemadmodum hæc in sacris literis proponuntur, neque omnia turbanda sunt, & non quæ hominis sunt deo, & quæ dei homini attribuenda sunt. Homo namque primo lapsu non quidem absque præscientia dei, propria tamen culpa, in peccata incidit, et totus corruptus, malus atque uitiosus est, ideoque peccat, & quotiescunque peccat ex suo, hoc est, sua uitiositate & deprauata natura peccat, & ita peccatum ipsius est, et manet: Satan uero tentando, inspirando, instillando, illiciendo, & incitando causam dat, & auxilium præbet, ut peccatum ab homine perficiatur. Hoc autem hominis opus, peccatum nempe, ueluti Caini cædem,

Peccatum  
hominis non  
dei est.

eadem, Sauli persecutionem, Iudæ proditionem & furtum, deo non est ab homine imputandum, quasi deus & non homo peccatum hominis operetur. Homo enim ipse peccatum operatur, idq; ex proprio quod à corrupta & hereditaria uitiositate habet. Etsi autem deus opus & personam impiorum (id quod Libertini uehementer urgent ad confirmandum abominandū suum errorem) sub prouidentia sua complectitur, & illis pro sancta sua uoluntate utitur, tamen hic usq; peccatum non tollit ab homine & deo imputat: non etiam excusat opus aut personam hominis, quippe qui hæc non respectu diuinæ uoluntatis, sed contra deum fecerunt, & propria malitia & cupiditate instinctuq; diaboli: docet hoc Iudæ proditoris exemplum, quod in Euangelio extat, & ipsius diaboli. Nam quamuis deus in rerum gubernatione diabolo utitur, tamen is non excusatur, neq; ipsius malum ac turpe opus, dei est opus, sed est & nominatur opus satanæ. Misit deus spiritum mendacem contra Achabum (quæ iure punire decreuerat) ut per prophetas suos seduceretur: nihilominus uero deus ipsa ueritas est, mendacia odio habet, & prophetas non iubet mentiri: satan autem mentitur, & ex suo prophetas decipit: prophetae uero mentiuntur ex patre mendacij. Deus tamen interea ipso utitur ut carnifice absq; ulla suæ sanctitatis contaminatione, ita ut satanæ & eorum qui seducti sunt malitia non excusetur.

Causæ huic deseruit Christi sententia, quæ extat Ioan. 8. cap. Satan fuit homicida à principio, & in ueritate non perstitit, nam non est ueritas in eo: quotiescunq; loquitur mendacium, ex sese loquitur, quia mendax est, & mendacij pater. Nominat autem patrem, authorem et originem, quem admodum etiam Gen. 5. Huc etiam spectant uerba Iacobi, qui ita scribit: Vnusquisq; tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur & inescatur. Deinde cupiditas posteaquã

Testimonia de origine peccati.

Iacobi 1.

ADVERSUS ANABAPT.

Rom. 5. concepit, parit peccatum: peccatum uero per actum progignit mortem. Idem quoque de origine peccati Paulus docet, qui peccatum ab Adamo in totum genus humanum deriuatum docet his uerbis: Sicut per unum hominem peccatum in mundum introijt, ac per peccatum mors: & ita in omnes homines mors transijt, in quo omnes peccauerunt. Idem

1. Ioan. 2. 3. quoque his uerbis docet Ioannes apostolus & euangelista: Omne quod est in mundo, cupiditas carnis, & libido oculorum, & fastus uitae, non est ex Patre, sed ex mundo est. Qui committit peccatum, ex diabolo est: quonia iam inde a principio diabolus peccat. Ad hoc patefactus est filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Ex his fidelibus apertum est, peccatum quod hominis proprie est, deo non esse imputandum, ideo quod cuncta gubernat, et creaturis pro suo arbitrio utitur. Homines autem peccata ipsorum & interitus imputari debent: quemadmodum & certo in seipso unusquisque experitur hoc suum opus esse, quod & omnes pii fecerunt qui peccata sua deplorarunt. Deus utique peccata prohibet: & Dauid, Deus, inquit, nolens iniquitatem tu es. Psal. 5. Punit peccata, non ut suum opus, sed ut nostrum commissum contra ipsius uoluntatem, uerbum & praecipuum.

Quomodo  
deus Pharaonem  
indurauit.

Cum autem sacrae literae dicunt, Deum indurasse cor Pharaonis, & alijs similibus locutionibus (quales supra à Libertinis adductae sunt) utuntur, ex ipsis sacris literis inquirendum est quomodo deus induret & excæcet, & quo sensu dicatur deus mala operari, an homo ex sua mala natura non operetur, & omnis operatio peccati deo imputari possit. Dicimus itaque diserte deum dixisse, Ego indurabo cor Pharaonis, ut non dimittat populum: & eodem modo haec uerba à Paulo adducuntur Rom. 9. cap. non autem hoc loco conficitur, non etiam ipsum Pharaonem suum cor ex insita et hereditaria uitiositate deprauasse: aut ideo quod deus cor indurauit.



duravit, diuinam & humanam indurationem eiusdem generis esse. Exodi enim 9. cap. scribitur, Pharaonem Moise & Aarone uocato, dixisse: Peccaui etiam nunc: dominus iustus, & ego & populus meus impij. Sed paulò post sequitur: Videns autem Pharao quod cessasset pluuia & grando, & tonitrua, addidit peccare, & inaurauit cor suum & seruatorum suorum: & hoc modo Pharaonis cor retentum fuit ne dimitteret filios Israel. Ex his autem manifeste apparet Pharaonis indurationem ex ipsius praua natura ortam esse, quae ipse peccauit, & peccatum suum libere confessus est. Quod autem deus dicitur cor eius indurasse, id fecit ut omnium rerum gubernator, & iustus iudex hominum, absque sua culpa & uitio. Deus enim indurat, non nouum peccatum & indurationem (quippe quae ante ex lapsu & peccato in homine est) inserendo, sed eò quod hereditariam duritiam hominum non emollit aut tollit, & id iusto iudicio & illis in poenam. Itaque induratio dei non est inspiratio & operatio peccati, similis uitiosis hominum operationibus, sed potius aequum iustissimi iudicis iudicium & poena peccati.

Eadem ratio est excæcationis Iudaeorum, traditionis Gen Quomodo deus excæcet.  
tium in reprobum sensum, efficaciae erroris quam deus falsis Christianis & Antichristo immisit. Nam de Iudaeis quos 3.  
Esaïas 6. cap. à deo excæcandos esse dixit, idem propheta sic loquitur: Surdi audite, et cæci intendite uisum ad uidentium. Quis cæcus nisi seruus meus? &c. Paulus uero, Quod 2. Cor. 4.  
si obiectum est Euangelium nostrum, ijs qui pereunt obiectum est: in quibus deus huius sæculi (hoc est diabolus) excæcavit mentes infidelium. Et in eandem sententiam hæc alibi de Gentibus scribit: Gentes uersantur in uanitate mentis suae: Ephel. 4.  
cogitationem habentes obscuratam, & abalienata à uita dei, propter ignorantiam quae est in ipsis, propter cæcitate cordis ipsorum. Et denuo alibi de Gentibus scribit: Deus se Rom. 1.

ADVERSUS ANABAPT.

2. Theff. 2.

illis manifestauit: ipsi uero quum deum cognouerint, eum nō ut deum glorificarunt, neque gratias egerunt, sed uani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est desipiens cor eorum: quamobrem stulti facti sunt, & traditi à deo in reprobum sensum. De falsis autem Christianis sub Antichristo idem apostolus sic scribit: Antichristi aduentus erit ex efficacia satanæ, cum omni potentia, & signis ac prodigijs mendacibus, & cum omni fraude iniustitiæ, in ijs qui pereunt: pro eo quod amorem ueritatis non receperunt ut salui fierent. Propterea igitur mittet illis deus efficacitatem deceptionis, ut credant mendacio: ut damnentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed acquirerunt in iniustitia.

Deus mala permittit.

Ex his autē testimonijs non difficulter intelligi potest, quomodo, ratione ac ordine deus homines induret, excæcet, det in reprobum sensum, & efficacitatem erroris immittat. Vterum quidam hæc omnia uno uerbo interpretantur, & dicunt, Deum has res quæ sibi et uerbo suo aduersentur, permittere: quod uerum est, modo ne talem permissionem nobis imaginemur, quæ deum à gubernaculis rerum amoueat, & otiosum faciat, & satanæ ac peccato omnem potestatem concedat. Nam nisi in hac permissione deus gubernatione rerum sibi reseruaret, peccatū coërceret, diabolu freno iniecto cōpesceret & reprimeret, certe perniciēs & malum latius sequiret et rueret quàm humanum genus ferre posset.

Deus mala in bonum conuertit.

Sed deus sua potentia malum in bonum, & pernicioſa satanæ consilia ad gloriam & salutem suorum electorum conuertit: & mala quæ illis immittit, ipsorum bono ipsis immittit. Vnde etiam sancti mala opera, quæ scilicet ipsis mala erant, deo ascribunt, et media per quæ malum commissum est, in quibus peccatum & iniquitas erat, silentio prætereunt. Id quod clarissime in duobus singularibus dei ministris Iob & Iosepho cerni potest. Iobus enim à Sabæis & Chaldeis

dæis satanæ instinctu spoliatus, amissis liberis, & seruis oc-  
 cis, non ait diabolū aut Chaldæos hæc fecisse, sed, Dominus Iob 1.  
 (inquit) dedit, dominus abstulit. Non quod diaboli opus, &  
 Chaldæorum rapinas & cædes deo imputaret: nam uitiosæ  
 illæ & reuera male actiones, diaboli & hominum pro-  
 prie manebant: sed quoniam sciebat deum non tollere ma-  
 num à rebus gubernandis, & damnum quod à Chaldæis,  
 & malum quod à Malo illo acceperat, impedire & auerte-  
 re potuisset: uidebat autē deum id non fecisse, sed permisisse  
 fieri: quod tamen certo statuebat à deo sibi in bonum, & ad  
 probationem factum esse: hæc itaq; cum sciret, deo totū ne-  
 gotium & omne suum damnum ascribit propter iustā eius  
 gubernationem, & propter bonum, ac ait, Dominus dedit,  
 dominus abstulit. Iosephus uero fratres suos cōsolabatur, ne Gen. 45.  
 tristarentur quod ipsum in Aegyptum uendidissent, & in-  
 quit se à deo præmissum esse, ut illis res necessarias in ea re-  
 gione præpararet, & ipsos in uita conseruaret, itaq; se non  
 ab ipsis, sed à deo illuc missum esse. Non autem hac oratio-  
 ne Iosephus peccata fratrum suorum extenuat aut deo im-  
 putat: sed illa suo loco relinquit, & propter bonam dei gu-  
 bernationem, qui malum in bonum conuertit, ait: Non à uo-  
 bis, sed à deo huc præmissus sum. Et idem clarius interpre- Gen. 50.  
 tatur his uerbis: Vos cogitastis de me malum, sed deus uer-  
 tit illud in bonū, ut faceret sicut coram cernitis, & seruaret  
 magnum populum. Hanc responsionem sufficere arbitror  
 abominando errori Libertinorum, qui peccata impie ab ho-  
 minibus in deum transferunt, & illi imputant. Nam ex hac  
 expositione & collatione scripturarum, cuius apparet,  
 deo omnem honorem, nobis autem peccatum & ignominia  
 deberi, quemadmodum Daniel 9. cap. loquitur.

Fuerunt iam olim Pauli apostoli etate improbi homines, De resurre-  
 quorum alij resurrectionem mortuorum in uniuersum ne- ctione car-  
 nis.



## ADVERSVS ANABAPT.

garunt, quos Paulus grauius & fortiter confutauit, 1. Corinth. 15. cap. ita ut non opus sit longiore disputatione: alij uero fuerunt qui resurrectionem iam factam esse dicebant: contra hos Paulus 2. Tim. 2. cap. Qui uero subtilem quandam & spiritualem resurrectionem confingunt absq; carne, à ueteribus (nam iam olim apud ueteres quoq; hic error agitatus fuit) solide cōfutati sunt, præsertim à Tertulliano, & à B. Hieronymo in libro quem scripsit ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani: nos quoq; de hac re copiose scripsimus libro 12. commentariorum in Euangelium Matthæi.

**Resurrectionem in momento futuram.**

Stultæ uero ipsorum cogitationes, quibus sibi confingunt milites armatos à mortuis resurrecturos, nullam uerisimilitudinem aut occasionem ex scripturis habent. Paulus enim simpliciter nos transmuetandos inquit, idq; confestim & in momento, tempore extremæ tubæ, &c. 1. Corinth. 15. & 1. Thes. 4. Hanc simplicitatem pij teneant, & confiteantur carnis resurrectionem, quemadmodum in simbolo fidei continetur, & uitam æternam: Libertinos autem & omnes qui resurrectionem in dubium uocant, fugiant. Nam ubi hæc opinio in mentibus radices agit, nullam esse mortuorum resurrectionem: ibi nulla est fides, neq; quicquam boni sperari aut expectari potest à tam abominandis hominibus.

Contra abominandos errores eorum qui arbitrantur dæmones & omnes impios postremo saluandos esse, & uetus Testamentum reijciunt.

Cap. 15.

**Diabolum & omnes impios tandem saluandos esse.**

- 1.
- 2.

**E**X Abominandorum Anabaptistarum numero adhuc alij supersunt, qui arbitrantur deum postremo post iudicium omnium miserurum. Nam ipsum non posse in æternum irasci. Præterea sæculi aut æternitatis nomen non semper perperpetuitatem, sed quandoq; diuturnitatem significare. Itaque tandem

tandem aliquando omnes impios unà cum diabolis saluandos esse. Hæc horrenda doctrina, quæ nullis argumentis nititur, ad nihil aliud facit, nec alium in finē diuulgatur, quàm ad plantandã turpem & impiam uitam. Qua enim ratione satan certior de nobis esse possit nos in ipsius potestate fore, quàm si huc deueniamus, ut nō amplius metuenda putemus eterna supplicia. Fuit quidē hoc dogma etiã apud ueteres, semper enim diabolus sibi similis est, sed uerbo dei repudiatum est: in lucem autem reuocatum est à Ioanne Denkio, uiro alioqui docto, sed qui columna & princeps esset Anabaptistice sectæ, qui hunc Anabaptismi fructum edidit. Attamen Denkius ante obitum resipuit, & hunc atq; cæteros errores, inter quos Anabaptismū quoq; damnauit et reuocauit. Nam cum Basileã uenisset, multum diuq; egit & disputauit cum Ioãne Oecolampadio, ministro tum temporis Basiliensis ecclesiæ, ab hoc dei beneficio conuersus est: magno enim ipsius labore & studio tandem effectū est, ut Denkius reuocaret dogmata, et uitam emendaret, pœnitentiam agens, qui breui post pie in uera fide obiit.

Multa & magna ubiq; in sacris literis de amplissima & imperscrutabili dei misericordia scribuntur. Dauid enim inquit, Misericors & clemens est dominus, longus ira, & multus misericordia. Non in sæculum contendit, neq; in æternum irascitur, Psal. 103. Hæc autem omnia dicuntur de conditione & statu hominum in præsentī uita, non de illis qui iam mortui, & in alia uita sunt. Quandiu in præsentī uita sumus, gratiam dei possumus adipisci uera pœnitentia ex fide: si autem absq; uera pœnitentia ex hac uita migramus, & dei bonitate abusi fuimus, eamq; cōtempsumus, tum nihil reliquum est quàm eternū exitium. Hoc enim Paulus docet: nam inquit, eos qui copiam benignitatis, tolerantie & lenitatis dei contemnunt, neq; agnoscunt se dei benigni-

Quomodo  
deus in æs-  
terum ira-  
scatur et mi-  
sericors sit.

1.

Rom. 2.

ADVERSUS ANABAPT.

2. Thef. 1.

tate ad poenitentiam inuitari, recondere sibi non iram tantum, sed thesaurum irae dei ad poenam & uindictam propriam. Et ad Thessalonicenses ita quam apertissime scribit: Dominus ultionem infliget ijs qui non nouerunt deum, neque auscultant Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui poenam pendent eterno exitio, coram facie domini & potente ipsius gloria.

Aeternum non diuturnū, sed perpetuum significat.

2

Non decet autē miseros mortales uerba domini suo modo interpretari, eo modo quo se ferendo existiment: imò omnino non cōuenit nos dei iudicia arguere, aut ea corrumpere, & ad nostrum sensum detorquere. Et si enim aeternitatis aut saeculi nomen paucis aliquot locis pro diuturnitate usurpatur, non tamen sequitur id eodem sensu in iudicio dei accipiendum esse, praesertim cum scriptura expresse doceant, aeternam damnationem non tantum diuturnā fore, sed perpetuā & semper duraturam. Et uulgo haec bene discernuntur cum dicitur, aeternū quidē diuturnum esse, sed diuturnum non esse aeternum: possent autem multa testimonia adduci ex scripturis de perpetua damnatione et poena, sed nos paucis erimus contenti.

Danielis 12. sic scribitur: Et multi qui dormiunt in puluere terrae euigilabunt, alij ad aeternam uitā, alij ad aeternā ignominiam & contemptum. Qui autem populum iustitiā docuerunt, fulgebunt quasi stellae in saeculū & in aeternum. Quod ante propheta dixerat (Leolam) aeternum, id deinde dicit (Leolam uaed) in saeculum & in aeternum, hoc est, perpetuō absq; fine. Ita enim interpretes transtulerunt. Theodotio, In aeternum & ultra. Alij, In saeculum & in perpetuum. Hieronymus, In perpetuas aeternitates. Septuaginta, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, In aeternum & amplius: quid autē est hoc amplius absq; fine? Eadem interpretatione Christus in Euangelio usus est, cum ait: Qui in monumentis sunt, audient uocem

Ioan 5.



uocem filij hominis: & prodibunt, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij seu condemnationis. En dominus non tantum inquit resurrecturos ad iudicium seu condemnationē (iudicij enim nomen etiam condemnationem significat:) sed in resurrectionem cōdemnationis, uidelicet ut in cōdemnatione perpetuò maneant, neq; consumi possint. Resurrectione enim que ceciderant & euauerant, neq; amplius extabant, reparantur & conseruantur.

Esaiæ 66. dominus inquit, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur. Verba hæc dilucida sunt & indubitata fidei. Non inquit, diu ardebunt, sed, ignis eorum non exstinguetur. Quin dominum interpretem habemus, qui in Euangelio Marci secūdo ait, satius esse mancum Marci 9. ingredi in regnum cœlorum, quàm duos pedes habentem projici in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non obit, & ignis non exstinguitur? Quid quæso clarius posset dici? Nam si ignis non exstinguitur, tum ignis futuri seculi non tantum diuturnus est, qui tamen aliquem finem habeat, sed perpetuus qui nunquam ardere desinet, & eos qui in ipso sunt torquere. Iudicium igitur & sententiã Christi ex ipsius uerbis hoc modo bene intelligimus de supplicio æterno, quod nunquam finiatur, quando dicitur est, Matt. 25. Discedit à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quare Christi doctrinam, & confessionem omnium sanctorū, qui semper unanimiter & simpliciter confessi sunt, esse æternam fœlicitatem fidelium, et æterna supplicia & condemnationem infidelium, firmiter & immote teneamus: studeamus etiam & oremus deum ardentibus precibus, ne æterno nostro exitio experiamur condemnationem & supplicium æternum atq; perpetuū esse.

Sexto & ultimo loco inter Abominandos Anabaptistas

ADVERSUS ANABAPT.

Scripturæ  
ueteris tes-  
tamenti re-  
iectæ.

1. 2.

eos statuimus, qui uetus testamentum reijciunt, qui testimo-  
nia quæ ex illo adducuntur ad declaranda & confirmanda  
dogmata Christianæ fidei, aut ad errores & falsa dogmata  
refutanda, non recipiunt, & aiunt, Testamentum uetus ab-  
rogatum esse, quod Paulus doceat Hebr. 8. Mosem item ha-  
bere tectam & uelatam faciem. Fuit autem pestilens hic er-  
ror etiam ueterum hæreticorum, ut à Tertulliano traditur.  
Neq; animaduertunt miseri homines, sese dum uetus testa-  
mentum reijciunt, nihil ex nouo reseruare, sed id simul cum  
ueteri reijcere. Nam illa quæ in nouo testamento propos-  
nuntur, confirmantur testimonijs ueteris testamenti. Quod  
si doctrina ueteris testamenti nullius est authoritatis, etiam  
noui nihili erit, quippe quod reiectis & inefficacibus testis-  
monijs comprobatur. Nemo præterea nouum testamentum  
absq; scriptis ueteris testamenti intelligere poterit. Nam ut  
de alijs taceam, primum caput Matthæi totum ex ueteri  
testamento desumptum est. Seposito igitur ueteri testamento  
tanquam inutili, quomodo quæso uel unicum hoc caput ex  
acte intelligi poterit?

Scripturæ  
ueteris tes-  
tamenti nõ  
abrogatam  
esse.

1.

Paulus uero Hebr. 8. ex Ieremiæ, seu potius dei uerbis, sic  
ratiocinatur: Dum nouum dicit, antiquauit prius: porro  
quod antiquatur & senescit, propè est ut euanescat. Discer-  
nendæ autem hoc loco sunt ceremoniæ & scripturæ ueteris  
testamenti. Scripturæ enim manent, & perpetuò ut uer-  
bum dei suam authoritatem seruant, ac fidem merentur,  
neq; unquam antiquantur aut abrogantur: ceremoniæ autē  
antiquatæ sunt & abrogatæ. Ac manifestum est Paulum  
& Ieremiam non loqui de sacris literis, sed de sacerdotio  
Aaronis, de tabernaculo & sacris uasis, de sacrificijs & alijs  
ritibus ueteris testamenti. Legantur enim 8. & 9. cap.  
epistolæ, & facile hoc quod dixi apparebit. Scripturas autē  
ueteris testamenti suo loco & dignitate manere, & in eccle-  
sijs au-

suis auctoritatem habere, & publice debere legi, nunc comprobabo testimonijs euangelij, & doctrina atq; exemplo apostolorum.

Christus, quod negari non potest, sequester est et doctor noui testamenti, hic autem in Euangelio ubiq; nos ad legem & prophetas remittit, quamobrem ipsorum doctrina non est abrogata, sed auctoritatem retinet, & in ecclesia prædicari debet. Lucæ 16. diuiti apud inferos petenti, ut fratres sui à mortuo reuocentur, ne & ipsi ueniant in locum cruciatu, respondetur: Habent Mosem ac prophetas, audiant

eos. Si Mosem & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis suscitatus fuerit, credent. Deinde Lucæ 4. cum dominus in synagogam Nazarethi ad docendum uenisset, datus est illi liber Esaiæ prophetae, quem non abiicit, dicens, noui testamenti tempus nunc esse, ideoq; se nolle ueteris testamenti libros, sed potius acceptum librum aperit, & partem 61. capitis recitat, & interpretatur, & ex hoc propheta Euangelium populo prædicat. Similiter cum post resurrectionem à mortuis Emauntem cū duobus discipulis iret, primam ad eos concionem à resurrectione sua ex ueteri testamento habuit. Ita nanq; scribitur: Tum ipse dixit ad eos:

O amentes & tardi corde ad credendum omnibus quæ locuti sunt prophetae: nõne hæc oportuit Christum pati, & introire in gloriam suam? Et exorsus à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de se scripta erant. Neminem autem arbitrator ita in exercitatum esse in sacris literis, & ignarū rerum Christi, qui dicat hæc ad uetus testamentum nõ pertinere: quia uero Christus, qui iam à mortuis resurrexerat, doctrinā æque ut ante ex Mose & prophetis desumpsit, necesse est hinc consequi, doctrinā Christi seu Euangelium doceri ex lege & prophetis, et idcirco eorum scripta extare, auctoritatem habere, & reci-

Dominus  
remittit  
nos ad Mo-  
sem & pro-  
phetas.

Lucæ 24.



ADVERSUS ANABAPT.

tari debere in ecclesia, ut ex illis falsa dogmata confutentur, & Christiana confirmentur & explicentur. Nam in eodē capite Luca paulo post sequitur: Dixitq; dominus discipulis, Hi sunt sermones quos locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum: quod scilicet oporteret impleri omnia quae scripta sunt in lege Mosis, & prophetis, & Psalmis, de me. Tunc aperuit eorum mentem, ut intelligerent scripturas. Luca 24.

Apostoli  
praedicarūt  
ex ueteri te-  
stamento, et  
nos ad id  
transierunt.  
2. Pet. 1.

Quin & beatus Petrus apostolus Christianos remittit ad scripturas ueteris testamēti: nam cum dixisset, nos à domino Euangelicam & apostolicam doctrinam accepisse, addit: Habemus enim firmissimum sermonem prophetarum: cui recte facitis quod attendatis, uelut lucernae splendēti in obscuro loco, usquedum dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus uestris. Quibus uerbis aperte testatur, fideles recte facere, quod attendant scriptis prophetarum. Nominat haec lumen, nō tenebras: lumen inquam, quod splendeat in obscuro loco, imò quod luceat usquedum dies illucescat. Ex prophetis enim causam salutis & Christum dominum discimus, qui non tantum lucifer, sed ipse sol iustitiae est. Exemplum praeterea Petri habemus, qui die Pentecostes accēpto spiritu sancto, cum iam in uniuersum in nouo testamento concionaretur, concionem tamen suam ex ueteri testamento desumpsit, & cōfirmavit. Legatur enim 2. cap. Act.

Act. 9.

Quod si quis dicat haec in Iudeorum gratiam facta esse, qui adhuc à lege & prophetis pendebant, & à scriptis ueteris testamenti, huic obijciemus Philippi exemplum, qui Aethiopem hominem Gentilem ex 53. capite Esaiæ ad fidem Christianam conuertit, & baptizauit. Extat autem historia haec in Actis apostolorum. Si autem dixerint aliqui Aethiopem hunc profelytum fuisse: nihilominus tamen uerum manebit ipsum in Christiana fide institutum, & Euangelicū ex Esaiæ

ex Esaiâ propheta edoctum esse. Quid autem dicent de Paulo Gentium apostolo, qui ad Romanos scribit, se à deo uocatum esse ad prædicandum Euangelium, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis? Quid autem clarius dici potest, quàm quod idem apostolus coram Agrippa rege & Festo præside, fidei suæ rationem redditurus, ait: Adiuuentum à deo nactus, perstiti in hunc usque diem, testificans tum paruis, tum magnis, neq; quicquam dicens extra ea quæ Moses & propheta prædixerunt futura esse. Nempe an Christus esset passurus, an primus ex resurrectione mortuorum esset lucem annunciaturus huic populo & Gentibus. His uerbis Paulus uniuersam suam doctrinam complectitur, & eam scripturis firmat, et ex scripturis desumptam esse testatur: ac Euangelium suum, quod Gentibus prædicauit, non aliud esse quàm doctrinam Moses & prophetarum. Ideoq; Timotheum & sub eius nomine omnes pios ecclesie ministros hortatur, ut scripturis adhæreant, & eas populo Christiano in Christi fide prædicent, 2. Timoth. 3. & 4. cap.

Contra hæc opponitur, nõ frustra Mosem, cum de monte descendisset ad populum Israeliticum, faciem uelo obtectam habuisse: significatum enim fuisse, Mosem unà cum prophetis Christi aduentu fuisse tegendum & abolendum. Sed scripturarum periti hanc interpretationem & allegoriam non recipiunt, maxime cum multa euidencia testimonia, quæ hactenus adduximus, huic interpretationi aduersentur, & præsertim cum Paulus longe meliorem asserat his uerbis: Itaq; obdurerunt mentes Israelitarum: nam usq; ad diem hodiernum, idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reiectum, quod per Christum tollitur. Sed in hunc usq; diem quum legitur Moses, uelamen cordi eorum impositum est. Postquam autem conuersi fuerint ad dominum,

Rom. 2.

Act. 26.

Quomodo  
& quare  
Mosis fa-  
cies uelata  
fuerit.

2. Cor. 3.

## ADVERSUS ANABAPT.

tolletur uelamen. Hæc est uera interpretatio illius uelamini, quo nobis Moses & propheta non penitus absconduntur, & ex ecclesia Christi tolluntur, sed Iudæorum cæcitas representatur, ac docetur Christum & fidem in Christum uelamen auferre, & sanum intellectum Moses & scripturarum conferre, ac ipsas utiles & salutare nobis facere.

Novum testamentum esse interpretationem ueteris.

Scripturas permanere in ecclesia.

Ad hunc autem intellectum iuuamur scriptis noui testamenti, euangelistarum & apostolorum, quæ uelamen auferunt. Nam ea quæ in Mose leguntur de sacerdotibus & sacrificijs, obscura nobis sunt: sed cum ex Euangelica & Paulina doctrina, præsertim ad Hebræos, didicimus Christum nostrum sacerdotem & sacrificium esse, tum uelamen tollitur, & cernimus, & in sacrificijs discimus mortem ac supplicium Christi, quomodo inquam liberati, & ipsius sanguine à peccatis expiati simus. Ideoq; ex Mose & prophetis Christum quoq; & redemptionem nostram docere possumus.

Manet autem & persistit hæc ratio in Christiana ecclesia non tantum scriptura noui testamenti, uerum etiam ueteris: & ex ipsa fideles petere possunt argumenta & rationes ad ueram fidem explicandam & confirmandam, & ad falsa dogmata refutanda. Atq; hunc usum uetus scriptura in ecclesia habuit, ab ipsis usq; Christi temporibus. Quam obrem Anabaptistarum errorem, qui ueteris testamenti scripta reijciunt, ut abominabilem & blasphemum in uerbum dei, agnoscamus & fugiamus.

Plures Anabaptistarum sectas hoc loco commemorare possem, uerum his quæ enumeratæ sunt contentus ero, & secundum librum, qui alioqui in maius uolumen quam mihi gratum fuerit, excreuit, finiam, & iam deinceps ad Generales Anabaptistas reuertar.

Aduersus



# ADVERSUS ANABAPTISTAS LIBER III.

An ecclesia Anabaptistica sit uera & deo accepta ecclesia, quemadmodum ipsi iactant: uel qualis alioqui sit ecclesia ea quam ipsi habent. Cap. 1.

**P**rimo libro huius operis aduersus Anabaptistas, capite octauo, commemorauimus 25. dogmata communis & generalis Anabaptistarum doctrinae, quibus etiam ipsorum instituta & mores comprehenduntur: pollicitus autem sum eo loco, me enumeratis & confutatis peculiaribus quibusdam sectis Anabaptistarum, denuo rediturum ad illa communia Anabaptistarum dogmata, ac ipsa, deo adiuuante, examinaturum, & ueris testimonijs diuini uerbi confutaturum. Quam obrem deinceps, deo adiutore, singula eorum dogmata separatim aggrediar, & id quam breuissime potero absoluam.

Primum ipsorum dogma est, quod seipsos unicam ueram Christi ecclesiam, deo acceptam, profitentur & iudicant, et docent, eos qui in ipsorum ecclesiam per Anabaptismum recepti sunt, non debere ullam communionem habere cum Euangelicis aut ullis alijs ecclesijs. Duæ autem sunt huius dogmatis partes inter se inseparabiliter connexæ. Quarum prima hæc est, Anabaptisticam solam esse ueram & deo acceptam ecclesiam: altera, Rebaptizatos omnes debere hac ecclesia contentos esse, neque ullam cum alijs ecclesijs communionem habere, nec cum Euangelicis quidem. Etsi uero confutatione consequentium dogmatum hoc quoque explicatur et solide confutatur, tamen ut res melius cognoscatur, quedam hoc loco subiungam.

Anabaptistæ (id quod saltem in primo ipsorum dogmate perspicue cernitur) omnia sua dicta, consilia & facta, huc di-

Deinceps tractabuntur Generallium Anabaptistarum dogmata.

Primum dogma de Anabaptistica ecclesia.

Anabaptistarum unicus scopus est schisma,

ADVERSUS ANABAPT.

rigunt, ut separationem & schisma faciant: nempe ut homines auellant aut fraudulentè abducant ab ordinarijs suis ecclesijs & pastoribus, quo cœtus ecclesiasticos nō amplius addeant, sacras conciones non audiant à suis pastoribus, neq; illis cœtibus preces suas deo per Christum offerant & eum adorent, ac sacramenta in suis ecclesijs & à suis pastoribus non percipiant, non eleemosynam pauperibus conferant, neque ullis alijs honestis conuentibus intersint. Quo autem facilius possint efficere, splendide loquuntur, ecclesijs & ipsarum ministris horribiliter conuittantur, & illis odium quod possunt maximum conflant. Quid enim atrocius de nobis, et quod minus ferendum sit, dici potest, quàm nos nō esse dei et Christi ecclesiam? Interim tamen cæci & indurati homines non uident, se conuittari deo eiusq; institutis, & sibi grauem dei iram conciliare, dum ecclesias lacerant, & sacros cœtus dissipant. Hieroboamo nanq; similes sunt, qui ipse quoq; populum à sacris cœtibus abstraxit, & hoc factò deum irrita uit, ita ut & ipse deinceps per omne tempus etatis suæ nulla frueretur prosperitate, & suos quoq; perderet.

3. Reg. 12.  
& 13.

Anabaptistas absq; ulla necessitate et contra deū nouas ecclesias & ministeria instituire.

Quis enim uere, & deo teste, de nostris ecclesijs (quæ oriuium Christi caule sunt) aliter prædicare potest, quàm in illis nullos alienos deos adorari, nullam peregrinam religionem institutam esse, quæ cum uerbo dei pugnet? Verbum dei tantum audimus, de pœnitentia seu emendatione uitæ, & remissione peccatorum in nomine Christi: deū patrem solummodo in Christi nomine inuocamus: sacramentis non aliter utimur, quàm ut à domino sunt tradita: beneficentiâ nostram erga pauperes in Christi nomine declaramus. Omnia autem publice coram deo, nō in angulis, peragimus: deum publice coram omnibus celebramus: id quod sequenti capite euidentiùs declarabimus. Quenam ergo res Anabaptistas absterret? An tales non sunt Christianæ ecclesiæ? Quamobrem

Anabaptistas

Anabaptistas his merito contentos esse oportebat, neq; insti-  
tuere novas ecclesias & ministros, & hoc modo dissensiones  
et ingentes turbas excitare. Nā ubi nulla est idololatria, sed  
doctrina sana, sacris literis conformis, uera adoratio dei, re-  
ctus sacramentorū usus: ibi turpe et ingēs peccatū est, si quis  
seipsum separet, & alios eodem adducat, & dissensionis at-  
que defectionis participes faciat.

Quandoquidem uero Anabaptistæ suas ecclesias omni-  
bus alijs anteponunt, obiter & quasi in transitu indicabo, Anabapti-  
stas non  
quales nā reuera sint ipsorum ecclesie, ut isti qui à nobis ad esse ueras  
ipsos deficiunt, perspicue corā uideant quā bene suis re- ecclesias,  
bus consulant, & quā iusta sit ipsorum defectio. Primum  
enim doctrina in Anabaptisticis ecclesijs non est pura & so Doctrina.  
lida, consentiens Euangelio & apostolorum doctrinæ. Nam  
Euangelica & apostolica doctrina, humanas uires deprimūt,  
ac nos natura peccatores & perditos esse ostendit: uicissim  
uero gratiam & misericordiam dei summopere celebrat, et  
docet, nos iustificari et saluari sola fide per Christū, non per  
legem aut opera & merita nostra. Ex aduerso Anabaptisti-  
ci doctores de his præcipuis dogmatibus, quæ omnis boni fun-  
damentum sunt, nihil dicunt, aut saltem paucis attingunt: ur-  
gent aut tantum humana opera, ita ut pleriq; existiment, se  
penitentiæ & proprijs operibus iustificari & saluari. Om-  
nibus autem notum est, quid de hac doctrina Paulus pronun-  
tiet, quā acriter ipsam impugnet. Quoniā autem in schis- Preces.  
mate sunt & permanent, neq; in catholica ecclesia deum in-  
uocant, preces utiq; eorum non sunt iustæ. Baptismū sacrum Sacramēta  
datum à domino, ut sit initiale (ut ita dicam) fœderis signum  
omnibus his qui sunt in fœdere, tessaram suæ priuatæ factio-  
nis et confictæ sanctimonie faciunt. Cœnam domini, quæ est  
communis commemoratio mortis Christi, & gratiarum ac-  
tio, ipsi restringūt, et tantū sanctis illis fratribus qui ex ipso



## ADVERSVS ANABAPT.

rum secta sunt, communicant. Miseros peccatores reijciunt, quantumuis peccus percutiant, & uociferentur cum Evangelico illo publicano, Deus propitius esto mihi peccatori. Ex aduerso resipiscentiam suam & bona opera magnifice iactant: quibus tamē magna ex parte destituuntur. Non enim talis est resipiscentia qualem iactant. Beati apostoli in scriptis suis docuerunt uere bona opera, & ut alia præteream, docent familiam honeste & ananiter curare, in rebus legitimis magistratui obedienter obtemperare. Sed in his rebus Anabaptistæ turpiter delinquunt contra honestam œconomiam & politiam. Coniuges enim qui plures annos honeste ac amice unā uixerunt, sese mutuo deserunt propter Anabaptismum, deserunt etiam charissima pignora & familiam. Nam quod aiunt se hæc Euangelij causa facere, refutamus lib. 1. ca. 9. & lib. 2. ca. 5. Ipsi interea passim uagantur, uxores cum alienis uiris, mariti cum alienis uxoribus, noctu & interdium, locis cultis & incultis, non absq; magna suspitione et graui offensione: imò ubiq; oberrant, nec usquam domum habent: & cū ex diuina uocatione domū ipsos laborare & familiam curare oporteret, illic esse nolunt, ac sic se gerunt, ut illic non possint esse aut tolerari, neq; se ullo modo instrui patiuntur. Simul autē euanescit omnis dilectio fratrum, sororum, propinquorum et familiarium, ac eius loco succedit omnis inhumanitas erga liberos et omnes familiares et fidos amicos. Sequitur etiā inuicta pertinacia, quā constantiam nominat, et omnis benignitas & lenitas in asperitate acerbitateq; mutatur. Nihil ab illis auditur quā querelæ, iudicia & condēnationes aliorum omnium, tum hominum tum negotiorum. Qui uero ita suam ipsorum familiam negligunt, quomodo quæso, aliorum rem familiarem uera charitate promouerent? Quem admodum autem œconomiam euertunt, ita politias quoque, quantum in ipsis est, lacerant & dissipant. Instituti sunt magistratus

Bona opera

Horrenda  
dissidia que  
Anabapti-  
stæ faciunt.

gistratus à deo ut conferuent & tueantur pacem, tranquillitatem, honestatem, & economiam: itaq; hoc agunt cum Anabaptistis, & studiosè ad economiam curandam reuocant: uerum ipsi magistratui maledicunt, cõtumaces et ingrati sunt, ipsos per conuitium Gentiles nominant, & aiunt neminem Christianum posse magistratu fungi. Ex quibus quiuis colligit, eos qui in magistratu sunt, non esse bonos Christianos. Hac autem ratione dei institutum contumelia afficitur. Neminus præterea ullum honorem exhibent, & quosuis absq; ulla honoris significatione alloquuntur, ac cunctis illiberaliter respondent. Magistratui nõ obtemperant, iusiurandum non dant, & si forte dederint, non seruant, iudicia & supplicia fontium improbant. Quosuis audacter & temere Satanæ tradunt, & in illis rebus ubi non necesse, sed potius perniciosum est, hominibus religionem faciunt. Hæc mala omnia cum perpetrãt, nolunt hæc pro malis & uitijs agnoscere, uerum prætextu diuini spiritus & uerbi ea ornare & colorare conantur. His expositis nihil addam: arbitror enim omnes qui iudicio præditi sunt, facile ex his quæ de Anabaptistica ecclesia scripsimus, tantum posse intelligere, ut deinceps nullo fito splendore sibi oculos perstringi patiãtur, ut Anabaptisticam pro uera ecclesia agnoscant, cum nulla iusta & solida signa ueræ ecclesiæ habeat, & ea quæ iam commemorauimus, publice faciat. Ex his uero omnibus, hi qui à nostra ad Anabaptisticam ecclesiã defecerunt, facile cernunt, si modo uelint, se res suas non meliore, sed potius deteriore loco constituisse, imò perdidisse.

Ecclesias Euangelicas ueras ecclesias esse, quãuis multa emédationi uitæ desint. Cap. 2.

**N**unc uicissim probabo firmis argumentis ueritatis, nostras ecclesias, quas Anabaptistæ ut falsas & contra-

Secundum  
dogma de  
Euãgelicis  
ecclesijs.

## ADVERSUS ANABAPT.

rias deo, infamant & reijciunt, solas esse ueras, deo acceptas ecclesias, & populum Christi. Ecclesia Christi, quæ coetus fidelium est in his terris (de hac enim nunc tantum loquimur, interim tamen non ignoramus internam & externam ecclesiam esse, & nos idem corpus esse etiam cum illis qui sunt in caelo) certas notas & propria signa habet expressa uerbo dei, per quæ in hoc mundo potest cognosci, & ab alijs coetibus discerni. Nam de apostolica ecclesia Lucas scribit, perseuerasse ipsam in doctrina apostolorum, in communicatione, fractione panis, & orationibus: ostendit autem uera signa ecclesie Christi in his terris esse, puram, diuinam, apostolicam doctrinam: orationem seu inuocationem dei: rectum sacramentorum usum: et communicationem seu charitatem Christianam.

A. 2.

Signa ueræ ecclesie.

De uera & apostolica doctrina.

Rom. 3.

Galat. 3.

Ioan. 1.

Coloss. 1.

1. Cor. 3. 10

Primum itaq; considerabimus, an sacra diuina & apostolica doctrina extet & proponatur in nostris ecclesijs. Diuina & apostolica doctrina fundata est in sacris literis, & ex illis desumitur, & docet omnem carnem uitiosam & corruptam esse, & cunctos homines sua natura damnationi obnoxios esse, ac solum per gratiam dei in Christo à peccatis expiari, iustificari & saluari, idq; ex sola fide, non per legem aut uia hominum opera: in Christo aut solummodo uitam & omnia bona posita esse: extra Christum neq; uitam, neq; ulla bona esse: Christum unicum esse fundamentum ecclesie, unicum caput, unicū pastorem, principem, regem, Messiam, sacerdotem, mediatorem, sacrificium, iustitiam, redemptionem & saluatorem, et deniq; in ipso esse omnem plenitudinem. Hæc autem doctrina abundat in nostris ecclesijs, & semper fideliter traditur, ita ut ipsi quoq; Anabaptiste nostris doctoribus conuidentur, existimantes nostram hanc doctrinam leuem nimis esse & remissam, quemadmodum 10. dogmate deinceps exponetur.



Vt autem evidentius appareat, nos in Evangelicis ecclesijs retinere apostolicam doctrinam, sciendum est, nullam doctrinam ualere & recipi à nobis absq; testimonijs ueteris et noui Testamenti: neq; cuiquam hoc permittitur in nostris ecclesijs, ut ex suo capite absq; uerbo dei doceat. Scriptura sacra ueteris & noui Testamenti, uerum, inquam, dei uerbum, est lumen nostrarum ecclesiarum, regula, statua Mercurialis, iudex, lydius lapis, & fundamentum, cui fidem, preces, sacramenta, charitatem, & omnes actiones & negotia ecclesie inædificamus, ut de omnibus rebus certi & securi simus. Habemus autem in tradenda doctrina Christiana, rudimenta & introductiones ad pleniorum sensum. Rudimenta nomino Catechesim iuniorum. Nam in catechismo iuniores edocentur quid sit deus, quod eius sit foedus, & lex, quæ sit uera Christiana fides, quæ ueræ preces & sacramenta sint, quid primum credendum, & deinde ex fide faciendum sit ab hominibus. Præter autem hæc rudimenta simul quoq; pleniorum doctrinam habemus, eo modo & ratione quo ipsam à domino accepimus. Habemus enim interpretationem diuinæ legis & Euangelij, prophetarum & apostolicorum scriptorum, quæ integra iusto ordine ecclesijs nostris proponimus, et ad ipsarum ædificationem publice docemus. Docemus item ex scripturis summa capita seu dogmata nostre fidei, & falsa atq; erronea dogmata itidem ex scripturis confutamus. Homines afflictos, & qui tentationes patiuntur atq; deiecto animo sunt, consolamur uerbo dei & ea quæ in Euangelio extat consolatione: eodem quoq; modo ægrotos uisitamus, & ipsorum animos, in his ipsorum necessitatibus, tentationibus & angustijs, erigimus. Docendo item cõfirmamus fideles, et urgemus ad omnia quæ deo debentur officia facienda. Docemus item uere bona opera, quibus deus glorificandus & celebrandus est. Verum etiam ordinem

Solum uerbum dei ualere.

Rudimenta Christianæ doctrinæ.

Forma perfectæ doctrinæ.

## ADVERSVS ANABAPT.

bonorum operum tradimus: nempe, deum esse inuocandum & adorandum, amandum, illi fidendum, & beneficia omnia grato animo agnoscenda, ita ut nos totos illi committamus, et patienter ac firma spe ea feramus quæ nobis imponit, gratiam & robur ab ipso petentes: deinde ueterem hominem docemus occidendum esse, & nouum hominem deo offerendum, ut nostrum sacrificium sit rationale, uiuum & spirituale: præterea proximo docemus nõ tantum nullam iniuriam inferendam esse, sed cunctis beneficijs ornandum, & illi uera charitate inferuendum esse: singulis item hominibus Christianis in sua uocatione deo fideliter seruiendũ esse, in uera fide & charitate: quemadmodum apostoli quoque præscripserunt ministris ecclesiarum, magistratibus, illis qui in aliquo munere uersantur, parentibus, liberis, coniugibus, seruis, mercenarijs, mercatoribus, iunioribus, senioribus, diuitibus, pauperibus, &c. Si autem in his rebus delinquitur, si peccatum aliquod aut offendiculum committitur, habemus poenas & increpationes seu obiurgationes ex uerbo dei desumptas. De his autem omnibus uniuersa ecclesia testimonium ferre potest, Christianam & apostolicam doctrinam, qualis hæctenus enumerata est, in nostris ecclesijs seruari. Quæ obrem cum inter cuncta signa ueræ ecclesiæ præcipuum sit Christiana & apostolica doctrina, ac nos præstantissimo hoc atq; diuino signo non careamus, indubitate hinc contra omnes nostros aduersarios conficitur, nos ueram & acceptam ecclesiam habere, imò ecclesiam nostram unicam, catholicam & sanctam Christi ecclesiæ membrum esse.

De ueris  
Christiano  
rum oratio  
nibus.

Deinde in precibus aut orationibus ecclesiæ nostræ nihil uitij est. Nullas creaturas inuocamus aut ueneramur, sed unum æternum, uerum, omnipotentem, uiuum deum, per uanicum mediatorem & aduocatum Iesum Christum. Præter huc nullos alios aduocatos habemus, eo uno contenti sumus: scimus

scimus & credimus, ipsum optimum ac unicum mediatorem esse, patri charum & acceptum, cuius causa nos ab ipso exaudimur. Nam etiã oramus ex fide & charitate, neq; quicq; cõtra eius uoluntatẽ petimus, sed nos semp ipsius arbitrio cõmittimus. Præcipue aut utimur in nostris ad deũ precibus ea oratione, qua Christus suis uerbis linguæ nostræ quasi præit, qua nota est domino, & à nobis dominica oratio appellatur. In omnibus nostris necessitatibus ad dominum confugimus, & illi nostri cordis desideria aperimus. Habemus deinde in nostris ecclesijs deo acceptam intercessionem, qua fideles in his terris indefinẽter deũ orant, pro infirmis et ijs qui uarie tentantur, pro aberrantibus, peccantibus, anxijis, ægrotis, et afflictis hominibus. Præterea habent etiã nostræ ecclesiæ laudes dei, & multiplices gratiarum actiones pro omnibus ipsius beneficijs. Cum igitur hæc certa sint, & negari nõ possint, sequitur nos secũdam quoq; notam & signũ ueræ Christianæ & apostolicæ ecclesiæ habere, & ueram ac deo acceptam ecclesiam Christi esse.

Tertio loco constituta signa ueræ ecclesiæ sancti sacramenta, Baptismum & Cœnam domini, nemo negare poterit. De sacram<sup>tis.</sup> in nostris ecclesijs extare. Baptismo eos in ecclesiam Christi recipimus, quos ipse suos esse testatur, per ablutionẽ peccatorum, quos ipse loco liberorum habere statuit, ut sint peculiaris ipsius populus, ac ueterem hominem occidant, & deinde in nouitate uitæ deo seruiant. Cœna domini in recenti memoria retinemus Christi domini mortem & liberationem nobis partam, ac testimonium & sacramentũ habemus, cum sua carne quam p nobis morti tradidit, nos spiritualiter pascere ad uitam æternam, & sanguine potare & mundare: uniuntur item omnes sancti unã cum ipso in unum corpus, ut in eo sancte uiuant, & deo in Christo in sempiternum laudes dicant et gratias agant. Quoniã igitur, quantum ad tertiam



## ADVERSUS ANABAPT.

hoc signū, nihil nostræ ecclesiæ deest, denuo sequitur nostras ecclesias ueras, & deo acceptas ecclesias esse et fore. Etsi in terea fidelium salutem non eo modo sacramentis alligamus, ut arbitremur eos ideo non esse in ecclesia dei, qui signis his carent nullo contemptu, sed quod propter inuitabilem necessitatem ea non potuerunt habere: nam hic illis subscribitur, quæ de hac re D. Augustinus ex sacris literis conscripsit, *Questione in Leuiticum 83.*

De charitate fidelium.

Ioan. 13.

Quarto loco est communicatio seu charitas, de qua dominus in Euangelio ait, ex hac cognoscendos esse ueros ipsius discipulos, si non tantum uerbis fideles mutuo sese diligant, sed uere & re ipsa. Hæc autem quoque extat in nostris ecclesijs. Quæuis enim in multis charitas extincta sit, uicissim tamen in multis ardet, qui hostibus suis ignoscunt, cum inimicis in gratiam redeunt, & cunctis pro uiribus suis beneficiunt. Misericordia quoque extat in nostris ecclesijs, in beneficentia erga pauperes, in iuuandis, consolandis & humaniter tractandis egenis, in uisitatione ægrorū, in consolatione afflictorum. Præterea Xenodochia & Nosocomia bene curantur, sic ut in quarto signo ecclesiæ nullum singulare uitium reperiat, propter quod non possit uera ecclesia esse.

Tentationes & patientia in aduersis.

Accedunt postremo his omnibus uariæ & multæ tentationes, persecutiones, & afflictiones, quas experitur nostra ecclesia, & nihilominus durat, & in omnibus uincit gratia dei & uis diuini spiritus, qui se multifariam declarat, & efficit ut ecclesia deum semper laudet, confiteatur, illi gratias agat & seruiat, & ut fideles nostræ ecclesiæ pleni consolatione, & leti, foeliciter in uera fide ex hac uita migrent. Ex his autem omnibus perspicue cernitur & discitur, nostram ecclesiam ueram Christi ecclesiam esse. Quamobrem uos Anabaptistæ (ad uos enim sermonem meum conuerto) nunquam ita uestram à nostra ecclesia defectionem excusare poteritis,

tis, ut non hoc uere de uobis dicatur, uos scilicet, quandiu non ad nostras ecclesias reditis, sed in uestra factione permanetis, sponte & scienter turbarum & dissidiorum in populo dei authores esse, & defectores ab ecclesia Christi. Ideoque multum contra uos facit Pauli adhortatio, qua ad omnes fideles usus est, scribens: Precor autem uos fratres, ut speculemini dissidiorum & scandalorum authores, præter doctrinam quam uos didicistis, & declinetis ab eis, &c. Rom. 16. capite.

Verum hoc loco Anabaptistæ obijciunt, se sequentibus dogmatibus satis comprobasse, nos non habere ueras ecclesias: quibus respondemus, nos singulatim in omnibus dogmatibus manifeste probaturos, ea quæ ipsi afferunt, nihil penitus probare, & nostras ecclesias ueras & deo acceptas manere. Addunt illi scriptum esse, regnum dei non esse positum in uerbis, sed in uirtute: itaque si qua ecclesia à mundo separata sit, in qua factis & re ipsa ex uerbo dei uita instituat, talem esse ueram ecclesiam: si qua autem non sit separata, sed in ea reperiantur homines absque poenitentia, qui non ex uerbo dei uiuant, ita ut multum eorum fidei & charitati desit, talem esse falsam ecclesiam, à qua filios dei separari oporteat. His respondemus, nos uerba Pauli 1. Corinth. 4. eo sensu admittere quo ab ipso scripta sunt, longe nempe diuerso ab eo quem ipsi proferunt. Nam ex Pauli uerbis nullo modo conficitur, nullam esse ecclesiam ubi sunt homines impoenitentes, & aliquid fidei atque charitati deest. Iudas fur & scelestus homo fuit in apostolorum cœtu, & tamen nihilominus ea ecclesia uera ecclesia erat. Nonne dominus ipse dixit, in ecclesia zizania fore inter triticum ad finem usque mundi? Nonne Paulus Galatas ecclesiam Christi nominat? & tamen sic ad eos scribit: Amentes Galatæ, quis uos fascinauit ne obsequeremini ueritati? Veritati autem non

An ecclesia Christi propter multos n̄ uos & uita cesser ecclesia esse.

Galat. 2.

ADVERSUS ANABAPT.

obsequi, an non ingens vitium est? Quamobrem sequitur, non esse priuandos ecclesie titulo & nomine, aut ueram ecclesiam non esse apud illos, inter quos sunt aliqua uitiosa membra, & nonnulla in fide & charitate desiderantur.

Ecclesiam  
Corinth.  
multos na-  
uos habuit  
se, & nihil  
ominus fuit  
se ecclesiam.  
1. Cor. 1.

3. cap.

4. & 5. ca.

6. cap.

7. cap.

Quoniam uero in hac parte Anabaptistae multum impingunt, causam hanc euidentius exponam, si forte suos errores agnoscant & resipiscant. Paulus ecclesiam Corinthiacam, ecclesiam & quidem sanctam & deo dilectam nominat, ac abundantem omnibus dei donis: attamen multa mala & uitiosa erant in hac ecclesia, propter quae à Paulo reprehensi sunt. Erant enim inter ipsos dissidia & contentiones. Vnde Paulus ait, Adhuc carnales estis: quum enim in uobis sint liuor, & contentio, & dissidia, nonne carnales estis & secundum hominem inceditis? Etenim quum dicit quidam, ego quidem sum Pauli: alter uero, ego sum Apollonis: nonne carnales estis? Paulo post eos dicit inflatos esse, cum tamen inter eos talis scortatio audiretur, quae ne inter Gentes quidem nominatur. Reprehendit quod iniuriam sibi in tuo facerent, & iudicio contenderent sub Gentibus: quod scortatio & alia quaedam peccata inter ipsos essent: quod coniuges se mutuo desererent, & priuata auctoritate repudiarent: quod ingrederemur idolorum templa, & cum magna offensione ederent quae idolis immolabantur. In sacris coetibus, tam uiri quam foemine Corinthiorum, se inordinate gerebant. Coena domini turpiter abutebantur, ita ut Paulus diceret, ipsos haec facientes, non edere coenam dominicam, & hunc quidem esurire, illum uero ebrium esse, ac ipsos cibum hunc sibiipsis ad iudicium & damnationem sumere. Praeterea donis spiritus sancti ad contentiones, superbiam & aliorum contemptum abutebantur. Hoc autem ait apostolus fieri ex defectu charitatis. Linguis etiam abutebantur in sua ecclesia, & multa inordinate fiebant.



bant. Præter hæc grauia peccata & uitia in præcipuo dogmate fidei errabant: dubitabant enim de mortuorum resurrectione. Quis autem poterit dicere uitia commemorata leuia, & defectus seu nœuos quosdam esse? Et tamen nihilominus Corinthiaca ecclesia, in quo omnia hæc uitia erant, deo accepta & uera ecclesia fuit. Quamobrem concludimus, etiam nostram ecclesiam non amittere ecclesie nomen, propter nonnullos qui pœnitentiam non agunt, & propter peccata & uitia atque nœuos aliquos quos habet, sed nihilominus esse & manere ueram Iesu Christi ecclesiam. Sed iam deinceps causas audiamus propter quas Anabaptistæ arbitratur nostras ecclesias non esse ueras, atque ideo ab ipsis deferendas esse, &c.

An nulla penitus emendatio uitæ fit in Euangelica ecclesia: atque si nulla sit, an ideo non sit uera ecclesia: ac Anabaptistas iniuste se ipsos, separare ab Euangelica ecclesia. Caput 3.

Prima & præcipua ratio Anabaptistarum, qua probant, nostras ecclesias non esse ueras ecclesias, & ideo se ab illis separari oportere, talis est: in ipsorum ecclesijs Anabaptisticis esse manifestam uitæ emendationem, sed in Euangelicis ecclesijs nullam deprehendi emendationem, uerum plebem absque resipiscentia uiuere obnoxiam peccatis & flagitijs. Etsi autem hoc dogma duobus superioribus capitibus satis confutauimus, & ostendimus qualis sit emendatio Anabaptistarum, tamen hoc nunc addimus, petere nos ab illis claram & disertam responsionem, an consiteantur uerum Euangelium pure prædicari in nostris Euangelicis ecclesijs, an non? Si non recte præ-

Nullam emendationem uitæ in Euangelica ecclesia esse.

ADVERSUS ANABAPT.

dicamus, errorem ostendant: sed hoc non poterunt face-  
re, quemadmodum superiori capite breuiter ostendimus.  
Quamobrem alterum sequitur, nos Euangelium in nostris  
ecclesijs pure docere. Quod cum ita sit, præcipuam ue-  
ræ ecclesiæ notam habemus, neque ecclesiam nostram ad  
nihilum redigunt uitia & nœui, qui in uita seu resipiscen-  
tia fidelium deprehenduntur. Tum autem non haberemus  
ueram ecclesiam, si ueram doctrinam audire & sacramen-  
ta percipere nollemus, sed fugeremus ea & uituperaremus,  
quemadmodum Anabaptistæ faciunt: & si item insuper pec-  
cata nostra non pro peccatis agnosceremus, sed defendere-  
mus, neq; pateremur reprehendi.

Etiam in ue-  
ra eccles-  
sia nequos es-  
se.

Christus ipse docuit, collegit ecclesiam, & fideliter  
integro triennio laborauit: dicite nobis hoc loco, Anaba-  
ptistæ, quantum ipsius doctrina populus emendatus fuerit?  
an non manifesti & insignes nœui in apostolica ecclesia fue-  
rint? Quod si uerum fateri uolueritis, confitebimur non  
tantum in populo exiguam uitæ emendationem fuisse, ue-  
rum etiam in ipsis apostolis multa desiderata fuisse, pro-  
pter quæ sepe & grauius à domino sunt reprehensi. Num  
autem ideo quod exigua sentiebatur emendatio uitæ, & par-  
uus fidelium erat numerus, nulla ecclesia Christi tempori-  
bus fuit? Quod si fuit ecclesia, ut reuera fuit, tum iniuste  
condemnant nostram ecclesiam, & se ab ea separant pro-  
pter uitia & nœuos qui in ipsa deprehenduntur. Initio ue-  
ro huius libri dixi qualis sit uestra illa manifesta emendatio,  
ac plura possem addere, quæ hoc tempore præterire uo-  
lo. Hoc autem dico, dei munus uos inuadere & eius iudi-  
cia, dum tam intoleranda temeritate fideles ipsius iudicatis,  
& contemnitis atque reijcitis. An ignoratis dominum ius-  
sisse rete in mare projicere, & pisces quoscunque compre-  
henderit, tam bonos quàm malos extrahere: se enim eos se-  
lecturum?

Matth. 13.

lecturum? Item debere nos exire in omnes vias, & omnes quos reperimus, ad nuptias adducere: se enim agniturum & cieturum eos qui nuptialem uestem non habent? Non quod nemo in ecclesia puniendus sit, sed ut iudicium quod domino pertinet, non uendicemus nobisipsis, & ecclesiam angustius constringamus, quàm ipse fecit aut iussit. Sancti ac ueri & deo accepti fructus ueræ fidei, ueluti conscientia bona, quæ extra Euangelium non reperitur, spes plena consolatione, ardentes preces, gratiarum actio & inuocatio dei, piæ cogitationes, dolor animi de peccato, interna pugna carnis aduersus spiritum, modestia & humilitas coram deo, pax animi, patientia, glorificatio dei, gaudium spirituale, & alij fructus huius generis soli deo noti sunt. Externos autem fructus, qui sub hominum iudicium cadunt, hypocritæ & mali cum pijs & fidelibus communes habent: imò quandoque hypocritæ magis abundant his fructibus, & sanctiores uidentur quàm singulares amici dei, id quod in Pharisei & Publicani exemplo apparet Lucæ decimo octauo capite. Quare cum non omnia Anabaptistæ uideatis, nolite ita temere nostram ecclesiam iudicare, quasi nulla sit in ipsa uita emendatio. Consideratæ hæc Pauli uerba: Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, usque dum uenerit dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, etc. 1. Corin. quarto capite.

Matth. 22.

Veri fructus nõ semper hominibus sunt cõspicui.

Præterea uestrum iudicium, quo omnem populum nostræ ecclesiæ impoenitentem, peccatis & flagitijs obnoxium pronuntiatis, aduersatur modestiæ & charitati Christianæ. Nisi forsitan neminem pium præter Anabaptistas existimatis in terris superesse. Helias propheta cum quodam tempore in huiusmodi molestis cogitationibus & errore uersaretur, ut existimaret se unum ac solum ex omni-

Temere iudicare et ecclesias condemnare non decet Christianum.

3. Reg. 19.



ADVERSUS ANABAPT.

bus dei ministris superesse, à domino reprehensus fuit, qui il-  
 li ait, adhuc 7000. superesse bonorum uirorum qui Baalem  
 non coluerint. Cur non etiam uos quoque cogitatis, deum in  
 medio improborum hominum nunc quoque suos electos  
 habere? Non potest uere de nobis dici, quod in nostris ec-  
 clesijs non habeamus uerbum dei. At Esaias propheta tes-  
 tatur, uerbum dei, ubicunque id prædicetur, suum fructum  
 ferre: qua ergo fronte uos nostras ecclesias omni fru-  
 ctu spoliatis? An non cum ecclesias nostras ita in uniuersum  
 damnatis, saltem aliquo modo exhorrescitis? cum do-  
 minus dicat, illos non impune laturos, qui contempserint &  
 spreuerint uel minimum eorum qui in ipsum credunt.

Esai. 55.

Matth. 18.  
 Rom. 14.

Etiam in ue-  
 ra ecclesia  
 aliquos de-  
 fectus esse.

Quod si hoc (quo uos quodammodo nos adigitis, qui  
 alioqui silere mallems illis de rebus quarum commemo-  
 ratio iactantia uideri posset) fecerimus ut commemoremus  
 nostræ ecclesiæ manifestum profectum & emendationem,  
 certe id iustius ac uerius & certius quam Anabaptistæ  
 fecerimus. Olim fuerunt innumere superstitiones, spe-  
 ctra apparuerunt, & signa facta sunt, quæ omnia in no-  
 stra ecclesia prædicato Euangelio euauerunt, & nus-  
 quam iam deprehenduntur. Præterea multis abusibus pij  
 Christiani grauitè onerati fuerunt. Multorum piorum  
 conscientie grauitè angebantur magna anxietate & me-  
 tu. Iam autem conscientie è uerbo dei consolationem ha-  
 bentes & confirmatæ, deo uera fide confidunt, ipsum a-  
 mant, glorificant, & ita ut oportet metuunt, ac peccatum  
 agnoscunt. Negari item non potest, multa scelera & fla-  
 gitia sublata, & bonas leges aduersus omnem luxum  
 latas esse. Quod si hæ non in uniuersum seruantur,  
 quemadmodum oportebat, tamen nihilominus res bonæ  
 ut bonæ proponuntur, & contra malæ reprehenduntur  
 & prohibentur, ut saltem metum cuius iniiciant. Adhæc  
 multi

multi sunt uiri boni, temperantes in cibo, potu, uestitu: alij interim intemperantes sunt, quales olim etiam in apostolicis ecclesijs (ut supra docuimus) aliqui reperti sunt. Multi qui olim temere iurabant, & diuino nomine abutebantur, qui turpiter & obscæne loquebantur, qui mercede conducti contra eos arma ferebant, à quibus nulla iniuria affecti erant, hi nunc turpe hoc uitæ genus reliquerūt, & modeste, pacifice, & honeste coram deo & hominibus uiuunt. Agnitio dei & scripturarum intellectus tam omnibus nunc communis est, ut multi pueri in nostra ecclesia interrogati de fide, lege, precibus, sacramentis, adeò apte respondeant, ut si olim uiri docti sic respondissent, non modo satis uisum esset, uerum etiam admirationi fuissent. Quod si interea multi quoque sunt qui iurant temere, qui rarius orant, imò orare nesciunt, tamē illi apud omnes uiros honestos in nulla estimatione & honore sunt, & ad id quod honestum est, sollicitantur & urgentur. Plures præterea sunt coniuges & domus honeste in nostris ecclesijs, quarum familiæ ecclesiarum loco haberi possent: nam multum & diligenter legunt scripturas, & maiori diligentia quàm olim uel in cœnobijs factum fuerit: orant serio ante & post cibum, mane & uespere cum surgunt & cubitum eunt: pudice & modeste loquuntur: Christiane uiuunt, liberos & familiam bene instituunt, fideliter laborant, honeste rem familiarem administrant, & panem suum pauperibus cõmunicant. Hæc omnia cum non possitis negare, qua fronte quæso dicitis nullam inter nos emendationem esse? Quare propter malos uos à bonis separatim impuro populo? Quare dicitis nõ posse uos cõmunionem habere cum & queritis ubi nam sint? Quid hac re opus est? an non satis est eos in ecclesia esse. Quamobrem cum ipsa cõmunionem habetote, manete in ecclesia, & ad sacros cœtus & sa-

## ADVERSVS ANABAPT.

eramenta, quemadmodum oportet, accedite: etiam si enim multi impuri & publici peccatores nō mundati in ea sunt, tamen uos ab illis non polluemini, non magis quā apostolos Iudei polluerunt. Quin potius uidete ne à uobis ipsis polluamini, propterea quod multum uobis tribuitis, iudicatis omnes, & plurimum uobis placetis, itaq; spiritualis superbia & contemptus nimium uestris animis insidet.

Anabaptistas nouos Donatistas esse.

Facile autem animaduerto, idem uos sollicitos habere quod pestilentissimam Donatistarum sectam ante mille annos: illi enim in Africa peculiare et separatas ecclesias instituerunt, dicentes ecclesiam in qua hactenus fuissent, impuros ministros habere, & esse maculatam, quod homines peccatores impoenitentes habeat, ideoq; se nouam, sanctam & ueram ecclesiam absq; maculis & ruga uelle instituere. Verum isti unā cum suis ecclesijs interierunt, ac multipliciter uerbo dei conuicti fuerunt, quemadmodum adhuc in scriptis D. Augustini cernitur. Sed Anabaptistæ historiæ ueteris ecclesie sunt ignari, audaces tantum sunt, ut imperitia audaces facere solet, & idonei sunt per quos hostis nostræ salutis ueteres hæreses in ecclesiam reuocet, & contentiones disidiaq; excitet. Vtinam agnoscant, & factiones instituere cessent.

Contra disidia & separationes Anabaptistarum.

Quoniam uero omnia quæ Anabaptistæ dicunt de defectu & uitijs nostræ ecclesie, in illis qui zizania sunt & nō resipiscunt, ideo dicunt ut separationem inducant, & suam factionem tueantur, cōmemorabo illis ea quæ sanctus episcopus & martyr Christi Cyprianus scripsit lib. 3. epist. 3. non quod hominum doctrinæ innitar, sed quod eius doctrina ex uerbo dei desumpta et confirmata est. Is ergo aduersus hæreticos suæ ætatis, qui quantum ad factiones Anabaptistis multum similes fuerunt, hæc scribit: Nam etsi uidentur esse in ecclesia zizania, non tamen impediri debet aut fides aut

charitas

Matth. 13.



charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis imò laborandum, ut frumentum esse possimus, ut cum cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructum opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit: In domo autem magna non solum uasa sunt aurea & argentea, sed & lignea et fictilia, & quædam quidem honorata, quædam uero inhonorata. Nos operam demus, & quantum possumus laboremus, ut uas aureum uel argenteum simus. Cæterum fictilia uasa confringere, domino soli concessum est, cui & uirga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo seruus. Nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit, uendicare se putet, ut ad aream uentilandam & purgandam paleam iam ferre se posse, aut à frumento uniuersa zizania humano iudicio segregare. Superba est ista obstinatio, & sacrilega præsumptio, quam sibi furor prauus assumit. Et dum dominium sibi semper quidam, plus quam mitis iustitia deposcit, assumunt, de ecclesia pereunt. Et dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore excæcati, ueritatis lumen amittunt. Et hæc Cyprianus scribit. Cum Cypriano uero unam consentiunt exempla prophetarum & apostolorum Christi & ipsius domini. Nam cum ecclesia, quam sua ætate colligebat, pascebant et gubernabant, multos nauos & uitia haberet, non tamen ideo dissidium fecerunt: id quod deinde clarius apparebit 25. dogmate. Cuncti præterea qui à Christi ecclesia discedunt, auellunt seipsos à uera uite, & fiunt infrugiferi palmites, igni destinati, quando quidem à uite auulsi sunt: palmites uero qui in uite manent, & fructum ferunt, nihilominus purgari oportet, ut fructum copiosorem afferant. Itaque sua quoque uitia habent, alioquin nulla purgatione opus haberent. Taceo nunc Anabaptistarum separationem esse uoluntarium & manifestum contemptum membrorum Christi.

2. Tim. 2.

Psal. 2.

Matth. 10.

Matth. 3.

Nota.

Quam gra-  
 uiter dissi-  
 dijs peccetur.

## ADVERSUS ANABAPT.

Defectionē  
à Romana  
ecclesia nō  
esse separa-  
tionem à  
sancta cas-  
tholica ecc-  
lesia.

Quod si hoc loco Romanae ecclesiae patroni obijciant, no-  
stras ecclesias Evangelicas aequè atq; Anabaptisticas culpa-  
ri & damnari posse, quandoquidem nos quoq; secessionem  
fecerimus à Romana ecclesia, ob hanc praecipue causam,  
quod illius praesides adeò male uiuerent, ut multos offende-  
rent, &c. his respondemus: Nos non tantum in ipsorum ui-  
ta emendationem, sed alia quoq; in Romana ecclesia deside-  
rare. Si enim Romanam ecclesiam talem esse cognouisse-  
mus qualis apostolorum etate fuit, non ab ea separati fuisset-  
mus, quantumcunq; praesidium ac populi uita flagitiosa fuisset.  
Verum in Romana ecclesia uitiatae, imò extinctae sunt  
praecipuae et certae notae uerae ecclesiae, apostolica doctrina,  
sincerus sacramentorum usus, orationes pie ad unum & so-  
lum deum. Ac uera apostolica ecclesia non modo per Roma-  
nam mutata est, sed etiam nunc in membris suis (quae scilicet  
apostolicam ecclesiam imitantur, & in eius unitatem se con-  
ferunt) contumelia afficitur, & persecutionem ac caedes pa-  
titur, id quod admodum graue & magni momenti est. His  
omnibus demum accedit talis uita, ut Christus non frustra  
caelitus nobis dixerit, Exite de ea populus meus, ne partici-  
pes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.  
Interim tamen hoc scimus & fatemur, non tantum in Papa-  
tu, uerum passim per totum terrarum orbem in uarijs reli-  
gionibus, deum electos suos filios & ecclesiae membra cum  
olim habuisse, tum nunc quoque habere, qui ex dei gratia  
& misericordia, partim ex omnibus tenebris liberati uitam  
in uera in Christum fide morte commutarunt, ac omnibus alijs  
rebus neglectis soli gratiae dei confisi sunt: partim adhuc  
eius gratia ab erroribus liberabuntur, ut soli deo in Christo  
fidant, & à morte in uitam aeternam perueniant. Tales au-  
tem sunt uerae ecclesiae membra, ac non magis à nobis quam  
nos ab illis separati sunt. Itaq; unica tantum est uera Christi  
ecclesia,

Apoc. 18.  
2. Cor. 10.  
2. Cor. 6.  
Math. 7.  
Ierem. 23.  
2. Ioan. 5.

ecclesia, cōmunio sanctorum, in qua nullum disidium fecimus, neq; facturi sumus: ideoq; iniuste tanquā disidiorum in ecclesia authores accusamur. De disidio autem & separatione Anabaptistarum merito conquerimur, quoniam se ab ea ecclesia separant, quæ uniuersali ecclesiæ Christianæ unita est, ac uera Christi ecclesiæ signa retinet.

Ministros Euangelicæ ecclesiæ legitime, Anabaptistæ autē ecclesiæ ministros illegitime uocatos esse: item de uocatione & missione. Cap. 4.

Postquā Anabaptistæ hac ratione, qua primo ad suā separationē tuendā utuntur (quod scilicet multa in uitæ emendatione desint plebi nostræ ecclesiæ, et quod nostræ ecclesiæ nō ueræ ecclesiæ sint) nihil efficere possunt: denuo dicunt, nō tantū multa in plebe desiderari in nostris ecclesijs, uerum etiā in ministris, nempe in ipsorū personis, quod non legitime & ordinarie ad ministerium sint uocati. Quare primum eorum rationes, quibus mouentur ut hæc dicant, audiamus. Paulus (aiunt) ad Timotheum scribit, Esto exemplar fidelium in sermone, in conuersatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate. Vsq; uero uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum tibi est per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. His autem uerbis Paulum docere dicunt, uocationem uita ex charitate instituta comprobendam esse. Ideoq; uocationem ministrorum Euangelicæ ecclesiæ nullius momenti esse, quoniam eam uita sua non comprobent. Ad hanc obiectionem respondemus, Anabaptistas hoc loco ut semper opera & propriam suam iustitiam præ omnibus rebus extollere, ac instar Phariseorum damnare omnes qui non eadem opera quæ ipsi faciant. Interim cuncti norunt sanam ac Euangelicam doctrinam longe opera

An conclusores nō legitime ad suum munus uocati sint.

4.



## ADVERSUS ANABAPT.

*antecedere: atq; si doctrina non sit sana & pura, opera uocationem non comprobare. Neque tamen Anabaptistae confirmarunt id quod dicunt, ministros euangelicae ecclesiae non comprobare operibus suam uocationem. Etenim si gloriari liberet, iustius quam Anabaptistae aliquo modo bonum exemplar ostendere possemus. Docet autem apostolus his uerbis quae ipsi adducunt, quid ministerium ecclesiae facere oporteat: debere ipsum non negligentem esse in suo officio, quod ipsi per manuum impositionem concreditum est: neq; dicit, bonum exemplar pie uitae, esse certam notam uerae uocationis ad ministerium. Magnum certe discrimen est inter officium, quod unicuiq; prestandum est in suo munere, & inter signum, quod certo ostendat eum ad id munus uocatum esse, & ordinaria ratione peruenisse. Quod si grauis & honesta uita unicum signum uocationis esset, sequeretur omnes probos & honestos uiros ecclesiarum ministros esse. Hoc autem falsum est: nam Paulus 1. ad Corinth. 12. cap. ait, non omnes esse doctores. Singuli quidem Christiani uerbum dei legere, & ex eo loqui possunt: non tamen inde sequitur, omnes Christianos concionatores & ecclesiarum ministros esse, sed eos tantum qui legitime ad hoc munus ab ecclesijs uocati sunt. Itaq; uocatio locum habere potest, etiam si quaedam uitia sint in uita uocati: non quod negligentibus praebere uelimus maioris negligentiae occasionem: arbitramur enim Paulinam adhortationem necessario semper ministris inculcandam esse: interim tamen si quae uitia deprehendantur, non sequitur eos, qui alioqui legitime uocati sunt, nullam uocationem habere.*

**Anabaptistas à suis ecclesijs uocatos esse.**

*Suam uerò uocationem iustam esse Anabaptistae ostendunt, ex eo quod à suis ecclesijs uocati & missi sint: nostram uocationem, quae à magistratu facta sit, illegitimam esse: itaq; se à deo, nos à mundo siue ab hominibus missos esse. A quo*

quo autem nos uocati & missi simus, paulò post dicam, & ostendam uocationem & missionem nostram, diuinam, non humanam esse: quod autem aiunt se à suis ecclesijs uocatos & missos esse, uocationem & missionem ipsorum non tantum suspectam facit, sed illi penitus omnem auctoritatem adimit. Quenam enim & qualis est ipsorum ecclesia? Non membrum uniuersalis ecclesie, sed separata factio defectorum. Quod si ab ecclesia separata, quæ defectionem fecit, missi estis, uos quoq; ministri defectores & quasi fugitiui estis, quorum ministerium tantum separationem & dissidia querit. Sin minus, prius probate uestram ecclesiam ueram esse ecclesiam: nos enim ante probauimus, uos non habere ueram ecclesiam, ideoq; uestra uocatio & missio illegitima erit.

Quod si dicitis, uos instar apostolorum peculiarem uocationem habere, probate eam signis & miraculis, dono linguarum, doctrina apostolica, quemadmodum apostoli fecerunt. Hoc autem nunquam facietis, ideoq; uocatio uestra nihil, imò perniciosa est ecclesie Christi. Ad hæc ecclesia non habet uestro ministerio: nam euangelium de resipiscencia uitæ, et remissione peccatorum in nomine Christi, abunde in ecclesia Christi docetur. Itaq; si idem uultis docere, per uacaneum est, neq; estis necessarij. Quod si aliud docere uultis, tum uos unà cum uestra doctrina execrabiles & non audiendi estis. Nihil autè nunc aliud dico quàm Paulus multo ante dixit. Enimvero si quis ueniat qui alium Iesum prædicet, quem non prædicauimus: aut si spiritum alium accipitis, quem non accepistis: aut Euangelium aliud, quod non accepistis: recte toleraueritis, &c. Quod si nihil aliud afferre possunt, si modo à ueritate nolunt recedere, quàm quod iam ante habent nostræ ecclesie, quam ad rem quæso ipsis opus habemus? Quoniam uero spiritus illi Anabaptistici, tã exi-

Anabaptis-  
ticis con-  
cionatori-  
bus eccles-  
ia Christi  
non opus  
habet.  
Galat. 1.  
2. Cor. 11.

ADVERSUS ANABAPT.

mie illuminati, omnino prædicare uolunt, & ecclesias instituere, qui fit quod non se conferunt aut mittuntur in illa loca in quibus Euangelium hæcenus non est annunciatum? Tantum illis in locis se insinuant, in quibus ante multo labore & opera euangelium populo est annunciatum, & ecclesie reformatæ sunt. Atq; ubi pij homines, pacati & sedato animo sunt, illic Anabaptistæ turbas mouent, dissidia atq; factiones excitant, ut multi deinde, præsertim infirmiores, nesciant quò se uertant. Verum dicite quæso nobis, Anabaptistæ, ex quibus scripturis hoc didiceritis, licere quod uos facitis, qui alienas ecclesias quæ ministros habent & bene institutæ sunt, inuaditis, & absq; diuina & humana uocatione, nemine iubente & concedente, ex propria uoluntate & libidine clam & dolose docere incipitis, hoc est, seducere & perturbare. Nullus certe opifex aut mercator ulla in urbe negotia sua agit, qui non ante, pro more & instituto, laude certe digno, profiteatur quis sit, quid rerum agat. An uero in ecclesia tantum nullum ordinem esse oportet, ut unicuiq; liceat ex propria libidine quiduis conari præter omnem ordinem & æquitatem? Qualis uero existimari debet qui in rempublicam bene institutam et pacatam se ingerit, & turbas mouet? An non autem Anabaptistæ quos Christi perturbant, & à legitimis pastoribus abstrahunt? At uero

Vbi nam  
Anabaptistæ  
libenter  
doceant.

1. Theff. 5.

Hebr. 13.

D. Paulus sic præcipit: Rogamus autem uos, fratres, ut agnoscatis eos qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo pretio per charitatem, propter opus ipsorum: pacem colite inter uos mutuo. Item: Obedite ijs qui præsunt uobis, & obsecrationem reddite: uigilant enim ipsi pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id est uobis inutile. Nonne uero Anabaptistæ plane contrarium agunt, qui non tantum ecclesie ministros pro suis



suis pastoribus non agnoscunt, uerumetiam omnes insensissime oderunt, magna cum acerbitate contumelijs afficiunt, ac uniuersam ecclesiã contemnunt? Verum his omiſſis nunc de uera uocatione agam, & ostendam nostram uocationem diuinam non humanam esse.

Ante omnia hoc tenendum est, dominum nostrum Iesum Christum uerum & unicum caput Christianæ ecclesiæ, dare ecclesiæ suæ bonos & ueros ministros seu pastores, & hoc ecclesiæ ab ipso petendum esse. Ita enim dominus ipse loquitur, Messis quidem magna est, operarij autem pauci: orate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. Sic quoque legimus, dominum septem stellas, hoc est, omnem multitudinem ministrorum ecclesiæ tenere in dextera sua: unde etiam Paulus ait, dominum qui cælos conscendit, alios quidẽ dedisse apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, alios pastores & doctores, etc. Ex quibus perspicitur, dei beneficio uaria esse dona & officia in ecclesia, inter quæ tamen apostolatus præcipuum est. Christus enim apostolos sibi elegit, & hos suos legatos misit in uniuersum orbem, præcipiens, ut Euangelium ubiq; doceant, & ecclesias plantent et instituant. Et quoniam negotium hoc mundo nouum erat, à domino mirabiliter instructi sunt: nam spiritum suum illis dedit, per quem omnium linguarum et totius sacræ scripturæ cognitionem sunt adepti, & ad docendum ac uniuersum munus suum obeundum facti sunt idonei: dedit etiã potestatem faciendi miracula, quibus diuinam esse suam uocationem probarent. Quamobrem apostoli egressi in uniuersum orbem, Euangelium Christi annunciarunt, & signis confirmarunt, ac ubiq; ecclesias fundarunt & instituerunt. Tum uero initium habuerunt, & iussu dei instituti sunt pastores & doctores, qui aliàs episcopi & sacerdotes ac presbyteri nominantur. Apostoli enim fundatis & insti-

Deum dare ecclesiæ ministros.

Matth. 9.

Ephes. 4.  
1. Cor. 12.

Apostolatus.

Pastores & doctores.

ADVERSVS ANABAPT.

tutis ecclesijs, pastores & doctores illis ordinabant, qui semper cum ecclesijs manerent, quorum ministerio & studio apostolica doctrina conseruaretur & propagaretur, & ritus Christiani exercerentur.

Vocationē  
& missionē  
necessariā  
esse,

Galat. 4.

Rom. 10.

Hebr. 5.

Manuum  
impositio.

Varia uoca-  
tionum ge-  
nera.

Non autem moris fuit ut quiuis curreret, et seipsum doctorem aut pastorem faceret, uerum qui legitime ad hoc eligebantur atque ordinabantur, hi docebant, sacros cœtus conuocabant, sacramenta administrabant, & alias res necessarias ecclesiæ: ceteri omnes fideles in ecclesia hunc pro suo pastore agnoscebant & amabant, atque illi ut dei ministro obtemperabant. De hac autem re Paulus loquitur, Quomodo autem credent ei de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante? quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? Et alibi: Neque sibi quisquam submit hunc honorem, sed qui uocatur à deo, sicut & Aaron. Ita & Christus non sibi hunc honorem tribuit ut fieret pontifex, sed is qui dixerat ei, Filius meus es tu, ego hodie genui te, &c. Qui uero unquam ad ministeria ecclesiæ electi sunt, missi fuerunt ut docerent ecclesias, & illis ministrarent: quandoque etiam uocatio ipsorum per impositionem manuum presbyterorum declarabatur, & minister hoc modo proponebatur.

Enumerantur autem quatuor genera uocationum ad ministerium, duo legitima & totidem illegitima. Prima uocatio eorum est, qui à deo ipso uocantur, ueluti Moses, Samuel, Petrus & Paulus à deo immediate ad ministerium uocati sunt, & missi ad obeunda negotia quæ ipse eis iniunxerat. Altera uocatio eorum est, qui ipsi quoque à deo uocantur, sed per homines intermedios, qui ex dei instituto eligunt & mittunt, ueluti cum Petrus Marcum, Paulus uero Timotheum, Titum & Lucam uocauit & misit: item cum nostra ætate ecclesiæ, uel hi qui hanc potestatem ab ecclesijs

accipi

acceperunt, ministros eligunt, & illis munus obeundum cōmittunt. Vtrunq; uocationis genus diuinum & legitimum est, non humanum & falsum. Reliqua duo uocationum genera humana sunt, carnalia, & uitiosa. Primum cum ecclesia, aut qui ab ea potestatem acceperunt, eligunt aliquem ex fauore, propter lucrum, aut propter munera. Veteres hoc Simoniam à Simone mago nominarunt, qui dona dei pecunia emere uoluerat: ac omnes eos qui hac ratione per Simoniam ad aliqua ecclesie munera promoti fuerunt, ueteres ab officio deposuerunt, & idem hodie quoque faciendum est. Huiusmodi autem uocatio etsi uocato & illis qui ipsum elegerūt coram deo damnosa est, tamen hoc peccatum non lædit ecclesiam fidelium, ut propter malum ministrum ministeriū bonis dei donis spoliatur: quemadmodum hoc D. Augustinus multis testimonijs scripturarū cōtra Donatistas confirmauit. Alterum genus illegitimæ uocationis, si proprie loquamur, nulla est uocatio: cum scilicet aliquis absque ulla uocatione currit, & propria auctoritate seu potius temeritate se ministrum & doctorem facit. Huc etiam ista uocatio referri potest, quæ ab illis fit qui non sunt ecclesia, nec ullā uocandi aut mittendi potestatem à deo acceperunt, & tamen pro suo arbitrio nihilominus uocant & mittunt: quemadmodum Anabaptistæ facere solent, qui deflectionem ab ecclesia fecerunt, ideoq; ecclesiā & ecclesiasticam potestatem non habent, ac propterea neque uocationem aut missionem.

Querendum etiam hoc loco est, quis nam olim in ecclesia Christi ministros uocarit & miserit, & qui nam hodie quoque uocandi & mittendi potestatem habeant. Antiquis igitur temporibus reperimus ministros quandoque ab ipsa ecclesia, nonnunquam uero à certis hominibus in ecclesia, non tamen absque ipsius ecclesie consensu, electos

Simoniam,  
Act. 8.

Quis potestatem habeat constituendi ministros ecclesie.



ADVERSUS ANABAPT.

& institutos esse. Quamobrem hinc efficitur, ecclesiam  
 habere potestatem & mandatum eligendi ministros. Hoc  
 autem facere potest uel tota ecclesia, uel fidei homines ab  
 ecclesia ad hoc electi, prout commodius, utilius, & ad pa-  
 cem conseruandam aptius uidetur, pro locorum, persona-  
 rum & temporum ratione. Nam cuncta hæc ad Paulire-  
 gulam dirigenda sunt, ut omnia decenter & ordine fiant:  
 item pacifice, ad ædificationem ac non in subuersionem.  
 Addam uero hoc loco exempla ueterum ecclesiarum, quæ  
 hoc modo ministros elegerunt. Vetustissima ecclesia Hiero-  
 solymitana communibus suffragijs Matthiam elegit, &  
 eodem modo diaconos elegit, qui pauperum curam age-  
 rent, & legatos quos cum Paulo ad Gentes misit. Ecclesia  
 Antiochena misit Paulum & Barnabam. Vicistim apostoli  
 Petrum & Ioannem in Samariam miserunt. Ita Paulus &  
 Barnabas presbyteros seu ministros elegerunt in ecclesijs  
 Asiæ. Et Titus in Creta, ac Timotheus Ephesi, ecclesiarum  
 ministros ordinarunt. Atque in hoc dei instituto fundatur  
 nostræ ecclesiæ consuetudo & institutum, in qua certi &  
 delecti homines ex ecclesiarum ministris, præcipuis sena-  
 toribus & plebe, ministros ecclesiarum eligunt & mit-  
 tunt. Habent autem isti suam potestatem ex eo quod à tota  
 ecclesia delecti sunt, quæ ex uerbo dei potestatem & man-  
 datum habet eligendi ecclesiæ ministros. Quamobrem cum  
 huiusmodi electio & missio non humana sed diuina sit, &  
 nos ex hoc dei instituto ad ministerium uocati simus, se-  
 quitur nos diuina ordinatione uocatos & constitutos esse.  
 Quia uero Anabaptistarum ecclesiæ non sunt ueræ eccle-  
 siæ, sed separatæ factiones, consequitur eorum uocationem  
 & missionem non diuinam & iustam esse, sed factiosam &  
 schismaticam, ideoq; à nemine pio ipsis obtemperandum  
 esse.

1. Cor. 14.  
 Philip. 4.  
 2. Cor. 10.

Act. 1. & 7.  
 14. 15.

Act. 9.

Tit. 1.  
 1. Tim. 4.  
 & 5.

De ecclesiarum ministris quales ipsos esse oporteat: atque si quippiam in ipsis desit, an idcirco non possint esse ueri ecclesiarum ministri: adhortatio postremo ad ecclesiarum ministros & Anabaptistas. Cap. 5.

**D**inceps inquiremus quales homines ad ecclesiarum ministeria deligendi sint. Omnes autem utrinque in hoc consentiunt, tales eligi debere, quales Paulus describit 1. Timoth. 3. Tit. 2. Has autem dotes à ministris ecclesiarum Euangelicarum non omnes haberi aiunt, ideoq; non legitime missos, neque ueros Christi & ecclesie ministros esse. Quibus respondemus, ipsorum doctores Anabaptisticos multo minus quam nos his dotibus præditos esse, ideoq; ipsi suo ipsorum iudicio non legitime missi, neq; ueri Christi & ecclesie ministri sunt. Præterea hanc etiam responsionem damus. Formam uitæ, quæ certis regulis cõtinetur, quæ docent quomodo se quisque in suo munere gerat, quàm exactissime & perfectissime à deo proponi in sacris literis. Hominis enim imitatio & opus, propter hereditariam infirmitatem & imperfectionem, semper abest ab eo, & uilius est eo quod ipsi imitandum & faciendum proponitur. Ita requiritur, ut ad magistratus eligantur homines probi & integri, pij, incorrupti, ueraces, auaritiæ & aliorum grauium scelerum hostes. Sed inter mortales adeo corruptos ubi nam tales homines, his uirtutibus absque uitio præditi, reperientur? Certe si uerum fateri uolumus, inter mortales nulli tales reperiantur. Quid ergo deus præcepit? aut quid faciendum erit? Id quod perfectissimum est deus nos semper respicere uult, ut studeamus mandato illius, quàm plenissime fieri potest, satisfacere, etiamsi id non in uniuersum possumus assequi. Hoc autem fit, cum illi eliguntur,

Ecclesiarum ministri non habent omnes dotes, ergo non sunt à Christo missi.

5.

ADVERSUS ANABAPT.

quom uita quam proxime ad dei regulam accedit, quibus quam minimum deest. Non tamen sequitur, eos qui electi sunt, omni uitio carere, & cunctos dotes habere quas deus requirit. Neque item sequitur, tales non ideo rite electos ac ueros dei ministros esse, quia non omnia in ipsis inueniuntur quae deus requirit. Quis enim mortalium in his terris omni uitio caret? Certe hac ratione nulli ueri dei ministri neque in ecclesijs neque in rebus publicis reperiuntur. At pij in ecclesia omni tempore contenti fuerunt, cum ecclesiarum ministri studuerunt quam proxime uita sua accedere ad regulam ipsis praescriptam, etiamsi perfectionem non assequerentur, sed simul quoque uitia aliqua & nauos haberent. Itaque uere fideles nunquam tales ministros traduxerunt, quod non rite uocati, neque ueri Christi & ecclesiarum ministri sint, quemadmodum Anabaptistae solent facere. Attamen inter illa, quae à Paulo enumerantur, quaedam eius generis sunt, ut illis ueri ecclesiarum ministri carere non possint: ueluti hoc quod requirit in ministro, gratiam & aptitudinem docendi: item, ut uere, Christiane & fideliter doceat, hortetur, increpet, consoletur, ut preces & sacramenta recte instituat & administret.

Explicatur  
locus Pauli  
1. Tim.  
3. de officio  
episcopi.

Antequam uero ad alia dogmata Anabaptistarum accedam, obiter commemorabo, & paucis explicabo uerba D. Pauli de officio ministrorum ecclesiae, idque rei ipsius & ministrorum gratia. Oportet igitur (inquit apostolus) episcopum esse irreprehensibilem, ad Titum ait inculpatum, nempe qui uere & iuste accusari non possit & reprehendi propter uitium aliquod singulare. Alioqui omnes homines etiam episcopi sua uitia habent, neque quisquam uere dicere potest, se absque peccato esse. Praeterea grauiter ministri ab infidelibus reprehenduntur & culpantur,



pantur, & eorū ratione inculpati nō possent esse, nisi à fide  
 uera & ministerio suo deficerent. Ideo inculpati nomen nō  
 simpliciter, & ut dicitur secundū literā, in uniuersum intel  
 ligi debet, neq; hic Pauli sensus fuit, quē Anabaptistæ esse  
 uolunt. 2. Vnius uxoris uirum esse oportet, non scorta  
 torem, adulterum, libidinosum, & lasciuum dictis aut fa  
 ctis: sed pudicum, castum, probum & honestum, maritum,  
 aut alioqui castum, qui integra fama utatur. 3. Vigilan  
 tem, diligentem & assiduum in omnibus negotijs, præser  
 tim in suo munere. 4. Sobrium, qui suas cupiditates co  
 ercere possit, humilis, prudens, & modestus sit. 5. Com  
 positum, grauem, qui in moribus & uestitu decorum ser  
 uet, nulla leuitate & immodestia utatur. 6. Hospita  
 lem, comem, benignum, misericordem, liberalem pro suis  
 facultatibus in peregrinos seu hospites, in uiros honestos,  
 in pauperes. Quemadmodum Philippum Act. 21. & Phi  
 lemonem hospitales fuisse legimus. 7. Aptum ad docen  
 dum: ad Titum ait, Qui possit adhortari per doctrinam sa  
 nam, & contradicentes conuincere. Hoc uero primum &  
 præcipuum est inter omnia quæ in quouis ministro eccle  
 siæ requiruntur. Etenim si doctor ipse nihil unquam didicit,  
 & ignorat discrimen inter doctrinam, adhortationem, in  
 crepationem, consolationem, quomodo alios docere aut  
 adhortari poterit? Atque hoc loco Anabaptistici doctores  
 hoc uitium & suam ignorantiam non possunt excusare.  
 Manifestum enim est, eos imperitos esse, neque quicquam  
 unquam didicisse. Quidam eorum certos locos scripturas  
 rum didicerunt, quos recitant, & his recitatis, si quis plu  
 ra ab eis requirat, inanes & uacuos reperiet. 8. Mi  
 nistrum ecclesiæ non uinosum esse oportet, qui uino de  
 ditus sit, qui tantum ebrietati & crapulæ studeat, inc=

ADVERSVS ANABAPT.

brietur, & in hoc uitæ instituto pergat. Alioqui uinum per se & simpliciter non damnatur, ut alibi ostendimus. 9. Non precussorem. Non tantum non sit percussor, & Martius homo, pronus ad arma capiendâ, & qui perpetuò contendat, rixetur & pugnet, uerumetiam non utatur amarulentis uerbis, hominibus absque causa male loquatur, & os petulans habeat. 10. Non turpis lucri cupidum. Non omne lucrum, sed turpe & iniustum damnatur: præcipue tamen requiritur, ne se donis patiatuŕ corruppi, ne fœnus illicitum exerceat, ne alio turpi genere lucri utatur, quo opes quidem augentur, interim dedecus & ignominia comparatur. Itaque mediocritate contentus sit, & honeste rem familiarem administret. 11. Moderatum, benignum, qui ea quæcunque potest absque damno fidei, mitiget & emendet, omnia in meliorem partem interpretetur. 12. Non litigiosum, qui absque causa rixetur, qui semper uincere uelit & nemini cedat, qui iracundus sit, uociferetur quasi insaniat. Ad Titum Paulus ait, Non præfractum, sibi pertinaciter placentem, contumacem, iracundum. Ac ualde optandum esset, omnes utrinq; omnium ecclesiarum ministros, minus hoc uitio laborare, & tractabiliores esse quàm sint. 13. Alienum ab auaritia, non cupidum alienarum opum, qui eas sibi acquirat, nec interim satiari potest, sed semper cupit plus habere, siue id honeste cum deo fiat, siue non. Auaritia uero omnium malorum radix est in omnibus hominibus, 1. Timoth. 6. præcipue tamen in magistratibus & ecclesiarum ministris. 14. Qui suæ domui bene præsit, qui honeste & laudabiliter familiam curet, non homo nihili, oberatus ac prodigus sit, qui plus inutiliter consumat quàm soluendo sit, & ita res alienum faciat, ac bonos offendat. Et certe qui rem familiarem curare

curare nesciunt, in docendo quoq; ignorant quid maxime urgendum sit aut non urgendum. Quod si obæratu fuerint, uenales facile fiunt, & omnem apud plebem auctoritatem amittunt. Inter ciues & rusticos homines obæratu ad seditio- nes & quæuis mala proni sunt, neque constantes & fortes sunt. 15. Qui liberos contineat in subiectione cum omni honestate. Ad Titum: Qui liberos habeat fideles, non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint contumaces. Quid enim tales liberi efficiant, in exemplo Heli apparet 2. Sam. 2. & 3. Quædoq; tamen honesti & probi parentes liberos habent prauos & luxui deditos, sed absq; ipsorum culpa, ut Aaron, Samuel & alij. Addit hoc loco apostolus: Nam si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit? Qui enim id quod minus est præstare non potest, quomodo maiora ab ipso sperari possent? 16. Nō nouitium, qui nullum rerum usum habeat, adhuc rudis sit, & tum primum ad fidei agnitionem peruenerit. Tales enim superbi sunt, & quo indoctiores sunt, eo etiã sunt audaciores, sibi ipsis multum placent, & ea faciunt, ob quæ merito reprehenduntur. Ideoq; addit, Ne inflatus in criminationem incidat diaboli. Tales nouitij sunt, qui uix dum legere possunt, & id paucis ante diebus didicerunt, & tamen nihilominus docendi munus subeunt. 17. Oportet autem eum etiam bonũ habere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat & laqueum diaboli. Extranei sunt infideles, à quibus non requirit (neq; enim darent) testimonium doctrinæ & fidei: sed ut infideles quantocunq; odio ministros prosequantur, non tamen dicere possint, ipsos fures, nebulones et turpes atq; flagitiosos homines esse: sed fidei nulla ratione (ut aiunt) habita, ipsos homines non malos esse.

Hanc descriptionem & regulam officij ministrorum ecclesie, que tradit quales eos esse oporteat qui ad hoc munus

Adhortatio ad ministros Euan- gelicæ ecclesie.



ADVERSUS ANABAPT.

deliguntur, duas ob causas adduxi, & breuiter interpretatus sum. Primum propter ecclesiarum ministros: deinde propter Anabaptistas & eorum doctores. Adhortor autem omnes ecclesiarum ministros, qui quidem adhortatione opus habent, ut seipfos in hac Pauli doctrina, tanquam in speculo aliquo, contemplantur, & diligenter considerent quibus desituantur dotibus, ex his quæ commemoratæ sunt: quod cum cognouerint, ardentibus precibus ad deum cofugiant, ab eo gratiam & uires postulent, ac omni diligentia studeant, pro uiribus uitam suam huic regule accommodare. Nam reuera complura in multis ecclesiarum ministris desiderantur, qui sic se in suo munere dictis & factis gerunt, ut deus non absque grauibus causis ipsis Anabaptistas & alios hereticos immittat, qui ipsorum negligentiam in docendo, & intemperantem uitam coram plebe accusant, & ipsos aliqua ignominia afficiunt. Non autem eos inuabit quod bacchantur & seroces sunt, et aduersarijs minantur, quos potius pugnis quam sana doctrina redarguere conantur. Qua quidem ratione potius scandala excitant, quam ut aliquid boni efficiant, et qui erroribus implicati sunt, potius confirmantur, quam ut indeliberentur. Partim enim simplices sunt, seducti ab astutis & loquacibus Anabaptistis, & magis zelo quodam quam malitia errant. De talibus uero ministri, qui in suo munere negligentiores sunt, quam honestum & utile sit, cogitent, erabundos hos homines nihil solidi ex ipsorum doctrina potuisse percipere, & offensos intemperantia uitæ fastidium ipsorum animo concepisse: his autem omnibus non alia ratione se mederi posse (si modo aduersarij simplices non hypocrite sunt) quam si seipfos mutant & emendent, nempe ut diligentius doceant & honestius uiuant, deinde ut humaniter firmis rationibus & diligenter, eos qui aberrarunt, in uiam reuocent. Partim uero hi qui ministris aduersantur, astuti hypocrite

hypocritæ sunt, inuidi, factiosi, loquaces, pertinaces, contentiosi, qui negligentiam in docendo & uitia uitæ diligenter & artificiose depingunt, & diuulgant, & ministris odium ubiq; conciliant. Contra hos tacendo aut debacchando nihil efficitur, sed graui & solida defensione, quemadmodum Paulus docet his uerbis: Sunt enim multi contumaces, & uas niloqui, & mentium seductores: quibus oportet os obturare: qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, &c. Quare graues estote, ne ecclesiam, cuius ministri estis, ignominia afficiatis, & uosipsi cogamini has contumelias hereticorum & reprehensiones, propter uestram negligentiam tolerare. In summa, diligentia, fide, doctrina, grauitate, fortitudine, & honestate omnibus hereticis uehementissime resistitur & obuiam itur. Oportet autem ministrum promptum & laboriosum esse, & erga simplices simplicem & benignum se exhibere, eos instituere, & cum illis differere. Contra pertinaces & contentiosos fortem esse oportet, & illis strenue sana doctrina resistere: quod si apud illos hac ratione nihil proficitur, tamen omnibus uiris bonis eorum temeraria pertinacia breui displicebit. Præterea magistratus scire poterit, quid cum huiusmodi incurabilibus hominibus agendum sit, qui totos se huc conferunt, ut alios seducant, & ui quadam simplices homines seducant.

Vos autem, Anabaptistæ, & præsertim eos qui precipui & doctores aliorum sunt, hortor, ut in hoc speculo uos ipsos diligenter consideretis, & ingentia uestra uitia obseruetis. Agnoscite saltem manifestam uestram imperitiam, quod penitus adeo ad hoc munus inepti estis: ne ita festinetis ad docendos alios, cum uos ipsi parum, aut nihil didiceritis. An existimatis fore ut uos effugiatis iudicium dei? Multi adhuc supersunt pij atq; docti ecclesiarum ministri, qui uos uere et rectè ducunt in uia iustitiæ & ueræ salutis: quamobrè à dis-

Adhortatio ad Anabaptistas.

## ADVERSUS ANABAPT.

*fidij cessate, & uos ueræ ecclesiæ ministris coniungite, & illis obtemperate. Et cum aliqua uitia aut neuos in illis cernitis, cogitate nobis, quandiu in his terris sumus, homines (qui certe omnes aliqua uitia habent) ministrare in ecclesia: quandoquidem nõ angelos, sed homines deus nobis ecclesiarum ministros dedit. Quæ bona sunt ab ipsis discite & facite: mala quæ in ipsis cernitis, non discite neq; facite: quæ admodum deinceps 7. cap. plenius explicabitur.*

Breuis responsio ad quædam capita quæ Anabaptistæ ecclesiarum ministris obiiciunt, ut causam reddant, quare non intersint ipsorum concionibus. Cap. 6.

**A**n tequam sextum Anabaptistarum dogma aggrediar, breuiter respondebo ad quædam capita, quæ potissimum ecclesiarum ministris obiiciuntur ab Anabaptistis, in illo libello in quo causas exponunt propter quas ecclesias seu cœtus nostros non accedant. Mira uero ipsorum est & ingens loquacitas in eo scripto, & tamē molesta illa nugacitate qua subinde eadem rem repetunt, nihil aliud dicunt, quam quod nos paucis uerbis, attamen fideliter & summatim, proponemus. Ministros ecclesiarum aiunt defecisse ab ea doctrina quam initio tradiderunt de Christiana charitate, itaque non decere ut eorum conciones audiant qui à Christiana doctrina defecerunt, præsertim cum ipsis ad omnia sit tacendum. Verum illi nos à ueritate defecisse, absq; ulla ueritate accusant. Nam à Christiana doctrina & libertate quam docuimus, nunquam unguem latū discessimus, ac multo minus defecimus: uideant modo ipsi an Christianam libertatē, de qua superius scripsimus, intelligant: nam in hac re, ut etiā in cæteris partibus Christianæ doctrinæ, multum illis deest: quoniam huc spectant ipsorum uerba, ut libertatē Christianam æstimant

Ministros ecclesiarum à priori sana doctrina defecisse

Lib. 2. c. 2.



estiment positam, ut non subiecti sint bonis legibus, sed ut liberi possint credere et facere quicquid libuerit: quod si uos magistratui & bonis legibus obtemperare oportet, id quod ministri ex uerbo dei urgent, conquerimini uos Christiana libertate spoliari, & Mosaico iugo & coactione onerari. Sed ipsorum rationes audiamus, quibus probare uolunt nos à ueritate defecisse, neq; Christianos & fideles esse. Initio inquit nos prædicasse contra coactionem ad fidem, Pontificem, Cæsarem & magistratus non posse ad fidem cogere: nunc uero nos magistratus incitare, ut ad fidem & coetus ecclesiasticos cogant legibus & iure gladij, & inobedientes occidant, qua ratione nos innocentis sanguinis participes fieri, & eodem peccato magistratū obstringere. Cum talibus autem concionatoribus, quis (aiunt) libenter cōmunionem habeat? Ad hæc respondemus: Fidei nomen quandoq; falsam se dē significare, de ea ab initio docuimus, id quod nunc quoq; docemus: principes & magistratus, tã ciuiles quàm ecclesiasticos, non habere potestatem quenquam cogendi ad falsam fidem. Si autem hoc facere conantur, tum deo potius quàm ipsis obediendū est. Non tamen sequitur uiros honestos, præceptores, parentes, magistratus, non habere potestatem, ut improbitos clementer, aut etiam durius, ac uirga quoq; & pœnis instituant & emendent, & à rebus prauis & malis ad bonas et honestas cogant: imò ut Anabaptistas ex angulis in publicas ecclesias, & à falsa doctrina ad puram & sanam cogant. Nam deus ipse hoc præcepit 4. mandato Exod. 20. Itaque cum magistratus monemus, ut munus sibi à deo commissum, strenue exequantur, tum scilicet peccamus, & tam male & turpiter agimus, ut ideo sancti Anabaptistæ non debeant accedere nostras ecclesias: nam liberi esse uolunt: sed tu uideto quã libertatem desideret. Quis quæso in hac causa ipsos sana ratione præditos iudicare poterit? Magistratū ne-

In negotijs  
fidei nulla  
coactione  
intendum est  
se.

## ADVERSVS ANABAPT.

vinem interficere iubemus, nisi quos antea deus ipse interficere iussit, ac dixit sanguinem ipsorum fore super caput ipsorum. Itaque uerbo dei credimus, neque arbitramur nos ipsos aut magistratus contaminari innocenti sanguine, cum illi ea faciunt quae deus iussit. Sed hac de re plura deinceps 20. dogmate scribemus.

Malo non resistere.

Deinde defectionem nostram ex eo probant, quod initio docuerimus non esse resistendum malo, neque nos, aut fidem nostram tuendam esse gladio carnali, sed tantummodo gladio spiritus, uerbo dei: imò Christianos non debere inter ipsos habere gladium Mosaicum. Zuinglium namque 36. articulo suarum propositionum scripsisse: Quandiu ferrea arma flagitas, apparet te non Christi aut Petri, sed Satanae sectatorem esse, &c. Et Lutherum in Psalmos scribere: Non uera sed falsa ecclesia brachio seculari defenditur. Nunc autem nos docere magistratus nostros, quod gladio uti possint, ad se ipsos et fidem suam defendendam. Ad haec respondemus: Ea omnia quae ab initio docuimus, etiam nunc docemus, neque desecimus, quemadmodum Anabaptistae falso de nobis spargunt. Docemus enim, à Christiano homine pro malo bonum reddendum esse, neque resistendum esse malo. Ita namque Christus docuit Matth. 5. & Paulus ad Rom. 12. Verum hic merito inter illos distinguimus qui in nullo munere uersantur, & inter eos qui à deo in aliquo munere seu officio constituti sunt. Qui enim mandatum à deo non habent, non debent propria auctoritate sumere gladium, non magis quam Petrus, quem dominus gladium recondere, & passioni locum dare iussit. Magistratus uero cum sint à deo constituti, qui illis gladium dedit, & mandauit ut uiduas, pupillos, afflictos & oppressos, qui iniuriam patiuntur, tueantur: non peccant utique cum malo resistunt, sed potius cum non resistunt, neque tuentur oppressos qui iniuriam patiuntur. Atque hoc modo scri-  
ptura

ptura, quæ uno loco iubet non resistere malo, altero iubet resistere, non secum pugnat, quod ueteres hæretici, Porphyrius & illi similes calumniatores scripturarum, falsò sacris literis impingere conati sunt. Etenim distinguendum est, quid, quo tempore, quas ob causas præcipiatur. Zuinglius uero de eo loquitur, Pontificem et falsò nominatos spirituales, nõ debere uti gladio, sed tantum magistratum. Itaq; cum Põtifex ferrea arma sumit, ad Euangelium scilicet opprimendum, de Ioan. 8. clarat hoc factò cuius imitator sit. Facile etiam intelligi potest, de qua ecclesia & defensione Lutherus loquatur, quando brachium seculare nominat. Pontificia enim ecclesia hoc brachio præter & contra uerbum, non inquam altero gladio spirituali uerbi dei, defensa est: sed uera ecclesia non defenditur hac ratione absq; uerbo & contra uerbũ dei. Quæ enim alioqui Zuinglius & Lutherus docuerunt, de potestate & defensione magistratuum, item de sensu uerborum domini Matth. 5. Nolite resistere malo, omnibus manifesta & nota sunt, ut nulla commemoracione opus sit. Ostendunt autem horum allegacione Anabaptistæ, quàm ipsos non pudeat uel suam ignorantiam prodere, uel suam malitiam audacter propagare.

Tertia ratio, qua & nostram defeccionem, & nos spirituales dei, fide & charitate carere probant, hæc adducitur. Concionatores nostros Anabaptistas absq; discrimine inter hereticos numerare & traducere, cum quibus tamen nullam communionem habeant: atq; hoc (aiunt) contra ueritatem faciunt, ideoq; spiritum ueritatis non habent, & propterea etiam neq; fidem neq; charitatem. Quis ergo ipsorũ ecclesias spirituales ecclesias iudicare potest, & absq; peccato illorũ concionibus interesse? Vetus hic uester error est, Anabaptistæ, uobis communis cū Donatistis, quod propter ministrorum uitia totam ecclesiam, & præterea uerbum &

Concionatores falsa de Anabaptistis dicere.



ADVERSVS ANABAPT.

Sacramentorum administrationem reijcitis. Qua de re deus  
 ceptus agam. Vetus etiam hic uester error est, quod facile gla-  
 dium, quem uos ipsi fabricati estis, aduersus proximum di-  
 stringitis, & illo non uerbi dei gladio ipsum percutitis, hoc  
 est, pro infideli & Gentili infamatis & damnatis. Ne quaso  
 ante tempus iudicatis, neque nos penitus spiritu dei, fide, &  
 charitate spoliatis. Fundamētum cui nitimini, & ex quo haec  
 in nos conuicta profertis, infirmum & uitiosum est. Dicitis  
 enim, ubi ueritas non sit, illic quoque non esse spiritum uerita-  
 tis, & propterea neque fidem neque charitatem. Veritatem au-  
 tem non esse in nobis ex eo probatis, quod absque discrimine  
 uos pro hereticis traducamus. Nolo nunc disputare, an  
 propterea non sit spiritus dei in homine, quia scriptum est,  
 Deus uerax, omnis autē homo mendax: sed dico, hoc libro no-  
 stram innocentiam euidenter declarari. An non enim discrimen  
 inter Anabaptistas posuimus, & mentionem Generali-  
 um, & peculiarium Anabaptistarum fecimus? nonne dixi-  
 mus quosdam tales, alios uero his diuersas opiniones tueri,  
 & ab illis alios reijci & excommunicari? &c. Interea hoc  
 quoque perspicue apparet, Anabaptistas illos, quorum uos  
 Lib. 2. c. 8. pudet, initio uobis non dissimiles fuisse: quemadmodum supe-  
 rius ostendimus. Quis autem nos certos faciet, uos occasio-  
 ne data, non etiam ipsorum similes fore? Quare cum mone-  
 mus et dicimus haec sub Anabaptismo latere, quid quaso fal-  
 si dicimus? Equidem alioqui in multis turpibus erroribus  
 uersamini, etiamsi non estis e numero crassissimorum &  
 abominabilium Anabaptistarum: itaque nulla uobis fit iniuria,  
 neque quicquam in charitatem peccatur, quum grauius a nobis  
 arguimini, si forte adhuc uos lucrari possemus.

His itaque expositis hoc capite speramus satisfactum  
 esse obiectionibus illis Anabaptistarum, quibus probare uol-  
 unt, se iustas causas habere suae separationis, propter quas  
 concio-

concioniones ministrorum ecclesie nolunt audire. Re ipsa tamen & uere apparuit rationes ipsorum infirmas esse: itaque ipsos merito debere reiectis huiusmodi frigidis excusationibus legitimam obedientiam prestare.

An concionatores, ideo quod non omnia faciunt quae alios docent, sint falsi doctores? Item uirtutem uerbi & sacramentorum non à ministris, sed à deo pendere. Cap. 7.

**D**amnans denuo Anabaptista ecclesiam Euangelicam. Ministros eius ministros, propterea quod illi non omnia faciunt quae alios docent. Nam quia operibus subsequentibus suam doctrinam non probent, & ueram esse ostendant, ideo ipsos non esse ueros doctores, neque doctrinam eorum synceram esse, & propterea non audiendos esse, neque ecclesias, quibus illi seruiunt, inter ueras ecclesias numerari debere. Et ad hoc confirmandum uerba 50. Psalmi adducunt: Impio autem dixit deus: Quid tibi ut enarres statuta mea, & assumas pactum meum in os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti uerba mea post te. Et Pauli etiam uerba adducunt, qui ait: Confidisque te eruditorum esse simplicium, ut qui habeas auctoritatem & opinionem scientiae et ueritatis. Qui igitur doces alium, te ipsum non doces? qui praedicas non furandum, furaris? &c. Item domini uerba quibus falsos prophetas cauere iubet, et ait: A fructibus eorum agnoscetis eos. Numquid colunt à spinis uuas, aut à tribulis ficus? Ita omnis arbor bona, bonos fructus fert: putris autem arbor, malos fructus fert.

Ad Asaphi uerba è Psalmis adducta, quidam ita respondent, ut dicant, Spiritum sanctum aperte loqui de impijs: de illis, inquam, qui deum & uerbum eius oderunt atque abijciunt. Distinguendum autem esse inter impios & peccatores, qui potius ex infirmitate quam temeritate aliqua peccant. Verum ut hanc responsionem omittamus, apertum est eos praeci-

non facere  
quae alios  
docent.

Rom. 2.

Matth. 7.

Hypocritas non possunt effugere iudicium dei.

ADVERSUS ANABAPT.

que à propheta reprehendi, qui cū reuera non cū deo conueniam, externo tamen in cultu sic se gerunt, & ita de deo loquuntur, ut uideantur p̄bi & iusti esse, & qui effugerint cōdemnationē dei: hos propheta falsos esse arguit, & non effugisse dei condemnationem. Nam addit: Hæc fecisti, & tacuisti: existimasti quod futurus sum sicut tu: sed arguam te, & staret tuam me contra faciem tuam. Similiter Iudei non agnoscebant solide, sese tam peccatores & uitiosos esse, quàm reuera erant: gloriabantur multum de cognitione legis, sese doctores esse iustitiæ. Hos Paulus testatur peccatores esse, neque eos id tueri quod sint doctores iustitiæ. Eodē modo nos quoque libenter cōcedimus, ministros Euangelicæ ecclesiæ, cum non faciunt ea quæ alios docent, esse peccatores, imò grauius in deum peccare, neque id eos tueri quod bene & recte doceant, uerū nihilominus puniendos esse à deo, et eo grauius, quo melius norunt quod iustū est, & tamē cōtrarium faciūt. Non tamen hinc conficitur, eos qui peccatores sunt, & ipsi non omnia faciunt quæ docent alios, non esse ueros doctores, neque posse uera dicere, aut ipsorum doctrinam non esse uerā. Doctrina enim non ex ministri uita, sed ex uerbo dei diiudicāda est, an uera sit aut falsa. Multi sancte uiuūt, & iusti sunt corā hominib. qui seipsos scilicet aliquādiu cōtinere possunt, ut non facile quicquam mali de illis possit dici, nihilominus tamen ipsorū doctrina falsa est, & uerbo dei repugnat. Sunt etiam ministri qui turpiter uiuunt, pure tamen ex uerbo dei docent: hi posteriores & uitiosi, prioribus illis sanctis meliores ministri sunt.

Quomodo  
doctrina di  
iudicāda sit

Quomodo  
falli prophe  
tæ iustar ar  
boris ex fru  
ctibus suis  
agnoscenti  
sunt.

Equidem in Euangelio iubet dominus falsos prophetas ex fructibus agnoscere, quemadmodū bona arbor ex bonis fructibus agnoscitur, et putris arbor ex malis fructibus. Hinc autē Anabapt. colligunt, cū concionatorū fructus mali sint, necessario sequi, ipsos esse falsos prophetas, qui cauendū sint. Veris fructus boni, quorū scriptura meminit, non sunt eiusdem generis



neris. Est enim quidā cōmunis fructus bonorū operū, quē omnes fideles ferre oportet, ut ex eo cognoscantur an sint boni uel mali: et bonæ arbores sunt, qui bona opera faciunt: pueri arbores, qui mala opera faciunt. Et de his non præcipue loquitur dominus in sententia ante citata. Sunt deinde præter hos, communes etiam quidam peculiare fructus à reliquis discreti. Omnes enim frugiferae arbores fructum quidē edunt, sed non omnes eiusdē generis, uerū diuersos, p arborum natura, sic ut malus arbor ē malis, et pyrus ē pyris agnoscatur: neq; enim malus fert pyra, neq; pyrus mala: quæ admodū et dominus inquit, Nūquid colligunt à spinis uinas, et à tribulis ficus? Cum autē hoc loco de prophetis dominus loquatur, non quiuis, sed pphetici fructus intelligendi sunt. Propheta enim homo quidē est, quem ideo cū cæteris hominibus fructum bonorū operū afferre oportet, sed præterea quoq; ppheta seu doctor constitutus est. Qui autē sunt illi fructus, ex quibus agnoscendum est, bonāne an mala arbor sit? Doctrina est peculiaris iste fructus. Fructus autē, hoc est doctrina, aut bona, aut mala est. Bona est, quæ ex uerbo dei desumitur, et consentit apostolicæ doctrinæ: quæ autē diuersa est, hæc mala est. Iatq; prophetæ ex doctrina iudicandi sunt, an boni uel mali sint. Dicimus autē, ministrū posse æque atq; cæteros homines uitiosum esse, neq; omnes fructus bonorum operum habere: uerū nō ex eo de officio eius iudicandum est, ut dicamus ipsum malā arborem esse: sed ex prophetiæ fructibus iudicandum est, ita ut bonam arborem pronunciamus, si doctrina ipsius pura et bona est. Atq; hoc modo destruitur Anabaptisticum ædificium, quod illi cōtra nostrā ministeria et ecclesias erexerunt, quo nituntur plurimū, et subinde obijciunt. Nam si propter sanā doctrinam concionatores bonæ arbores sunt, doctrina uera est et audienda, et ecclesia quoque uera erit: neq; hæc tolluntur uitij ministri.

ADVERSVS ANABAPT.

quippe quæ non oriuntur ex officio ipsius, sed ex communi hominum infirmitate.

Anabapti-  
stas p̄dere  
à proprijs  
suis operib.

Atq; hic denuo repetendum est, quod supra quoq; diximus, latere in Anabaptistis malū errorem, quē pauci animaduertunt, imō pleriq; propter hunc ipsum errorem eos magni aestimant. Nam omnis ipsorum doctrina pendet à proprijs operibus, & illis quasi meritis nititur. Est autem pestilens error, cū homines in suis rebus, & præsertim in ecclesiæ & salutis negotio, hominibus fidunt, et uerbi & sacramentorum ministerium, potissimum supra homines fundant: cum scilicet iudicant, eam tantum doctrinam puram & bonam esse, quæ à sancto ministro prædicatur, & sacramenta non esse efficacia, quæ à malis ministris administrantur. Hac enim ratione non tantū salutis nostræ negotiū in carne seu hominibus repositum esset, uerum etiā perpetuò essemus incerti, an recte baptizati essemus, necne: an cœnam domini recte suscepissimus, necne. Nam etiamsi nihil in ministro reprehēdi potest, etiamsi sancte uiuat, tamen potest interim esse hypocrita. Quod si res ipsa à ministri probitate penderet, ipse autē hypocrita esset, tum & ego fallerer, & doctrina eius non esset uera, neq; ego ipse rite essem baptizatus, aut cœnam domini recte sumpsissem: minister enim à quo hæc accepi, non sanctus fuit, quemadmodum ipsum iuxta uestram doctrinam esse oportebat. Quid autem aliud hinc sequeretur, quàm nos propter aliorum improbitatem, uerbi & sacramentorū ministerio priuatos esse? Hæc autem omnia Anabaptistæ nō curant, & multa subinde dicunt de bonis fructibus, & hac ratione optimis fructibus salutis ecclesiam Christi spoliant: hoc factō satis declarant, quàm sint egregij & periti doctores ecclesiarum.

Totum negotium ministerij uerbi, sacramentorū à deo eiusq; potentia, non autē ab hominibus dependet.

Contra hunc pestilentem errorem multa passim D. Augustinus in suis libris contra Donatistas scripsit: præcipue tamen

tamen (ut aliquot loca designem, si forte alicui quærere libe-  
 rit) contra Donatistas libro 3. capite 10. & contra Cresconi-  
 um grammaticum, libro 3. capite 5. & iterum libro 2. capi-  
 te 21. Firmiter autem probat multis testimonijs scripturarum,  
 malum ministrum posse pure & sane docere, atq; sacramen-  
 ta recte & cum fructu fidelibus administrare. Porro hoc lo-  
 co rursus apparet, Anabaptistas ueterum hæreticorum erro-  
 res denuo, magno ecclesiæ malo, in lucem reuocare. Verum  
 tamen, uera huius negotij summa est, & solida doctrina. In  
 prædicatione uerbi dei, & sacramentorum administratione,  
 qui audiunt & communicant, deum ipsum & eius uerbum,  
 promissionem, ueritatem, & institutionem spectare debent,  
 quippe qui in electis suis interius gratia sua efficaciter ope-  
 ratur, qualescunq; ministri, boni aut mali, foris doceant, et sa-  
 cramenta administrent. Ita enim apostolus inquit: Quis igitur 1. Cor. 3.  
 est Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos cre-  
 didistis, & id ut cuiq; dominus dedit? Ego plantaui, Apollos  
 rigauit: sed deus dedit incrementum. Itaq; neq; is qui plântat  
 est aliquid, neq; is qui rigat: sed deus qui dat incrementum.  
 Eadem autem sacramentorum & uerbi ratio est. Minister  
 enim exterius aqua baptizat, & panem & uinum in Eucha-  
 ristia porrigit, sacramenta ueri corporis & sanguinis Chri-  
 sti pro nobis in mortem traditi: interius autem ubi gratia,  
 uirtus & uita est, Christus electos suos lauat, pascit, & po-  
 tat: qui in suis promissionibus & institutionibus uerax et fi-  
 delis est, ita ut illi nihil addat aut adimat ministri bonitas uel  
 malitia, neq; fideles patitur detrimentum aliquod pati pro-  
 pter ministri infidelitatem & malitiam, quemadmodum ex Rom. 3.  
 presse scribitur: Quid tum enim, si quidam fuerunt increduli:  
 num incredulitas eorum fidem dei faciet irritam? Absit:  
 imò sit deus uerax, omnis autem homo mendax, &c.

Quamobrem ex his postremo conficitur, fructum, uim,



ADVERSVS ANABAPT.

Et efficaciam uerbi ac sacramentorum, non esse positam in merito aut sanctitate ministrorum, qualescunque illi fuerint, sed in ipso deo, eius spiritu, & gratuita ac efficaci operatione. Eius enim solius est omnis honor, uirtus, potestas, gratia & salus: externum autem ministerium tantummodo ministro proprium est. Vnde etiam ministri nominantur œconomi dei, & dispensatores mysteriorum dei. Cum autem deus benignus sit & uerax, qui non minus per malum ministrum, quàm per bonum, suam gratiam & dona potest & uult conferre, quid hoc tua refert, si minister malus sit: in hac dispensatione & ministerio malitia eius tibi nihil oberit. Nominantur etiam ministri nuntij: nōne uero deus donum quod tibi dare uult, tam bene per malum & ægrum, quàm per bonum & sanum nuntium mittere potest? An uero qualitas nuntij donum auget aut minuit? Verum quidem est, nos donum iucundius à sano quàm à ægro nuntio suscipere: nihilominus tamen donum ipsum non mutatur. Ita quoque, etsi nos plus delectamur donis dei, cum à bonis & sanis, non malis & ægris nobis administrantur, tamen dona ipsa ministrorum respectu non mutantur. Vt si sunt ueteres in hac causa cere similitudine, cui non minus à plumbeo quàm à aureo annulo signum imprimitur: & aquæ, quæ eadem est, siue per ligneam, siue per æream aut argenteam fistulam fluat. Et aqua quidem quandoque à uasis uitiatatur, dona autem dei nostris uitijs non corrumpuntur & foetida fiunt.

Doctorem qui recte docet, etiam si uitæ et moribus eius aliquid desit, nihilominus uerum & bonum doctorem esse. Cap. 8.

Veruntamen nō tantū similitudinib. sed rationib. & testimonijs uerbi dei demonstrabo, ministrū qui nō oīa facit quæ docet alios, si docet ueritatem diuini uerbi, uerū doctorem

ctorem esse, & doctrinam eius ueram & diuinam, quæ  
 audienda sit, neque dissidium ab ipso & ecclesia eius fa-  
 ciendum. Christus inquit: In cathedra Moſis ſedent ſcri- Matth. 23.  
 be & Pharifæi: omnia ergo quæ dixerint uobis ut ſerue-  
 tis, ſeruate & facite: ſecundum uero opera eorum ne  
 faciatis: dicunt enim, & non faciunt. Quibus uerbis  
 Chriſtus expreſſe eos audire iubet, qui uerbum dei prædi-  
 cant. Nam in cathedra Moſis ſedere, eſt doctrinam à deo In cathedra  
 per Moſem traditam docere. Expreſſe etiam & euidenter Moſis ſedo  
 docet, eos nõ facere quæ docent, & tamẽ eos nihilominus au- re.  
 dire iubet, ideo uidelicet, quod uerbum dei prædicabant.  
 Non autem Chriſtus quicquam iniuſti præcepit. Neque iu-  
 uat Anabaptiſtas, quod ſe in his Chriſti uerbis miſere tor-  
 quent, & rimam aliquam quæerunt qua effugere poſſint.  
 Nam omnino illis conſitendum eſt, dominum aperte præ-  
 cipere, ut eos audiamus qui uerbum dei prædicant, etiam-  
 ſi ipſi id non faciunt. Neque etiam ipſos ſigmentum hoc iu-  
 uabit ſi duas cathedras fabricentur, unam coactionis, quæ  
 ſit Moſis, alteram gratiæ Chriſti: & duplices diſcipu-  
 los, alios qui ſpiritum Chriſti habeant, & alios qui eum non  
 habeant: nam ante Chriſti ætatem, & poſt quoque ſemper  
 hoc uerum fuit, miniſtros qui uerbum dei afferunt, audien-  
 dos eſſe, etiamſi uitæ eorum aliquid deſit: præterea Mo-  
 ſis & Chriſti doctrina, eadem eſt quo ad ſubſtantiam, ac  
 Moſes de Chriſto ſcripſit. Quin etiam fideles præditi ſpi-  
 ritu Chriſti, ueluti prophætæ, ſederunt ſuper cathedram  
 Moſis, & non tantum Pharifæi. Contumelioſe uero Anaba-  
 ptiſtæ de Moſe & ſanctis patribus loquuntur: nemini e-  
 nim parcunt, dummodo id teneant quod pertinaciter pro-  
 poſuerunt.

Chriſtus dominus Iudam Iſcariotem Satanam nominat, Indas Satã  
 Ioannis 6. capite. Et tamen certũ eſt, eum etiam, tũ cum ſic à erat, & ni-  
hilominus  
apofſtolus.

ADVERSVS ANABAPT.

Christo nominaretur, apostolum fuisse, ac predicasse & baptizasse, non aut utiq; illos decepit & eis imposuit quos baptizauit & docuit. Itaq; quoad ipsius ministeriū, fuit Iudas uerus doctor & ecclesie minister: interim tamen quoad scelerata & flagitia sua, Satan erat. Scio Anabaptistas cauillatos nos hoc loco, & exclamaturos, Et factū bene, en ministri Euāgelicæ ecclesie, Pharisæos & Iudā Iscariotem sibi duces exempli loco proponunt, quos sequantur. Verum nos, Anabaptista, neq; Pharisæos, neq; Iudā duces & exēpla habemus, sed Christū & apostolos. Iudæ mentionē facimus in eo quod docuit & baptizauit, atq; in eo non minus recte fecit, quam uel Petrus aut Andreas. Itaq; si quis hac in re Iudam imitatur, eum in bono imitatur. Atq; hoc ipsum querimus, ut scilicet ministri ecclesiarum doceant, doceant inquam uerbum dei, & sacramenta recte administrēt. Quod aut Iudas diabolus & fur fuit, hoc non exēpli loco imitandum proponimus, sed refutationis loco, contra falsam uestrā & nullis rationibus confirmatam doctrinam, qua statuitis ministri, qui peccat, neq; omnia faciat quæ docet, uerū aliqua uitia habet, nō posse uerum doctorem esse qui audiendus sit. Quod si Iudas in sua uocatione uerus doctor fuit, qui tamen tam turpiter uitiosus & sceleratus fuit, quare uos concionatores in sua uocatione, tanquam falsos doctores reiicitis, qui aliqua quidem uitia habent, non tamen tam scelerati sunt quam Iudas?

An ministrorum ecclesie uita adeo turpiter uitiosa sit.

Cuperem uero hoc loco ex uobis, Anabaptistæ, audire, quanam insignia illa concionatorum uitia sint, quorum causa subinde uociferamini, nos propter peccata non posse ueros ecclesie ministros esse. Equidem coram deo libenter & humiliter fatemur, nos miseros peccatores esse: quod aut tā horribiliter nos traducitis, id non agnoscimus. Nam etiam si aliqui sunt ex nostris, qui proprijs uitijs laborant, tamē illis poena



pena constituta est, & multi sunt apud nos honesti, probi ac docti ecclesiarum ministri, sic ut uobiscum mutuan permutationem facere nolimus. An uos ipsos tales esse censetis qui omnia faciatis quæ docetis? Quod si uos ipsos non tales esse censetis, & tamen nihilominus uos ueros doctores esse dicitis, tum idem etiam in nobis tolerate. Quod si uos omnia facere iudicatis quæ docetis, & interim uera docetis, tum certe nimium tribuitis uobis ipsis, & indigniores estis qui audiamini, quam si uestra uitia agnosceretis. Nam optime tum in uos quadrat Christi hæc ad Phariseos oratio, Si cæci essetis, nõ haberetis peccatum: nunc autem dicitis uos uidere, ideo peccatum uestrum manet in uobis.

Veruntamen hoc publice testor, non ideo hæc à me scribi quod peccata et offensiones ministrorum tueri uelim. Si mul nanq; urgeo & doceo, ministros ecclesie debere irreprehensibiles seu inculpato esse. Et aio, homines iure indignari illis qui sua uita alios offendunt. In summa, quisquis contra deum & eius uerbum peccat, præsertim tamen ecclesie minister, poenitentiam agat, agnoscat suum peccatum, & de eo doleat, alioqui à deo punietur. Atq; his illud quoq; addo, ministros qui non honeste uiuunt, seueriter monendos & puniendos esse, atq; amouendos ab officio, si non emendantur, sed alios uita sua offendere pergunt: quemadmodum & Paulus presbyteros grauius arguere iubet, 1. Tim. 5. Omnis autem mea disceptatio huc spectat, ut ministerium ecclesie & sana doctrina non damnetur propter aliqua ministrorum uitia: item ut homines sibi non nimium sanctitatis tribuant, & seipsos magni faciant, cum tamen tales non sint. Sed iam in instituta probatione pergam.

In Epistola ad Philippenses apostolus se gaudere testatur, quod aliqui Euangelium prædicarant, quauis id non sincero studio fecissent, neq; propter insigne uitium corum prædicatio-

Peccata cõ  
cionatorum  
nõ sunt des  
sendenda,  
sed puniend  
da.

Paulus gau  
det quod  
dam Euan  
gelium præ  
dicasse,  
quamuis id  
malo ani  
mo fecis  
sent.

## ADVERSVS ANABAPT.

nem et ministeriũ in uniuersum reijcit. Quare longe alio ma-  
nino fuit præditus q̄ nostri Anabaptistæ, qui tristati fuissent  
& uociferati essent, & tales ministros atq; conciones penitus  
reiecessent. His autem uerbis apostolus utitur: Ac non  
nulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli uero  
etiã propensa uoluntate Christum prædicant. Alij quidem  
inquam per contentionem Christum annunciant non pure,  
existimantes sese afflictionem addere uinculis meis: alij rur-  
sus ex charitate, scientes quod ad defensionẽ Euangelij sint  
constitutus. Quid igitur? quouis modo, siue in speciem, siue  
syncere Christus annuntiat, de hoc quoq; gaudeo, atque  
etiam gaudebo, Philip. 1. cap.

**Apostolos  
non omnia  
fecisse quæ  
altos docue-  
runt.**

Præterea aperte & euidenter apparet, ut negari non  
possit, ipsos quoq; sanctos apostolos docuisse ea quæ non fe-  
cerunt & seruauerunt in uniuersum. An non enim prædica-  
runt, deum super omnia, & perfectissime amandum esse  
non esse concupiscendum. Verum cum homines fuerint in-  
firmitati obnoxij, & ad mortem usq; orarint, Remitte nos-  
tris debita nostra: quomodo potuerunt omnia facere quæ do-  
cuerunt? Audite quid singularis ille homo dei Paulus Apo-  
stolus dicat: Noui enim (inquit) quod non habitet in me, hoc  
est in carne mea, bonum: nam uelle adest mihi, sed ut quod  
bonum est perficiam, non assequor. Non enim quod uolo,  
facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc ago. An non au-  
tem uerba hæc perspicua sunt, & sensus eorum apertus?  
Attamen plura Rom. 7. & Gal. 5. legi possunt. Quin etiam  
alii apostoli hanc infirmitatem cõfessi sunt. D. enim Iacobus  
ait: Ne sitis multi magistri, fratres mei, scientes quod gra-  
uius iudicium auferemus. In multis enim labimur omnes.  
Hæc quoq; sententia perspicua est. Atq; utinam Anabaptis-  
tæ, qui ita auide docedi munus appetunt, diligentius quam  
faciunt hæc Apostoli uerba expendere. Ad hæc D. Ioa-  
nes Apo-

**Iacobi 5.**

**1. Ioa. 1.**

nes Apo-

nes Apostolus inquit: Si dixerimus nos peccatum non habere: nos ipsos fallimus, & ueritas in nobis non est. Item: Si dixerimus nos non peccasse, mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis. Hæc autem uerba etiam ipsa perspicua sunt, ex quibus multa contra falsam Anabaptistarum opinionem efficaciter concludi possunt: attamen hæc quoque superius à me citata sunt in capite 1. libri.

Quod si sancti dei ministri id ex dei gratia consequuntur, ut nullis uitij & insignibus peccatis laborent, sed innocentes, & ut Paulus ait, irreprehensibiles sunt, humiles nihilominus sunt, neque dicunt se omnia quæ docent, facere. Nunquã enim non in oculis ferunt Christi sententiã, quam cum ipsos tum omnes homines docuit, dicens, Cum feceritis omnia quæ iniuncta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Quo etiam haud dubie D. Paulus respexit, cum ait: Nullius rei mihi conscius sum: sed non per hoc iustificatus sum. Nam uerum et certum est, sed non per hoc iustificatus sum. Nam uerum et certum est, neminem hominum diuinæ legi plene posse satisfacere: uerum omnes homines coram deo peccatores esse, & destitui gloria dei, quam ipsum in eis habere oportebat. Ideoque Dauid ait: Ne uenias in iudicium cum seruo tuo, domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus uiuens. Et Paulus ait, Conclusit scriptura omnia sub peccatum: non est discrimen: omnes enim peccauerunt, ac destituuntur gloria dei. Iustificantur autem gratis, id est eius gratia, per redemptionem factam per Christum Iesum, &c. Quamobrem ne post hæc ita de uestris operibus gloriemini, Anabaptistæ, uos scilicet omnia facere quæ docetis, si uera docetis, sed potius uos ipsos humiliare, cogitantes hoc quod D. Petrus scripsit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Sanctos humiles esse.

Lucæ 17.

1. Cor. 4.

Psal. 142.

Gal. 3.

Rom. 8.



## ADVERSVS ANABAPT.

Euangelicæ ecclesiæ ministros non falsos ministros esse, ac ueritatem non posse dicere, propterea quod stipendia habeant: cum Christus ipse & apostoli stipendia habuerint: atq; ut ea accipiant ecclesiæ ministri, instituerint & concesserint. *Cap. 9.*

Concionatores mercedem sui officij accipere, & ideo non esse ueros doctores et ministros dei.

**H**actenus commemoratis rebus Anabaptistæ conati sunt ministris euangelicarum ecclesiarum odium conciliare, sed in ea quæ deinceps sequitur stipendiorum questione longe uehementiores sunt, & malitiosius se gerunt. Libere enim dicunt, concionatores qui stipendium accipiant, non esse ueros dei ministros, neq; posse docere ueritatē, sed esse uentris ministros, qui otiose accipiant ingentia stipendia ex illis rebus quæ simulachris immolatae fuerunt, & ex his diuitijs splendide & luxuriose uiuant. Cum tamen Christus dixerit, *Gratis accepistis, gratis date: & prohibuerit duas tunicas, peram & pecuniam habere.* Præterea Paulus (aiunt) manibus suis laborasse, & mandasse reliquis ministris ut idem faciant, quod ex 20. cap. Act. & 2. ad Thes. 3. cap. cognosci possit. Itaq; concludunt ministros (uelut supra diximus) nulla debere stipendia habere sui officij, sed laborare, & gratis ministrare: & quia hoc non faciunt, non posse ipsos ueritatem docere: itaq; instar luporum fugiendos esse, non audiendam eorum doctrinam, neq; ullam cum eis cōmunionem habendam. Hoc autem dogma eò uehementius contra ministros urgent, quod experiuntur se hac ratione multorum fauorem & assensum sibi comparare, qui quamuis non sint Anabaptistæ, ministros tamen odio habent, & illis inuident. Sed nos his omiſsis, ad obiectiones Anabaptistarum breuiter respondebimus.

Anabaptistarum fundamentum sabueritur.

Si omnes, qui in suo munere stipendium aliquod habent, non sunt ueri doctores & ministri dei, neq; ueritatem prædicare

dicare possunt, tum Christus dominus & sancti apostoli non fuerunt ueri doctores, & ueritatem non potuerunt docere: nam ex suo ministerio uictum & sustentationem habuerunt: id quod deinceps scripturis probabo. Absit autem a nobis ut de Christo & apostolis hoc cogitemus, nedum ut dicamus ipsos non docuisse ueritatem, neq; ueros dei ministros fuisse. Quamobrem Anabaptistarum argumentum seu ratio, non esse ueros ministros, neq; ueritatem docere qui stipendia accipiunt, subuersa est & mendacij conuicta.

Ventris ministri illi proprie sunt, qui non uocati, uentris gratia, non ex officio & mandato dei, docent, & non docent quæ deo, sed quæ hominibus accepta sunt, qui ipsos alunt. Ventris ministri sunt, qui unâ cum Balaamo munera & dona accipiunt, & ueritatem uel reticent, & eius loco & quædam inania commenta & fabulas docent, uel etiam contra ueritatem & propriam conscientiam lucri causa pulpulo dei maledicunt, & rebus atq; hominibus improbis consentiunt, illos excusant & defendunt. An autem nos simus tales uentris ministri, iudicandum cõmittimus omnibus prudentibus in ecclesia & honestis & grauibus uiris, quibus res nostræ cognitæ sunt, ac speramus nos ipsorum iudicio et testimonio ab ignominia, qua nos Anabaptistæ iniuste afficiunt, absoluendos esse. Possemus equidem hoc loco Anabaptistas pro dignitate tractare, ac ordine cõmemorare miracula & artificiosa facta Anabaptistarum, qui non neglexerunt suum uentrem, sed pios & simplices homines suis concionibus & laboribus fraudulenter et astute deprædati sunt: uerum quia uideri possem uindictæ cupidus, & res ipsa aliorum qui multis uiris bonis nota est, eam hoc tempore relinquam intactam.

Ecclesiarum ministros otiosos esse dicunt: hoc autem illis cum multis alijs commune est, qui nullum alium laborem

Qui sint  
uentris ministri.

1. Pet. 2.  
Rom. 16.  
Philip. 3.  
Tit. 1.

An concionatores otiosi sint, & ministeriū eorum otiosum sit.

ADVERSUS ANABAPT.

esse censent, quàm cum manibus laboratur, ligone, aut secta  
 ri, aut alia re in manus sumpta. Ita agricolæ opificum labo-  
 res respectu suorum laborum cum ligna cædunt, glebas ras-  
 tris frangūt, frutices excindunt, ac alia huiusmodi faciunt,  
 otium esse reputant: & inter ipsos opifices qui in duriori  
 labore uersantur, alios qui opificiū facilius exercent, otio-  
 sos esse dicunt. Omnes autem operarij, eos qui in admini-  
 stranda republica uersantur: item scribas, & qui in editio-  
 ne librorū & qui in scholis laborant, otiosos esse iudicant.  
 Cum tamen seposito affectu omnibus notum sit, omnia hæc  
 quæ cōmemorauimus cum labore fieri, non otio, & si labor  
 alius alio durior & molestior est. Præterea quoq; notum est  
 quod his quoq; laboribus non possumus carere, & sepe du-  
 riores absq; leuioribus non possunt fieri, & hi qui leuiores  
 uidentur, sepe & grauiores & utiliiores sunt. Multa sunt  
 membra humani corporis, neq; omnia idem officium & pa-  
 rem laborem habent, sed quodlibet peculiarem habet labo-  
 rem, & aliud alio grauiorem. Pedes per lutum ambulanti,  
 ac totum corpus gestant: manus frigora patiuntur, callosæ  
 sunt, & pro toto corpore laborant. At uero oris, aurium  
 & oculorum officium non tam est rude & asperum. Num  
 uero ideo hæc membra otiantur? an autem membra crassio-  
 ra his subtilioribus carere possunt? Minus certe, quàm reli-  
 quis, his carere possumus. Eadē quoq; ratio est reipublicæ  
 & ecclesiæ, ut Paulus 1. Corinth 12. docet. Quamobrem mi-  
 nisterium doctorum ecclesiæ non est otium. Verum quia  
 tam diligenter in suo munere laborare quàm oportebat, sed  
 plus satis otuari: uerum nō ideo ministerium otium dici de-  
 bet, & ministri innocentes, & in suo munere assidui, igna-  
 ui, otiosi, & inutiles culpari debent.



Sed uideamus quid sacrae literae de ministerio pronuntient, & an laborem, uel inertiam & otium appellent. Christus non inertibus & otiosis ecclesiae ministros confert, sed operarijs: inquit enim, Omnis operarius dignus est mercede sua. Paulus uero ministros ecclesiarum confert architectis, dispensatoribus, militibus, agricolis qui agros aut uineas colunt, item pastoribus. Hoc autem non fieret, si ecclesiae ministerium in suo genere non esset aequale labor atque aedificare, pascere, militare. Paulus 1. Timoth. 5. ait: Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime ij qui laborant in sermone & doctrina. En, laborare inquit in sermone et doctrina. Et reuera non leuis labor est, etiam quoad corpus, assidue legere, & literis operam dare, parare se ad conciones, concionari, errantibus & perniciosis hominibus obsistere, fideliter & perspicue docere, administrare sacramenta & preces publicas, pauperum curam habere, iuniores instituere, aegrotos consolari, pro ecclesia omnibus temporibus uigilare & sollicitum esse. Quae haec mediocriter, ne dicam diligenter & studiose facit, hic certe non nihil agit. Qui uero nihilominus dicit, ministros uerbi nihil agere, hic certe doctrinam de deo, de fide, de salute, de benefactis, de precibus, de sacramentis, & omnia ecclesiae negotia pro nihilo habet. Quam autem hoc deceat hominem Christianum, qui uis fidelium facile agnoscit. Idem quoque facile agnoscit grauius peccare Anabaptistas, qui hunc malum errorem subinde inter rudes & crassos homines spargunt, qui horum conuitijs in ministros & ministerium confirmantur, & maiori deinde audacia immodestos sermones repetunt, & in eis perseuerant, ministros nihil agere, & bene actum, si (ut uulgo dicitur) conflagrante pago ministri domus simul ardeat. Atqui apostoli (quod Anabaptistae quoque non ignorant) longe aliter nos de ministris iudicant.

Scripturas  
 ministerium  
 doctorum  
 laborem non  
 minare.

ADVERSUS ANABAPT.

care docuerunt, eos scilicet ut patres uenerari, & illis ex animo bene uelle: Anabaptistæ uero huc suam operam conferunt, ut fastidium, odium, contumeliæ ministrorum ecclesiæ augeantur & confirmentur, magno & ecclesiæ damno & eorum qui hoc faciunt: id quod suo tempore experientur, nisi eos pœnituerit.

De stipendijs seu præbendis.

Præcipue tamen ecclesiastici stipendiij nomen Anabaptistas male habet, quod nos Germanica lingua Pfründ nomen, superior ætas uocabulo, nescio quàm bene Latino, Præbendam nominauit, non debere aiunt ministrum ecclesiæ præbendam habere. Atq; haud dubie ignorant quid Germanicum nomen Pfründ significet: quemadmodum alijs quoq; in rebus ex mera imperitia contradicunt. Equidẽ scire eos oportebat, quid früm̄men, pacisci, significaret, certis conditionibus cum aliquo conuenire: ueluti si quis cum architecto, cui opus faciendum locauit, de opere & precio paciscatur: hinc nomen Germanicũ à früm̄men pfründ, (à quo non abludit Latinum nomen Præbenda forsã à præbendo dictum, quod ueluti certæ res præbendæ erant magistratui, ita etiam certa stipendia præbenda erant ministris ecclesiarum) significat pactum & constitutum stipendium, quod alicui muneri destinatum & constitutum est. Quid autem horribile in hoc uerbo inest? Nõne ipse dominus uictum, qui debetur ministro ecclesiæ, mercedem nominauit? Nõne Paulus hoc idem honorem seu honorarium munus, stipendium & uictum nominat? Aut quid aliud est quod præbenda nominatur? Quod si memoria pontificiarum uocabula nobis cum illis cõmunia esse, à quibus tamen non abhorremus, propterea quod res quæ illis significantur, dei gratia & beneficio in ueterem & legitimum usum restituta sunt. Tempa, opes ecclesiasticæ, sacra uasa, non sunt idolorum

lorum templa, sacrificia, & sacra uasa. Abusu enim non uero usu huiusmodi res polluuntur: quod si illis bene et ex uerbo dei utamur, sanctæ & puræ sunt. Madianitarū hominū Ierem. 32. infidelium aurum & argentū, impurum erat tum cum ipsi more suo his uterentur, propterea quod homines impuri et infideles his rebus contra uerbum dei utebantur: sic corona 2. Reg. 12. Ammonitica Rabbæ, impura erat propter impuros Ammonitas hæc utentes: postquam uero Moses Madianitarū opes ad meliorem usum transtulit, & David Ammonitica corona bene usus est, tum hæc res sanctæ erant, à quibus fideles non abhorreere oporteret. Hæc autem scribimus de illis opibus quæ initio abusus gratia quasitæ sunt, nunc autem non amplius in abusum conferuntur. Interea quoq; manifestum est, collegia et ecclesias, præsertim uetustiores, institutas esse à regibus, principibus, & hominibus priuatis ad ministerium ecclesiæ in sermone & sacramentis, non autem ullius abusus causa, quas non potestis ueritate suffragante inter ea quæ idolis immolata sunt numerare. Nā etsi temporis progressu propter publicū errorem ad abusum conuersæ sint, nunc tamen reformatæ, hoc est, antiquo usui restitute sunt. Recte autem D. Augustinus ait ad Public. epist. 153. opibus cum à Gentili idololatria ad dei cultum transferuntur, idem quod hominibus accidere. Illi enim qui antea in infidelitate impuri erant, nunc in fide sancti, immaculati, & puri sunt, &c.

De quantitate autem stipendiorum, de qua admodum inuidiose loquuntur, respondemus, magnitudinē aut exiguitatem stipendiorum non in nostra uoluntate & potestate positam esse. Magistratus aut destinati ecclesiarū dispensatores, stipendia constituunt, idq; pro temporū, locorū et personarum ratione, imò prout facultates suppetunt & necessitas postulat. In Actis apostolorum scribitur: Distribue-

Magna stipendia habere.

Act. 4.



ADVERSUS ANABAPT.

2. Tim. 5.

Lucz 22.

Gratis accepistis, gratis date.

batur autem singulis prout cuiq; opus erat. Et D. Paulus: Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime ij qui laborant in sermone & doctrina. Dicit enim scriptura, Bovi trituranti non obligabis os: & Dignus est operarius mercede sua. Hanc regulam magistratus uel ecclesiarum uicarij sequuntur, & ex opibus ecclesie, ut stum constituunt ministris ecclesie. Huic autem institutio- ni Christiane merito acquiescendum est. Cum dominus a discipulis quereret, num quid ipsis defuerit, tum cu eos misit a seq; pecunijs nulla re instructos, responderunt illi, nihil sibi defuisse. Ita nunc quoq; cum fidelibus ecclesie ministris nihil deest, pij & grati homines potius letantur quam ut id eis doleat. Sin uero ministri aliqui opibus ad luxum & fastum abutuntur, peccant, & puniri atq; abrogari debent. Attamen ministri uulgo potius mediocriter pauperes, quam mediocriter diuites sunt. Interim tamen preclarã Pauli admonitionem ante oculos habent, qui ait: Nam ego didici, in quibus sum, ijs ipsis contentus esse. Noui autem deprimi, non ui autem & abundare, &c. Philip. 4. cap.

Christus equidem in Euangelio discipulis ait, Gratis accepistis, gratis date: uerum de sanationum dono loquitur, non de ministerio ecclesie. Heliseus cum Naamanũ Syrum a lepra curasset, nihil ab illo accepit: ex suo tamen munere uictum accipiebat. Præterea eodem loco Christus inquit, Dignus est operarius mercede sua: & hoc Paulus interpretatur, ministro ecclesie stipendium deberi, ut ante docuimus 5. cap. 1. epist. ad Timoth. Christus quoq; non tantum uniuersam tunicam habuit, ut ex 13. & 19. cap. Ioannis potest cognosci: & idẽ de Paulo scribitur, Act. 19. & 2. Tim. 4. cap. Interim libere fateor, mihi admodũ displicere, cum ministri ecclesie uel sumptuoso uestitu superbiunt, uel peregrino uestitu lasciuie & indecore se gerunt, uel cum sordide aurigarum

garum & scurrarum instar uestiuntur. Talibus patrocina-  
ri nolo. Paulus ministrum honestum, modestum & grauent  
esse iubet: hoc honestæ mentes spectent, honesto & mode-  
rato uestitu pro regionis consuetudine utantur, quo nemo  
offendatur, sed potius alij meliores fiant. Præterea Christus  
oculos & pecuniam habuit, quod 13 cap. Ioannis docetur,  
& hanc per suum dispensatorem expendit in res sibi et suis  
necessarias, & in usum quoq; pauperum.

Paulum quoq; fateor proprijs manibus laborasse, & à Pauli pro-  
prijs manu-  
bus labor-  
raffe.

quibusdam ecclesijs nullum stipendium accepisse: sed docet,  
se non ideo stipendium non accepisse, quod non potestatem  
haberet accipiendi, sed ut initio ecclesiam lucrifaceret. Ita  
enim ecclesiæ Thessalonicæ & Corinthi constitutæ erant,  
ut maiori cum fructu stipendium non acciperet. Et huc spe-  
ctat Paulus ad Corinthios, cum scribit: Num peccavi, cum  
gratuito Euangeliū dei uobis euangelizauī? Alias ecclesias  
spoliaui, accepto ab eis stipendio ad hoc ut uobis inseruire.  
Et quum apud uos essem & agerem, non obtorpui cum cui-  
usquam incommodo: nam quod mihi deerat suppleuerunt  
fratres qui uenerant à Macedonia, & in omnibus me præ-  
stiti uobis minime onerosum, & præstabo. Ad Philippenses  
uero 4. cap. testatur, Philippenses non modo Romam sibi  
abundanter res necessarias misisse, sed eos laudat, quod ante  
aliquot annos semel atq; iterum Thessalonicā sibi miserint  
res necessarias. Hinc autem conficitur, Paulum etsi manibus  
suis laborauit, nihilominus ex ecclesiæ stipendio uixisse. Itaq;  
exemplum Pauli, quo Anabaptistæ utuntur, nihil cōfirmat:  
neq; nos, qui stipendia ab ecclesijs habemus, damnat, aut fal-  
sos doctores efficit. Si quis tamen tanta gratia præditus est,  
ut ecclesiæ inseruire, & simul manibus laborare possit &  
uelit, ac ita nullum stipendiū ab ecclesia accipere, huic hoc  
libenter cōcedimus: modo ne illorū, qui ex Christi instituto

## ADVERSUS ANABAPT.

Concionatores qui Christum prædicant non esse lupos.

Stipendium habent ab ecclesia, auctoritatem cleuet. Neq; uero nos, qui ecclesie Christi inseruimus & Euangeliũ prædicamus, lupi sumus, quos fugere oporteat, quemadmodum nos Anabaptistæ nominant. Lupi enim sunt, qui falsam doctrinam afferunt, qui animas perdunt & lacerant, ac pios homines sanctimonie specie suis opibus spoliant. Tales lupi nos dei beneficio non sumus: doctrina enim nostra Christi & apostolorum est: fideliter quoq; studemus & laboramus animas hominum conseruare et tueri à rapacibus lupis. Neminem præterea unquam suis opibus spoliauimus, & stipendia nostra, quæ ex ecclesiarum opibus accipimus, non deprædamur & pauperum eleemosynæ subtrahimus: quemadmodum & operarij laborantes in templi ædificio, si mercedem suam ex ecclesie opibus accipiunt, eleemosynam pauperum non uiolenter intercipiunt. Nam ut operarij qui in templo laborant, labore mercedem merentur: ita quoq; concionatorũ ministerium labor est, cuius gratia non eleemosynam aut rapinam, sed meritam ac iustam mercedem accipiunt. Et dominus ipse (ut supra ostendimus) unã cum Paulo apostolo nostrum ministerium laborẽ, & stipendium mercedem nominat. Quemadmodum uero in ueteri testamento dominus Leuitis suam mercedem ex decumis & opibus ecclesie dedit, eamq; ipsorum hæreditatem esse uoluit, ut eodem iure quo ceteri sua prædia & negotiationes habebant, ex quibus tanquam ex proprijs facultatibus offerebant deo sacrificia, ita etiam Leuitæ hanc suam mercedem ceu hæreditatẽ haberent, ex qua etiã sacrificare deo possent: & insuper deus illis ait, posse ipsos et liberos ipsorum omni loco his rebus uti, eò quod sit merces ministerij eorum, atq; hac in re ipsos non comittere peccatum. Num. 18. Eadẽ ratione Christus in nouo testamento ministris ecclesiarum sua stipendia concessit atq; constituit, quæ illi tanquã proprias

Stipendia ministrorũ esse ipsorũ proprias facultates.

facultates



facultates & iustam ac meritam mercedem, eodē iure possideant, quo alij iustas facultates et hæreditarias obtinent, ac illas in usum proprium cōferre, tum dei uel honoris causa erogare possunt. Quod si dicant Anabaptistæ, nos nihil ex ueteri testamento & Leuitarum exemplo cōcludere posse, respondemus & querimus, an Paulū quoq; existiment nihil in epistola ad Corinthios conclusisse, cum Leuitarū ueteris testamenti exemplo probat, licere ministro ecclesiæ accipere stipendium ex suo munere? Quare his rationibus Anabaptistæ palàm falsi conuincuntur, & nos diuino iure stipendia habere euidenter probatur.

Quoniam uero hanc Anabaptistarū cōclusionē nunc propositā habemus, nos ideo quod stipendia accipiamus, nō posse ueros dei ministros et doctores esse, neq; ueritatē docere: deinceps aduersus oīa Anabaptistarum mendacia firmis & euidentibus testimonijs scripturarū probabo, Christum dominū atq; apostolos stipendia sui muneris accepisse, & nos quoq; accipere permisisse atq; iussisse. Hac autē ratiōe apparebit Anabaptistas falsa docere, & nos quāuis iustā mercedem accipiamus, nihilominus posse ueritatem docere.

Quemadmodū igitur Christus discipulis cōcessit, ut tanquam operarij ab illis quos docerent mercedem acciperēt: ita etiam ipse, ea quæ fideles illi conferebāt, accepit. Lucas nanq; testatur, ipsum oppidatim & uicatim prædicasse regnum dei, et duodecim cum ipso: secutas autē esse ipsum mulieres, quæ ex suis facultatibus ipsum sustentarint. Ioannes præterea 12. cap. ait, Iudam loculos gestaſse, quibus recondebantur ea quæ ipsis conferebantur. Quod si Christū qui perfectissimus fuit in omnibus, non puduit dona fidelium accipere, atq; is in hac re non peccauit, ut certe insons fuit, Anabaptistarum ratio et fundamentum subuersum est. In descriptione uero ministri quæ è Paulo superius adducta fuit,

Scopus disputatiōis.

Christus & apostoli stipendiū seu mercedem sui ministri accipiunt.

ADVERSUS ANABAPT.

1. Tim. 3.

dicitur, ministrum debere hospitem & liberalem esse, quæ domum & familiam honestam habeat: quod certe absque opibus & facultatibus non potest fieri: aut non is erit quem Paulus describit. Quod autem Anabaptistæ censent, ministrum apud quempiam diuertere debere, & apud hunc manere, quod sic in Euangelio dominus doceat, in eo non bene distinguunt apostoli & pastoris seu doctoris munus. Nam, ut supra ostendimus, apostoli non diu eodem loco manebant, sed pergebant aliò ad plantandas ecclesias, itaque hospitium tale illis satis erat. Pastores autem, cum eodem loco maneant, pluribus opus habent. Philemonem legimus familiam, seruos, opesque habuisse: & Philippum habuisse Cæsariæ domum et filias, &c. Sed ut hæc omittamus, Paulus ad Galatas expresse ait: Communicet autem qui instituitur in sermone, ei qui se instituit, omnia bona. Similem etiam sententiam supra adduxi ex 5. capite 1. ad Timoth. & plura huius generis extant 1. Thess. 5. Tit. 3. Copiosissime tamen hanc causam tractat apostolus 1. ad Cor. 9. cap. quo loco multis & firmis rationibus probat, posse ministrum iure accipere stipendium sui ministerij, seu doctrine. Primum autem utitur apostolorum exemplo, & nominatim Petri, quem Cepham nominat, quo nomine etiam à domino appellatur Ioannis 6. item fratrum domini, qui fuerunt Iacobus Alphei, Iudas Thaddæus, & Simon Zelotes, qui omnes stipendium suæ doctrine habuerunt, & tamen nihilominus veri & legitimi apostoli fuerunt. 2. Utitur deinde tribus exemplis, militis, agricolæ, & pastoris, qui omnes sui laboris & uocationis iustam mercedem habeant: quamobrem æquum esse ut etiam ecclesiæ minister temporariam mercedem habeat. 3. Quia uero hæc exempla aliqui, ut non magni ponderis ad causam confirmandam, reijcere potuissent, legem diuinam subiungit, qua deus iubet operario mercedem persolvere. Ait enim, se

Galat. 6.

ca que

ra que dicat, non tantum humanis similitudinibus, uerum  
 etiam uerbo dei posse confirmare. Nam in Moſis lege ſcri- Deut. 25.  
 ptum eſſe: Non obligabis os boui trituranti. 4. Ne ue-  
 ro obijceretur, hæc de animantibus nõ de eccleſiæ miniſtris  
 ſcripta eſſe, ſubiūgit: An non ſcriptura hoc propter nos om-  
 nino dicit? & addit, Propter nos hoc ſcriptum eſt. 5. Ad  
 lud deinde exemplum adducit ex agricultura, nempe, ut is  
 qui arat, et qui triturat, ſub ſpe id facit, & ex eo utilitatem  
 capit, ac ſpei ſuæ particeps eſt: ita miniſtrum quoq; oportet  
 re fructū aliquē ſui laboris percipere. 6. Stipendiū exte-  
 nuat reſpectu laboris qui propter hoc toleratur. Ait enim:  
 Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos ue-  
 ſtra carnalia meſſuerimus? Addit tamen, ſe non uſum fuiſſe  
 iure ſuo apud Corinthios, ut Chriſti Euangelium plus pro-  
 moueret. 7. Poſtremo denuo uerbum dei allegat, & u-  
 titur Leuitarum exemplo, qui dei mandato uictum & res  
 neceſſarias ex ſuo miniſterio habuerint, & ait: An nescitis  
 quod qui in ſacris operatur, quæ ex ſacrario ſunt edunt? qui  
 altari aſſident, cum altari participant? Ac concludit, & ait:  
 Ita & dominus conſtituit ijs qui Euangelium annunciant,  
 ut ex Euangelio uiuant. Quid clarius dici poſſet? Spero au-  
 tem his rationibus ſatis confutatum eſſe ſeptimum Anaba-  
 ptiſtarum dogma, ſic ut omnes falſam ipſorum & nullis ra-  
 tionibus confirmatam doctrinam agnoſcant.

Prophetiæ ordinem à Paulo deſcriptum 1.  
 Corinth. 14. non ſeruire inſtituto Anabaptiſta-  
 rum in impediendis & turbandis concionibus  
 Euangelicis: qualis item hic ordo fuerit. Ca-  
 put 10.

**P**oſtquam miniſtrorum perſonas Anabaptiſtæ accuſa-  
 runt, deinceps doctrinam ipſorū aggrediūtur, et hanc,

De dogmatis  
 tibus quæ  
 doctrinam  
 ſpectant.



ADVERSUS ANABAPT.

quod nō legitima sit, accusant, ideoq; ecclesias, in quibus his concionatores docent, non esse ueras ecclesias, & proinde separationem faciendam esse, neque cum illis cōmunicandum. Quoniā uero primum nostram doctrinam aut saltem nostrae doctrinae quaedam dogmata, & deinde sacramentorum administrationē in nostris ecclesijs accusant, primum dogmata quae in docendo 15. numero praecipue reprehendunt, aggrediemur, & postea adiuuante deo ad sacramenta accedemus. Primum autem dogma in nostra doctrina reprehendunt, Non esse doctrinam nostram sinceram, propterea quod conciones nostrae ad unum quasi astrictae sint, cum tamen Paulus uelit ut si sequenti reuelatū fuerit, prior taceat, & sedenti det dicendi locum. Quamobrem aiunt, cum Christianum hunc ordinem in nostris ecclesijs non seruemus, nō posse eas pro Christianis agnosci. Ad confirmandū autē hoc dogma recitant uerba Pauli 1. Cor. 14. Quid igitur est, fratres? quoties conuenitis, quisque uestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad aedificationem fiant: siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad plurimum ternos, & uicissim: unus autem interpretetur. Quod si non sit interpretes, taceat in ecclesia qui loquitur lingua, sibi ipsi uero loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alij dijudicent. Quod si alij fuerit reuelatum a sedenti, prior taceat. Potestis enim sigillatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant, &c. Ex his autem Pauli uerbis multa mirum in modum garriunt Anabaptistæ in illo libello quem clanculo inter suos spargunt, & tandem hæc quasi capita aut dogmata ex eo concludunt. 1. Paulum aiunt hoc loco ex spiritu dei sanxisse, & instituisse, ut omnes Christiani prophetent, hoc est, concionentur, nō tantū ministri ecclesiarū.

Doctrinam  
in euangelicis  
non esse liberam,  
sed astrictā.

8.

Nam

Nam clare ipsum dicere, Potestis enim omnes prophetare. Item, Vnusquisq; uestrum linguam habet, interpretationem habet. Vnusquisq; ait, quod not adum est. Item, Si propheta-  
retis, peccator argueretur ab omnibus: nota aiunt, quod ab omnibus dicat. 2. Si in concione asidenti reuelatio fiat, tum priorem, hoc est, concionatorem debere tacere, & alteri locum dicendi dare. Concionatores autem hoc nolle facere, neq; cedere Anabaptistis: itaq; oportere ipsos abscondere talentum suum, neq; negotiari posse, sed cogi ut illud perire patiantur, & ideo pœnam in aduentu domini expectent. 3. dicunt, Cogimur a stare & tacere, quicquid tandem quis ad emendationem habeat, siue concionator aberret à ueritate, aut non erret. Ideoq; non iam à Christo et eius spiritu, sed à ministro doctrinam pendere: hac autem ratione fluuios aque uiuæ retineri et suppressi. 4. Si in Euangelicam ecclesiam aliquis ueniat, ac tantum unum audiat loqui, id ita aduersari Pauli doctrine, ut huiusmodi cœtus nō possit pro uera & spiritali ecclesia haberi, &c.

Ad hæc capita ab ipsis proposita, breuiter respondemus, non intelligere Anabaptistas occasionem uerborū Pauli, neque etiam ipsa uerba aut eorum sensum. Paulus enim 1. ad Corinth. 14. cap. non docet quæ ratio & forma in docendo seu concionando seruari debeat, nam huius rei institutū non mutat, ut conciones nō fiant à pastore ecclesiæ, sed ab usum qui præter ordinarias conciones ecclesiam Corinthiorum inuaserat, emēdat. Deus nanq; initio fidelibus in ecclesia Corinthiorum singularia dona cōtulerat, quibus illi abutebantur. Inter illa autē dona præcipua erant, linguæ peregrinæ, quibus multæ quoq; mulieres in ecclesia loquebantur, orabant, psallebāt, quas Paulus in ecclesia tacere iubet. Deinde habebant nonnulli reuelationes, quas absq; ordine ecclesiæ cum perturbatione proponebant: atq; ex hoc abusu donos

De sensu  
uerborum  
Pauli 1. Co  
rint. 14. de  
propheta.

rum dei, magna confusio & foeda perturbatio in ecclesia orta erat. Hanc confusionem Paulus auxilio & gratia spiritus sancti conatur tollere, & ordinem instituere, qui fructum & edificationem afferat, non turbas. Hanc autem ueram occasionem esse huius disputationis uel ordinationis Pauline, ipsius uerba expresse testantur, si quis diligenter inspiciat. Neq; enim hic uetustissimorum interpretum mentionem faciam, ne Anabaptistae clament, nos patribus & humane doctrinae inniti, quamuis illis libentius quam Anabaptistis inuiterer. Sed tantum ipsa apostoli uerba, hoc loco ab ipsis citata, inspiciantur: nam cum ait, Quoties conuenitis, quisq; uestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, & c. testatur dominum largiter sua dona Corinthiis contulisse, ita ut peregrinis linguis psalmos, preces, reuelationes, doctrinam in ecclesia proponere possent. Ostendit autem hoc loco Paulus uerum finem, in quod dona haec conferenda sunt, nepe edificationem ecclesiae. Et statim docet, quomodo linguis ad ecclesiae edificationem utendum sit, ac ait: Si quis lingua loquitur, fiat per binos, aut ad summum per ternos, & c. Apparet autem hic manifeste, Paulum non loqui de patrio Corinthiorum sermone, qui Graecus erat, ut noster sermo Germanicus est, sed de peregrinis linguis, quales erant Hebraica, Chaldaica, Syriaca, & similes linguae, quibus Christus, prophetae & apostoli locuti sunt. Nam post Pentecostes diem uulgare erat linguare donum, aut saltem sepius hoc deus dabat (ut ex Actis patet) fidelibus, non tantum ministris ecclesiarum. Hoc autem linguarum donum Paul. non uult suppressere aut extinguere, sed ad utile usum reuocare: nepe ut omnes (qui scilicet linguis loquebantur, non qui eas ignorabant) non confusa se & absq; ordine, quemadmodum hactenus fecerant, linguis loquatur, sed ut aliqui sigillatim loquatur, ita ut unus tantum loquatur, et postquam is finierit sermonem, tum demum alter loqui

Finis et scopus  
donorum  
dei.

1662  
1663  
1664  
1665  
1666  
1667  
1668  
1669  
1670



loqui incipiat. Addit tamē, peregrinas has linguas in ecclesia interpretandas esse: quod si id fieri nō possit, tū non publice & clare loquendum esse peregrinis linguis, sed posse unum quenque tacite sibi ipsi & deo loqui.

Præterea ulterius docet, si adsint interpretes, qui peregrinas linguas interpretari possunt, ad doctrinam, exhortationem et consolationem, hoc est, ad ædificationem ecclesiæ, quomodo id facere debeant. Inter hos, inquit apostolus, debere ordinem esse, ut non singuli aut plures simul loquantur, sed ut tantum bini aut terni ex ordine, si opus sit, loquantur, reliqui autem taceant & audiant. Silentium uero iudicium appellat, quod diligenter attendant, & considerent, an ea quæ dicuntur, regulæ fidei & diuini uerbi conueniant. Quæ autem dicuntur, ea non maligne reijcere, accusare, & in contumeliam uocare iubet, &c. Interim, ne duo uel tres hac in re fraudem aliquam adhibere possint, addit, Quod si alij fuerit reuelatū a sidenti, prior taceat. Quibus uerbis, haud dubie non loquitur de falsa reuelatione, quæ nō ex spiritu dei, sed ex hominis prauo affectu oritur: sed de ea, quæ certa, uera, utilis & necessaria sit, ac regulæ fidei & diuini uerbi congruat. Eodem modo, absq; dubio, non sine conditione ait, Omnes prophetae potestis: sed eos intelligit, qui donū prophetiæ habent, non qui id sibi uendicant, & tamen inanes sunt, & fundamento carent: item tum prophetandum, cum necessitas postulat. Ideoq; in uerbis Pauli, scopus et finis, ad quem hæc omnia referuntur, proponitur, Vt omnes discant, ut omnes consolationem habeant.

Veniant nunc Anabaptistæ, et dicant, quomodo ipsorum ecclesijs hoc Pauli institutum conueniat & deseruiat. An ne ipsorum ecclesia talis est, qualis Corinthiaca fuit? Num habent tot dona, & præsertim linguarum, ut hac ordinatione & instituto Pauli in sua ecclesia opus habeant? Dicant, quæ-

De rectoribus  
sui prophetiæ.

1. Ioan. 4.  
1. Thes. 5.

Loc. 1. Co  
rint. 14. n. 6  
seruire A.  
nabapt.

ADVERSUS ANABAPT.

so, quot homines habeant qui Syriace, Hebraice, Chaldaice, aut saltem Græce loqui possint? In nostris certe regionibus ne unum quidem habent. Quin ipsi & eorum doctores, non bene Germanice loqui & scribere possunt. En igitur quam egregie & honeste coram deo & ecclesia eius consistunt? Quid enim hoc instituto, quod linguas spectat, uobis opus est, cum ne unicam quidem linguam bene teneatis? Quod si aliqui uestrum linguas nossent, neq; tamen eas ad ædificationem interpretari possent, an non Paulus ipsos in ecclesia tacere iuberet? quanto magis igitur uos Paulus tacere iubet, cum linguas & interpretationem earum simul ignoretis? Ita taq; locus Pauli, quo uos ipsos, & uestrum inordinatū, imò malignum impetum in ecclesiam tuemini, firmiter coram uo niuerso mundo uestræ temeritati repugnat, & uobis silentium imperat. Declaratis autē hac ratione quā sacrarū literarum & institutorum dei periti sitis, et quā egregij duces sitis miserorum hominum, qui uos stulte pro Rabbiniis quibusdam adorant, ac pro sanctis & diuino spiritu repletis doctoribus habent. Similes certe hoc in negotio illis estis, qui se quoq; non patiuntur doceri, sed perpetuò egros oleo unguunt, eo quod hoc in apostolica ecclesia in usu fuerit cum uero sanationis, ut in Euangelio Marci legimus, Ungebant uero egrotos oleo & sanabant: & idem scribitur Iacobi s. ca. Quoniam uero donum sanationis in ecclesia cessauit, absq; fructu unctio hæc retinetur. Fuerunt equidem olim in ecclesia ritus aliqui, & multa miracula & signa, que tamen non amplius in usu sunt, sed cessarunt, ueluti donum linguarum, ea ratione qua tum dabatur. Christiana enim fide ab apostolis promulgata, & signis atq; miraculis confirmata, signa cessarunt. Neq; causa nobis est, quod hæc hodie cessasse conque ramur. Cum igitur, Anabaptistæ, peregrinas linguas neque sciatis, neq; interpretari possitis, quo fructu, quæso, prophetabitist

Marci 6.

bitis? aut quænam est uestra prophetia?

1. Quod si Anabaptistæ in eo quod proposuerunt, perseverant, Paulum scilicet hic de concionibus loqui, & uelle ut omnes in ecclesia concionentur, quandoquidem dicit, Omnes prophetare potestis, ostendant nobis ecclesiam similem Corinthiæ, talibus donis ornatam & instructam. Nam si hoc fecerint, illis assentiemur. Quod si hoc facere non possunt, nihil ex hoc loco probant. Quod si dicant se talenz ecclesiã esse, qualis Corinthiaca fuit, tum dona proferant et peregrinus linguis loquantur. Si hoc non possunt facere, ut certe non poterunt, consequitur hoc institutum & præceptum quod illis datum est qui linguas norunt, nihil ad ipsos pertinere. Quod si nihilominus pergunt absq; linguarũ peritiã & sine interpretationis dono, tum tam bene & rite faciunt, quã illi qui ægrotos oleo unguunt, absq; subsequẽte sanationis dono. Paulus uero cum ait omnes posse prophetare, de illis loquitur qui donum prophetiæ habebant: uos autẽ hoc donum non habere manifestum est, quare hoc testimoniu nihil pro uobis facit. Præterea quarto capite huius libri ostendit, non cuius licere concionari, &c. Quin et ipsi Anabaptistæ, posteaquam ex hoc & alijs scripturarum locis, male de tortis, probarunt, ut ipsis uidetur, cuius Christiano licere, et mandatum esse ut prophetet, tandem tamen eò descendunt, ut libere dicant, Nos tamen non omnibus nostris consulimus, ut loquantur, præsertim infirmis, inexercitatis & rudibus, imperitis in sermone. Quod si uos non omnibus uestris consulitis ut loquantur & prophetent, tum illis donum non est datũ. Quod si illis non est datum, quid ergo subinde has particulas, Vnusquisq; & Omnes, intonatis. Verũ de infirmis, non de Rabbini loquimini. At uos boni Rabbini inter infirmos manete: hoc enim multo satius est, quã ut insignia dona & magnas uires iactetis, & interim in uobis appareat

Omnespre  
phetare po  
tētia.



## ADVERSUS ANABAPT.

magna temeritas, & intolerabilis arrogantia, adhuc admodum infirma & imperita ignorantia.

Si aſidenti  
reueletur,  
prior tace-  
at.

2. Aiunt præterea Anabaptiſtæ, ſi aſidenti reueletur, priorem debere tacere, et alteri dare locum dicendi. Verum ſuperius oſtendimus de quibus reuelationibus Paulus loquitur, nempe de utilibus & neceſſarijs, quæ certo, & abſq; dubitatione, à ſpiritu ſancto inſpiratæ ſunt ad ædificationem: non autem de illis reuelationibus, quæ non reuelationes ſunt, ſed errores ſponte conſecti atq; concepti ex noſtris affectibus, & aliorum erroneis & falſis figmentis: quales ueſtræ ſunt Anabaptiſticæ reuelationes. Quamobrem locus Pauli nihil ad uos, Anabaptiſtæ, pertinet. Quæ enim hætenus in concionibus locuti eſtis, & propter quæ concionatores uoluiſſetis tacere iure huius Paulini mandati, omnia Anabaptiſtica fuerunt: propter quæ concionatores non oportet tacere aut uos audire. Nam Paulus de diuinis reuelationibus loquitur, non de uoluntario ueſtro errore, cui contradicere iubet. Quod ſi Anabaptiſticam ueſtram doctrinam nolueritis immiſcere, neq; de ea quicquam dicere, quam ergo reuelationem afferetis? Quandoquidem concionatores de fide, de charitate bene docent, quid uos aliud docebitis? Quæſo ergo æque ac cæteri homines contenti eſtote. Quod ſi res ante dicta eſt, quid opus eſt ut uos eandem denuo dicatis? Non omnia ſimul & in una concione dici ac doceri poſſunt, ſed ſæpe alio tempore commodius docentur. Itaq; hinc forſan occaſionem captatis loquendi in eccleſia, ut ea dicatis quæ nondum dicta ſunt, ſed tamen uos animo concepisti. Nonne uero alius Anabaptiſta eiſdem animi eſſe poterit, & item tertius atq; quartus? Num ergo omnes una concione, ueſtram ſapientiam in medium proferetis? Quis igitur finis erit concionis? præſertim ſi uniuſcuiuſq; ſpiritus contendat (ut à uobis fieri ſolet) ſuam reuelationem ueram eſſe?

Quis

Quis autem non uideat, quò tandem progressura sit hæc  
 res & talis prophætia? certe nõ ad ædificationem, sed ad dis-  
 sipationem. Nam legitimæ & ordinariæ conciones coar-  
 ctantur, impediuntur & dissipantur, & simplex doctrina,  
 contentionibus, quæstionibus dubijs & intricatis implicatur  
 & amara fit, & ita cætus & conuentus sacri dissipantur.  
 Atq; hoc Satan spectat, cum ita molliter incedit, & Pauli do-  
 ctrina abutitur. Etenim immodica uestra loquacitas, Anaba-  
 ptiste, ita omnibus dei beneficio nota est, ut ne puer quidem  
 nuper natus, ad finem usque omnes uestras reuelationes au-  
 dire possit, quantum ad multam ætatē perueniat. Dicitis Pau-  
 lum scribere: Spiritus prophetarum prophetis subiiciuntur.  
 Non enim est confusionis author deus, sed pacis, etc. Hoc ue-  
 rü esse fatemur in tali ecclesia qualis Corinthi fuit, in qua  
 hæc dona erant: in uestra autem ecclesia non est uerü, in qua  
 nil nisi contentiones & rixæ sunt: id quod re ipsa multiplici-  
 ter deprehensum & manifestum est. Quod sit tales prophe-  
 tæ essetis, quales illi fuerunt de quibus Paulus loquitur, nun-  
 quam ne unam quidem earum rerum faceretis, quas quoti-  
 die in Anabaptismo uestro temere facitis. Itaq; omnino non  
 est quod conqueramini, uos hoc silentio cogi, ut non possitis  
 lucrari uestro talento, sed illud apud uos defossu perire, æ  
 uobis pœnam in iudicio domini expectandam esse. Etenim  
 prius uobiscum considerate, & semota arrogantia & phi-  
 lautia rationem subducite, quotnam talëta in oculis uestris  
 habeatis. Neq; enim deus id talentum uobis dedit, quod uos  
 putatis, & si loculos uestros diligenter perscrutati fueritis,  
 id nõ inuenietis. Prophætæ quidem semper esse uultis, sed ri-  
 des & ignari estis, neq; donum prophetiæ habetis. Quam-  
 obrem sanum consiliu admittite, & talentum, quod uobis  
 à domino datü est, quod in oculis uestris inuenitis, bene col-  
 locate, & ea quæ didicistis et nostis, & ad quæ à domino uo

Prophetijs  
 Anabapti-  
 sticis iustæ  
 & legitimæ  
 conciones  
 abolentur.

ADVERSUS ANABAPT.

cati estis, facite. Ac potius hoc nomine deum metuite, quod uos absque uocatione immiscetis illis rebus quarum imperiti estis, & id quod nostis non facitis.

Populū nō  
astrictū esse  
ministro.

Cum uero dicitis, siue errent à ueritate concionatores, siue non, tamen nihilominus populum astrictum, à concionato re non à Christo & eius spiritu pendere, plus equo ampli ficatis. Audimus equidem alioqui, & re ipsa sepius expe rimur, nolle uos astringi bonis legibus, neq; instar bonarum ouicularum pastorem sequi. Attamen in nostra ecclesia nemo alicui dogmati concionatoris astringitur, si falsa doceat: quin eum hoc nomine alloqui & reprehendere licet. Quod au tem hoc semper publice uultis facere, & amarulentis uer bis contradicere, inquietam uestram naturam respicit, & cu piditatem instituendi confusionem, offensiones & disidia. Ad uitandam confusionem & cauendas occasiones conten tionum & turbarum, nō est moris in nostra ecclesia, ut qui uis interrumpat sermonem ministri, & suos affectus depro mat. Neque nos huius consuetudinis pudet, quoniam uerbo dei nititur. Nam Paulus in fine 14. capitis ait, Omnia decen ter & ordine fiant. Interea neq; uobis, aut cuiquam alteri, denegatur, quo minus liceat, si quid in doctrina, in ministro, aut in ecclesia desideret, ministrum alloqui, & cum eo de center & ordine de emendatione agere. Quod autem Ana baptistae aiunt, non decere inter paucos ea reprehendere que quis publice in ecclesia peccarit, ad id respondemus: huius modi negotia quae alioqui amice nō potuerunt componi, sem per haecenus à nemine melius et magis pacifice emēdata fuis se, quā à senioribus ecclesiae: quae autem coram his fiunt, non clam & post fornacem, ut ipsi aiunt, oblinuntur. Ve rū illi corā populo animo suo satisfacere, et loquacitatē exa turare uolunt. Sperāt enim se semper posse aliquos ingetos homines reperire, quorū accessione suā factionē confirmēt.

Quam



Quamobrem non est quod conquerantur fluuios aquæ uide in ipsis retineri & supprimi. Aqua enim quam hactenus effuderunt, sibi semper similis fuit, turbida, inquieta, contentiosa. Facile ex hoc animaduerti potest, non tantum uobis uestra que uis probari, sed etiam uos tam magnifice de uobis ipsis sentire, ut tales uos censeatis ex quibus salutare fluuij fluant. Considerate quæso, ne hac re grauitè peccetis. Locutus est equidem hac figura dominus de spiritu sancto Ioannis capite septimo: sed uereor uos non adeo abundanter eo donatos esse, præsertim cū habitet apud pacificos, humiles & contrito corde. Alioqui dicite, quidnam tam magnū & necessarium protuleritis, quo ecclesia non malit carere, & potius doleat quàm letetur se huc adigi ut ea habeat?

Fluuios aque uide  
que uis sup  
primere.

4. Dicitis etiam, nostram ecclesiam, si quis in ea unum tantum loqui audiat, non posse pro spiritali ecclesia agnosci. Imò si apostolus in nostram ecclesiam ueniret, aliquod mandatum habens, nõ permittendū illi ut spiritalia dona sermone distribuat, ac illi silendum esse, & concedendum, ut solus concionator loquatur. Verum si nulla ecclesia spiritalis est in qua unus tantum loquitur, certe pleræque ecclesie, in quibus Christus & apostoli docuerunt, non fuerunt spiritalis. Nam ut Euangelium docet, dominus solus docuit, neque quisquam, nisi Pharisæi et ipsius aduersarij, sermonem ipsius interrupserunt, & Pentecostes die, cum spiritum sanctum apostoli acciperent, solus Petrus docuit, quamuis reliqui apostoli Petro nõ essent inferiores, neque tamen uel finita concione, uel in ipsa concione quisquam eorum progressus est, qui Petro silentium imperaret, ut scilicet sibi locum daret, quo Anabaptistarum more peculiarem aliquam cani iunculam cõcinere possent. Quamobrem certum est, si quis à deo missus ueniret in nostram ecclesiam, ac audiret predicari Euangelium de resipiscencia uite, & remissione peccatorum in nomine Christi,

In ecclesia  
uicium esse  
ne quis nisi  
cõcionator  
loquatur.

## ADVERSUS ANABAPT.

contentus esset ac probaret, neq; Anabaptistarum more ita  
auide prophetare appeteret.

Anabapti-  
stas suo ipso  
rū iudicio  
nō habere  
ueras eccle-  
sias.

Quo uero 8. dogma absoluamus, spero ueris ac diuinis  
testimonijs firmiter comprobatum esse, nos ueras ecclesias  
habere, quibus nulla Christiana instituta desint, ac nomina-  
tim, nos non peccare in nostris ecclesijs contra ordinem à  
Paulo traditum 1. Cor. 14. sed ordinem & institutum Chri-  
stianū firmiter tenere. Nam prædicationem purā diuini uer-  
bi, quæ fiat recto ordine, decenti moderatione, et bona pace,  
unā cum emendatione, retinemus. Quin etiam dei beneficio  
possumus uere ostendere, nos ea in nostris ecclesijs habere,  
quib. Anabapt. carent: imò hunc ipsum ordinē, de quo Ana-  
baptiste hoc loco loquimur. Nā nostræ ecclesiæ habēt homi-  
nes peritos peregrinarum linguarum, præsertim Hebrææ et  
Græcæ, quibus sacra Biblia sunt conscripta, qui non tantum  
scripturas in his linguis prælegunt, uerum etiam ad edifica-  
tionem interpretantur. Quamobrē hoc libere profiteri pos-  
sumus, Anabaptistarum ecclesias, si eorum propriæ rationes  
ualēt, non ueras esse. Nā si, ut ipsi tradunt, illæ deniq; sunt ue-  
ræ ecclesiæ, quæ ordinē à Paulo 1. Cor. 14. traditū seruant,  
& falsæ in quibus hic ordo non seruatur, necessario sequitur  
ex ipsorum sententia, Anabaptisticas ecclesias falsas, nostras  
autem ueras ecclesias esse.

Diuinam scripturam exponendā esse: & quo-  
modo uere & Christiane exponi possit. Ca. 11.

De interpre-  
tatione scri-  
pturarum

**D**ogma, quo scripturarum expositionem damnant, ali-  
qua ex parte commune est Anabaptistis cum illis ho-  
9. minibus quibus alioqui sacræ conciones molestæ sunt, easq;  
quā breuissimas fieri cupiunt: nempe ut exigua aliqua euan-  
gelij particula recitetur nulla addita interpretatione, uel ut  
ipsi aiunt, absq; uerbis adiectitijs, ut cuiq; liberū sit pro suo  
spiritu

spiritu, hoc est, pro sua uoluntate & libidine interpretari. Hi scripturarū interpretationem ægerrime ferūt, et multo ægrius cū ex illis corripuntur. Itaq; dicūt, se quidē uerbū dei non illibenter audire, sed interpretationem & adiecta ministrorum uerba non posse agnoscere pro uerbo dei, aut libenter audire & recipere. Interim non secum expendunt, doctorum officium esse, non tantum uerba scripturarum recitare & litera affixum esse, sed eadem pro locorum, temporum, personarum ratione, pia interpretatione accomodare doctrinae, adhortationi, correptioni, consolationi & edificationi. Nam quid aliud Paul. in epist. ad Timoth. & Titū docet, in quibus inter alia hæc quoq; concionatori præscribit: *Stude te ipsum probatum operarium exhibere, qui recte ser- 2. Tim. 2. cet sermonem ueritatis. Secare autem sermonem ueritatis, est doctrinam seu uerba scripturarum pio & sano sensu legitime & ad edificationem proponere, quo auditor spiritus liter pascatur & edificetur in fide & charitate.*

Cum itaq; ministri nihil aliud docent, quàm quod uerbo dei, quantum ad ipsam rem & sententiam, continetur, et alijs ac pluribus uerbis id proponunt, non debet id, ut hominis sermo & inane figmentum, contemni & abijci. Nam uerbum dei uerbum semper idem manet, neq; mutatur & extenuatur, ut non amplius sit dei uerbū, quando ab hominibus diuersis uerbis scribitur aut pnuntiatur, dūmodo nō à uero et genuino sensu detorquetur. Quamobrem etiam non in ministrum concionantem respiciendum est, sed obseruandum quid dicatur: & id conferendum cum uerbo dei comprehenso sacris literis, & per illud probandum (iuxta regulas quas mox subiiciemus,) an cum hoc conueniat aut discrepet. Qui enim conciones aut scripturarum interpretationem à doctorum propositam uel fastidiunt, uel de ea dubitant, nihil rectius aut melius facere possunt, quàm si fidelium Berrhœensis ec-

Conciones  
tanquā uer-  
bum dei au-  
diēdas esse.



## ADVERSVS ANABAPT.

**Act. 17.**

clesiæ exemplum sequantur: de his enim Lucas scribit, *Fuerunt autem isti generosiores ijs qui erant Thessalonice: ut quireceperint sermonem cum omni alacritate, quotidie seruantes scripturas, an hæc ita se haberent.*

Scripturã non pro cuiusq; intellectu interpretandam esse.  
**2. Petr. 1.**

Recte uero dicunt Anabaptistæ, scripturam non pro cuiusq; peculiari intellectu interpretandam esse: nam & Petrus scripsit, scripturam non esse priuatæ interpretationis. Quamobrem, ut negotium hoc melius intelligatur, primum ostendam scripturam interpretandam esse, deinde ratione aliquam & formam indicabo quomodo recte & Christiane explicari possit. Spero aut me hac ratione euidenter declaraturũ, nos interpretatione scripturarũ, nihil quod sit contra deum, contra eius uerbum & instituta, in ecclesijs nostris seruare aut admittere.

Scripturã interpretandam esse.

Primum itaq; scripturas sacras interpretandas esse, docet ipsa experientia scripturarum, in quibus innumera loca occurrunt, quæ secundum & simplicem uerborũ sensum non possunt intelligi. Veluti quod scriptum est, Sermo caro factus est. Nam deus nõ factus est homo; eo modo quo aqua carne facta est uinum: illa enim nõ amplius aqua erat, sed in uinum mutata fuit, ut uinum merum esset. Deus aut immutabilis & æternus est, non desinit esse, neq; in quicquã aliud mutari potest. Quare sermo nõ ita caro factus est, ut sermo mutatus nõc sola caro sit, sed Sermo, hoc est deus, suã naturã & essentiam seruauit, in utero autem Mariæ uirginis carne assumpsit, ita ut Christus dominus nõc simul uerus deus & homo sit. Hanc autem interpretationem Paulus nos docuit cum ad Hebræos scripsit, Christum assumpsisse semen Abrahæ. Nam cũ assumpsisse dicit, duos esse oportet, unũ quod assumit, & alterũ quod assumitur: & tamen duo hæc una persona fiũt. Præterea Christus ait, Pater maior me est: quæ uerba qui secundum diuinam naturam intelligit, grauitèr errat.

**Hebr. 2.**

Quam-

Quamobrem de humana natura intelligenda sunt, secundum quam patre minor est, uelut denuo Paulus docet in epistola ad Hebræos. Christus præterea execratio nominatur et peccatum, & tamen neq; execratio neq; peccatum est, sed sacrificium expiatorium, quo peccatū & execratio tollitur: quæ ratione etiã nominatur Agnus dei qui tollit peccata mundi.

Superioribus annis apud nos homo quidam perplexus atque perturbatus animo, Anabaptismi causa in carcerem ductus est: hic dum tantū literæ in scripturis inhereret, eò adductus fuerat, ut palam & libere perseveraret, beatā et intemeratam uirginem Mariam, post Christum natum, plures ex Iosepho liberos peperisse. Cum igitur à me admonitus fuisset, huiusmodi cogitationes à scripturis alienas esse, et abominandas atq; indignas quæ de Christo, de sancta eius matre, & beato Iosepho animo concipiantur: ac olim Heluidium impurum hæreticum, hanc sententiam à Christiano homine alienam & offensione plenam tenuisse & inuulgasse. Tum ille uero ad hæc respondebat, se aperta scripturarum testimonia habere, quæ suam sententiam confirmarent: rogatus autem à me ut illa proferret, attulit uerba Matthæi, Et non cognouit eam (Mariam) donec peperit filium suum primogenitum: item Iacobum nominari fratrem domini. Hæc uerba scripturarum clara esse, & suo iudicio non aliter quàm præ se ferant interpretanda esse. Verum ego multis rationibus adductis, ostendebam scripturam, & hæc ipsa loca ab eo adducta, interpretanda esse, nō tamen pro nostro arbitrio, sed ex scripturis & ipsa fide. In dogmatibus uero fidei, aperte nos confiteri uirginitatem Mariæ, haud dubie ante, in & post partum, quemadmodum propheta Esaias & Ezechiel testati fuerint. Quamobrem uerba Matthæi, Non cognouit eam, donec peperit Iesum filium suum primogenitum, peculiarem phrasim esse, similem huic: Igitur Michol filie Saul,

2 Cor. 5.  
Galat. 3.

De uirginitate Mariæ et fratribus Christi.

Esaiæ 7.  
Ezech. 44

2 Sam. 6.

## ADVERSUS ANABAPT.

Gen. 11. et 13

non est natus filius usque in diem mortis suæ: ut autem non sequitur, Michol post mortem filios natos esse: ita etiam non sequitur, Mariam post Christum natum à Iosepho cognitam fuisse. Iacobum quoque minorem ostendebam fratrem domini nominari usitato more scripturæ, quo fratrum aut sororum liberi fratres nominantur: ita nanque Abrahamus Lothum fratrem suum appellat, qui tamen non frater, sed Arammi fratris eius filius erat. Cum uero hac responsione non contentus esset, ostendi illi Iacobum, qui frater domini nominatur Marci capite sexto, neque Iosepho patre, aut Mariæ matre natum esse, sed Alphaei & Mariæ filium fuisse, non uirginis, sed ipsius sororis, quæ Ioannis capite decimo nono, soror Mariæ, & à patre Maria Cleophe nominatur: idem etiam confirmabam ex decimo capite Matthæi, & ex sexto & decimo quinto capite Marci. Quamobrem tandem confessus est se errasse, neque expendisse scripturas, & ideo etiam non intellexisse: quam nunc opus habere interpretatione agnosceret.

Christum & apostolos scripturas interpretatos esse.

Præterea præclara exempla habemus eorum qui scripturas interpretati sunt, inter quos iure primum locum obtinet Christus dominus, qui Esaiæ uerba interpretatus est, ut Lucas quarto capite docet, et alias etiam scripturas, Lucas 24. Petrus cum alias scripturas, tum maxime Psalmum 16. interpretatus est in ea concione quam habuit in die Pentecostes, Act. secundo capite. Ecclesia Hierosolymitana Davidis uerba ex secundo Psalmo interpretata est, Act. quarto capite, Philippus discipulus domini, uerba Esaiæ 53. cap. Eunuchus Aethiopi interpretatus est, atque illum ad Christianam fidem conuertit. Pauli omnia scripta testantur ipsum in usu habuisse, ut frequenter scripturas interpretaretur.

Quomodo scriptura interpretanda sit.

Postquam igitur certum est, scripturas interpretandas esse, deinceps considerandum erit, quomodo eas interpretari oporteat.



oporteat. Neq; enim à fidelibus quæuis interpretatio reci-  
pienda est. D. Io. probare nos iubet spiritus an ex deo sint. 1. Ioan. 4.  
Quare certas notas esse oportet, quibus uerus & falsus sen-  
sus deprehendi possit: imò tam interpretes, quàm auditores,  
communes quasdam regulas habere oportet, ex uerbo dei  
desumptas, quibus ad uerum intellectum perducantur, & e-  
um uicem qui à pietate Christiana alienus est. Primum ita-  
que animo tenendum est, scripturas non ab hominibus exor-  
tas aut prolatas, sed à deo traditas, & per spiritum sanctum  
inspiratas esse: quamobrem etiam uerum scripturarum in-  
tellectum, non à carne, sed à spiritu, à quo inspiratæ sunt, pe-  
tere & accipere oportet. Ad id autem requiri frequentes  
preces et inuocationem ex fide, qui uis cernit, item ut serium  
adsit studium humilitatis & modestiæ, simplicitatis, sancti-  
monie & castitatis, pacis & concordie. Has enim uirtutes Iacob. 3.  
spiritus sanctus amat: odit autem & fugit superbiam, arro-  
gantium, malitiam, corda carnalia & profana, impurita-  
tem, discordiam, contentiones, odium, inuidiam, disidia.

Deinde scripturarum interpretationem conuenire oportet  
2. (ut etiam supra docuimus) dogmatibus fidei, Christiane  
charitati in deum atque homines. Nam ad Romanos Pau- Rom. 12.  
lus ait, Nam per gratiam quæ mihi data est, dico cuius uer-  
santi inter uos, ne sapiat supra quàm oporteat sapere: sed  
sapiat ad sobrietatem, prout cuique deus partitus est men-  
suram fidei. Et idem apostolus breui summa scripturas com- 1. Tim. 1.  
plectitur, & ait: Porrò finis mandati, est charitas ex pu-  
ro corde, & conscientia bona, & fide non simulata. Quin  
hoc ipsum quoque iam ante Christus dominus docuerat,  
Matth. 7.  
dum ait, Omnia igitur quæ uolueritis ut faciant uobis ho-  
& 22.  
mines, ita & uos facite eis. Ista enim lex est & prophe-  
te. Et alibi: Diliges dominum deum tuum ex toto corde  
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud

ADVERSUS ANABAPT.

est primum & magnum mandatum: secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum ut teipsum. Ab istis duobus mandatis tota lex & prophetae pendent. Quare ex his ueritatis diuinæ testimonijs certissime efficitur, scripturarum omnem interpretationem quæ non conuenit fidei & charitati dei ac proximi, falsam & fugiendam esse: quæ autem dirigitur huc, ut ad fidem & charitatem referatur, etiam si alioqui imperfecta est, tamen sana est interpretatio, neq; abijci debet.

3. Præterea ante omnia scripturarum interpretatio ad dei gloriam referri debet, non ad hominum aut creaturarum honorem, sed ut dei uoluntas fiat. Nam & dominus in Euangelio ait: Quomodo uos potestis credere, quum gloriam alij ab alijs captetis, & gloriam quæ à solo deo proficitur non quæritis? Ac rursus: Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit: qui autem querit gloriam eius qui misit ipsum, hic uerax est, & iniustitia in eo non est.

4. Sunt item communes regule secundum quas scripturas interpretari oportet: inter quas hæc est, Ea quæ uno loco scribuntur obscurius & dubia sunt, collatione aliorum locorum illustranda sunt. Nam scripturarum loca pauciora et obscuriora, per plura & euidentiora sunt interpretanda. Quemadmodum D. Petrus docet 2. Epistola, cap. primo: et

Matth. 4. Christus, qui satanæ afferenti scripturam, aliam scripturam opposuit.

5. Plurimum item facit ad interpretationem scripturæ, circumstantiarum obseruatio: nempe, cum diligenter expenduntur tempora, loca, personæ, occasiones, causæ, & alia his

his similia. Sic Paulus querit, quo tempore Abrahamo si- Rom. 4.  
des imputata sit ad iustitiam, ante ne an post circumcisionē.  
Plura præterea huius generis exempla possent afferri, sed  
his contenti erimus: et, ut arbitror, satis probauimus, doctri-  
nam nostræ ecclesiæ de scripturarum interpretatione, nihil  
habere iniquum & à Christiana religione alienum, ideoq;  
Anabaptistas iniuria nos accusare, ac eos si paci, quemad-  
modum decet, studerent, nullas iustas causas habere defectio-  
nis & secessionis à nostra ecclesia. Atque hoc loco, gratijs  
actis deo pro ipsius beneficijs, tertium librum aduersus Ana-  
baptistas finiam.

## ADVERSUS ANABA- PTISTAS LIBER IIII.

Nostram salutem in Christo Iesu & eius re-  
demptione duntaxat positā esse: recipi autē à no-  
bis fide, nō operibus: & hanc esse prophetica,  
Euangelicam & apostolicam doctrinam, non  
concionatorum leuem & remissam doctrinam.  
Cap. 1.



**D**EINCEPS, deo adiuuante, quartū librū ex-  
ordiemur à præcipuo dogmate euangelij Chri-  
sti, quo docetur, omnem nostram salutem in uni-  
co dei filio domino nostro Iesu Christo positam  
esse, qui sit nostra iustitia, satisfactio, & precium pro pec-  
catis nostris: recipi autem à nobis salutem & hunc unicum  
seruatorem sola fide, non per opera. In hoc autem præcipuo  
dogmate fidei non leuiter errant Anabaptiste. Nā cum hæc  
clare & simpliciter à nobis prædicantur, dicūt nostras con-  
10.



## ADVERSVS ANABAPT.

ciones leues & remissiores esse, præsertim hoc sæculo adeo prauo et corrupto, in quo potius sit de bonis operibus prædicandum. Homines enim cum audiant salutem in sola Christi satisfactione positam esse, & nos fide non operibus iustificari, fieri securos & negligentes. Non negauerim aliquos ipsorum recte de hoc dogmate sentire, uerum ego hæcenus paucos uel potius neminem eorum cognoui qui non in hac parte impegit. Nonnulli qui se probos doctores iudicant, docent quidem fidem iustificare, ita tamen ut opera quæque nostra ad id iuuent, neque fides sola iustificet: itaque iustificationem partim fidei, partim bonis fidei operibus ascribunt. Assentiuntur autem hac ratione quibusdam Pontificijs, & illis cum quibus Paulo apostolo tam grauis contentio fuit, cuius in epistolis meminit, præsertim ad Galatas & Philippenses, & Lucas Act. 15. Nonnulli enim contra Paulum docebant, fidem in Christum absque lege non seruare. Sed omnes apostoli & tota ecclesia Hierosolymitana Paulo consenserunt, & aduersarios Pauli, ac omnes qui eadem cum illis docent, damnarunt.

Ordo tra-  
stationis  
20. dogma-  
tis.

Ne autem prolixis & alte repetitis questionibus hæc, quæ alioqui perspicua, utilis & necessaria cognitio est, obscuretur, et prolixa ac uerbosa oratione infrugifera fiat, breuiter demonstrabo doctrinam nostram in hac causa niti scripturarum testimonijs, & ueram ac ueterem Euangelicam & apostolicam doctrinam esse: Anabaptistarum autem accusationem, qua contra nos utuntur, tam iniquam esse, ut nisi hanc Euangelicam & apostolicam doctrinam ipsi quæque recipiant, saluari non possint. Quare nunc tantum præcipua capita huius causæ tractabo.

De Christi  
plena satis-  
factione  
pro nobis  
peccato-  
ribus.

De domini nostri Iesu Christi plena satisfactione pro nobis miseris peccatoribus, quædam superius 3. cap. 1. libri contra Muncerum à me scripta sunt. Quibus hæc adiungo, gratias

gratuitum donum diuinæ gratiæ seu remissionem peccatorum, quam in articulis fidei confitemur, & petimus in oratione dominica, quam docet Paulus Galat. 3. Rom. 4. & 11. cap. solam satis esse ad euertendū meritum & satisfactionē humanorū operum. Nam negari non potest, nos ea non mereri quæ nobis gratuito donantur. Gratia enim siue donum & meritum non consistunt simul, quemadmodum Paulus ad Rom. 11. cap. docet. Sed salus gratuito nobis donata est: nam Ephes. 1.

antequam fundamēta mundi iacerentur, electi sumus, ut ex gratia sanguine Christi ablueremur. Quamobrem etiā credimus remissionem peccatorum. Debitori autē nomina seu debita remittuntur et inducuntur, qui non est soluendo: qui enim soluit, uel soluere potest, remissione non habet opus. Lucæ 7.

Duos debitores, inquit dominus in Euangelio, fuisse cuidam creditori, qui quum non essent soluendo, gratificatus est utrisq;. Et hoc illud est quod Paulus ait, Deum nos adoptasse in filios per Iesum Christum, in semetipso, iuxta beneplacitum uoluntatis suæ, ad laudem gloriôsæ gratiæ suæ. Satisfacere uero, est tantum facere quantum satis sit ad eius iram placandam qui tibi irascitur: uel tantum alicui dare quantum is postulat, & tu illi debes. Quis autem in terris uiuit in hac misera carne peccato obnoxia, qui conari ausit terribilem dei iram, quæ in nos & peccata nostra exarsit, sedare & extinguere? Quis autem ita locuples, qui omnia debita quibus deo oberatus est, & cuncta quæ deus exigit, soluere possit? Si enim hoc facere possumus, cur filius dei de cælo descendit? Num dicturi sumus, nos nostros liberatores esse? Absit. Sic enim (ut supra diximus) dominū, qui nos redemit & liberauit, abnegaremus. Satisfacere, precium persoluere, liberare, recōciliare, re ipsa idem sunt. Quare cum unus tantum & æternus liberator seu redemptor sit tam in cælo quàm in terra, sequitur necessariò unicam tantum æ

## ADVERSUS ANABAPT.

ternam & plenam satisfactionem esse, nempe mortem seu supplicium domini nostri Iesu Christi. Verum hæc deinde clarius exponentur.

In uno ac solo Christo salutem nostram positam esse.

2. Quod uero præterea docemus, nos sola fide absque operibus à peccatis mundari, iustificari & saluari, à priorè doctrina unica, æternæ & plenæ satisfactionis Christi dependet, idq; hac ratione. Salus hominum, peccatorum remissio, iustitia & beatitudo, non aliud fundamentum habere possunt, quàm dominum nostrum Iesum Christum. Quod Paulus docet, dicens: Nemo aliud fundamentum iacere potest præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et similiter D. Petrus, In nullo alio salus posita est. Quoniam non aliud nomen hominibus sub cælo datū est, in quo ipsos saluari oporteat. Quamobrem tantummodo incarnatione, morte & resurrectione Christi, hoc est, tota uita & obedientia Christi, deus nobis placatus est & reconciliatus, ut nobis peccata nostra propter Christi sanguinem non amplius imputet, sed ut innocentiam, obedientiam & iustitiā Christi nobis imputet, ita ut ea iam nostra fiat: hoc autem modo in Christo & eius reconciliatione, satisfactione, & redemptione iustificamur, liberamur à peccatis, & reddimur heredes uitæ æternæ. Sed hac de re audiantur pluræ testimonia sacrarum literarum. Paulus ad Romanos: Omnes enim peccauerunt & destituuntur gloria dei. Iustificatur autem gratis, (ex gratia absq; merito) per redemptionem factam per Christum Iesum: quem proposuit deus placamen per fidem in sanguine suo, &c. Quarto deinde capite eiusdem epistolæ docet apostolus multis rationibus, peccata nostra propter Christum nobis non imputari, sed condonari, fidem uero siue Christi iustitiam, quam fide apprehendimus, & nostram esse credimus, nobis imputari ad iustitiam. In posteriori ad Corinthios ita scribit: Deus reconciliauit

Rom. 3.

2. Cor. 5.



ciliavit nos sibi per Iesum Christū. Deus enim erat in Chris-  
 to, mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata  
 ipsorum. Fecit enim ut is qui non novit peccatum, pro nobis  
 peccatum esset, ut nos efficeremur iustitia dei in eo. Ac rur-  
 sus ad Colossensen. 1. cap. ait: Quoniam in eo complacuit Pa-  
 tri, ut omnis plenitudo inhabitaret, & per eum reconcilia-  
 ret omnia sibi, tum quæ in terra, tum quæ in cælis sunt, pa-  
 cificans per sanguinem crucis suæ, per semetipsum. Quo-  
 niam vero apostolica hæc doctrina etiam confirmatur scri-  
 ptis Evangelicis, uelut 1. 3. 5. 6. & 10. cap. Ioannis, firmiter  
 absq; dubitatione credendum est, salutem nostram positam  
 esse duntaxat in uno & æterno saluatore Iesu Christo.

Peccatum  
 hoc loco no-  
 minatur ut  
 sima pro  
 peccato, seu  
 precium pro  
 peccato,  
 quod figu-  
 ratum fuit  
 per caprum  
 expiatorium,  
 Leuit. 16.

3. Salus autem, hoc est, remissio peccatorum, iustitia,  
 & æterna beatitudo, quæ duntaxat in Filio dei posita est,  
 & comunicatur nobis ab ipso per spiritū ipsius, & a nobis fide  
 recipitur. Ideoq; scriptura ait, homines fide iustificari, non  
 operibus. Christum enim dominum & omnem eius gratiã  
 fide recipimus, cum ex intimo corde (illustrati spiritu san-  
 cto) firmiter confidimus, & statuimus, deum patrem ex sua  
 gratia & misericordia, in filio suo nobis propitium esse, &  
 propter ipsum peccata nobis non imputare, sed obedientiã  
 & iustitiam Christi, ac nos quos iam liberos pronunciauit  
 a peccato, morte, satana, & inferis, pro liberis suis agnosce-  
 re. Quin etiam promissio dei in Christo sola fide recipi po-  
 test, non operibus, ut scilicet hoc uel illud opus faciamus.  
 Atq; hoc dominus in Euangelio docet, proposito æneo ser-  
 pente, qui fuit Christi typus: nam ut tantum uita in hoc me-  
 dio à deo instituto representata fuit, & extra hunc in nul-  
 lis alijs medijs fuit: ita salus quoq; tantum posita est in Filio  
 dei crucifixo: item ut israelitæ uitam non aliter seruare po-  
 terant, quam obedienter intucendo serpentem: ita nunc quoq;  
 uita & omnia bona Christi tantummodo per fidem Chri-

Fide in  
 Christum,  
 Christus  
 & salus à  
 nobis re-  
 cipitur.

## ADVERSUS ANABAPT.

stianis communicantur. Qui enim uulneratus erat à serpente  
tibus ignitis, nullis operibus, qualiacunq; tandem fuisset,  
potuisset sanari, etiamsi omnes suas opes deo sacrificasset,  
si totū diem orasset, si corpus castigasset & ieiunasset, tan-  
tum obediendum erat, & serpens respiciendus. Similiter  
nos quoq; per fidem (qua uere et spiritualiter Christum in-  
tuemur) donorum dei & Christi participes reddimur, qua-  
liacunq; tandem illa sint.

Operum di-  
uersa gene-  
ra, seu di-  
scrimina.  
Rom. 3.  
Galat. 2.

Commemorantur in sacris literis opera quæ legis opera  
nominantur, nempe quæ secundum legem fiunt, ueluti non  
furari, non mœchari, aut alia facere quæ diuina lege uetantur.  
De huiusmodi operibus Paulus loquitur, Non iustificabitur  
ex operibus legis omnis caro. Non aspersionem gratiam  
dei: nam si per legem est iustitia, igitur Christus sine causa  
mortuus est. Alia præterea sunt opera quæ fidei nominari  
possunt, nempe quæ à fidelibus hominibus fiunt: ueluti Ab-  
rahami opera, qui ante legem uixit, ac uera fide fuit præ-  
ditus. Itaq; ipsius opera, non legis, sed fidei opera fuerunt.

Rom. 4.

De huiusmodi etiam Paulus loquitur: Quid igitur dicemus  
Abrahamum patrem nostrum adeptum esse secundum car-  
nem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet  
quod gloriatur, at non apud deum. Quid enim scriptura dicit?  
Credidit Abraham deo, & imputatum est ei pro iustitia.  
Quamobrem necessario nunc sequitur, nos nullis operi-  
bus quodcunq; nomen habeant, siue legis, siue fidei, sed tan-  
tum sola fide iustificari coram deo. Quis aut tam insipiens  
est, qui non intelligat oportere arborem, quæ bonum fructum  
ferat, iam ante bonam esse? Ita si bona opera facere debe-  
mus, necesse est nos ante bonos & iustos esse. Quid autem  
nos iustos facit? Equidem opera hoc non faciunt, quæ demum  
sequuntur cum iusti sumus, sed fides in Christum. Ex fide  
autem à fidei qui iam in Christo iustus factus est, fiunt bona  
opera

Nos sola  
fide, nō per  
opera iustis-  
ficari.

opera, neq; præcedunt iustificationē, ut eius sint causæ aut merita. Prius enim bonum esse oportet quàm quis bona opera possit facere. In Christo autem ex fide ex mera dei gratia iustificamur. Quamobrem firmum est & uerum, nos sola fide non per opera iustificari: nam sola fide non operibus Christum recipimus & amplectimur, & eius gratiæ reddimur participes.

Verum perspicuitatis & maioris certitudinis causa audiuntur perspicua & clara testimonia sacrarum literarum. Ioan. 6. cap. ponuntur à Christo domino hæc sententiæ tanquam pares & eiusdem sensus: Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. Item: Amen dico uobis, qui ederit me, uiuet ipse propter me. Nam quemadmodum ore cibos, sic fide Christum percipimus. Beatus uero Petrus apostolus ait, Christo Iesu omnes prophetas testimonium ferre, quod remissionē peccatorū accepturus sit per nomē eius quisquis crediderit in eum. En hic dicitur, quisquis in Christum crediderit, eum remissionem peccatorum accipere: ideoq; doctrina hæc de peccatorum remissione prophetica & apostolica est. Nam eodem modo Paulus quoq; locutus est corā rege Agrippa: ait enim, deum sibi dixisse, Mitto te ad Gentes, ut aperias oculos eorum, ut se conuertant à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum, ut remissionē peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem quæ est erga me. Et idem apostolus alibi clarius inquit: Sciennes non iustificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi: etiam nos in Christū Iesum credidimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Vere autem hoc loco dici potest, si opera nō iustificant quæ secundum legem dei fiunt, multo minus nos saluabunt opera à nobis pro nostro arbitrio excogitata. Præsertim cum dominus tam clare dixerit, Frustra me colunt docentes do-

Act. 10.

Act. 16.

Galat. 3.

Matth. 15.

Matth. 23.



ADVERSUS ANABAPT.

Ephes. 2.

doctrinas mandata hominum. Sed audiatur aliud Pauli testimonium euidens in hac causa, ad Ephesios ait: Gratia estis seruati per fidem: idq; non ex uobis: Dei donum est: non ex operibus, ne quis glorietur. Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ preparauit deus ut in eis uersaremur.

Doctrinam nostram nõ esse leuem aut mollẽ.

Quandoquidem uero ita probauimus, ut contradici non possit, doctrinã nostrã de satisfactione Christi & nostra salute, quæ duntaxat in Christo posita est, à quo tantum per fidem in ipsum, non per opera, iustificamur, absoluiamur à peccatis & iudicio dei, & hæredes reddimur æternæ uitæ, Euangelicam & apostolicam, imò etiam propheticam doctrinã esse: uideant deinceps Anabaptistæ quomodo se excusare possint, qui doctrinam nostram leuem couitiati sunt. Si enim nostra doctrina leuis est, oportebit Christi, apostolorum & prophetarum doctrinam mollem & leuem esse. Id quod alienissimum esse debet à cogitationibus Christiani hominis. Potius cogitandum est, Anabaptistas in iudicando nimis leues esse. Hortor autem omnes Christianos, ut Anabaptistas illos caueant, qui sanam nostram doctrinam de iustificatione & salute hominis nimis leuem esse censent. Nam quia in hoc summo fidei dogmate errant, nihil iustum & solidũ apud illos esse poterit. Nobis autem non nouũ aut mirum est, culpari propter conciones, quibus omnem honorem deo & eius gratiæ ac fidei in Christum ascribimus.

Euangelicã doctrinam semper leuitatis accusatam esse. Rom. 3. 5.

Scripturæ enim testantur eadem, D. Paulum apostolum hac ipsa de causa paria passum esse. Nam Pauli aduersarij ipsum infamabant, quod sua doctrina gratiæ, doceret facere mala, ut euenirent bona, & gratia abundaret, &c. Erant etiam aliqui Pauli ætate, ut nunc quoq; sunt pseudoeuangelici, qui predicatione gratiæ de Christo, de fide, de amplius diuine gratiæ, de Christiana libertate, abutebantur ad exemplendas

plendas cupiditates suas: nihilominus tamē apostolus in prædicanda gratia perrexit, & constanter atque uehementer docuit & scripsit, nos fide, non per opera iustificari, neque doctrinam propter illos mutauit, qui bona opera non habebant, & fidem Christianam falso suæ nequitie prætexebant. Interim tamen tales acriter reprehendit, quod hodie quoq; faciendum est.

Quid nam Euangelicæ & apostolicæ literæ de bonis operibus doceant: ac nihilominus doctrinam de sola fide iustificante, puram & inuiolatā in ecclesia Christi seruandam esse. Cap. 2.

**Q**uamobrem à nobis quoq; deinceps exponendum est, quid de bonis operibus Euangelicæ & apostolicæ literæ doceant. 4. Quamuis autē iustificationem illis non tribuimus, nullo modo tamē aspernamur & contemnimus fidelium bona opera. Confitemur enim uerum esse, sicuti ex bona arbore boni fructus nascantur, ita etiam ex fide facere fideles bona opera. Itaq; qui fidem iactant, neq; ullos fructus aut signa fidei habent, declarant se potius simulatos quàm ueros Christianos esse. Sacræ autem literæ tales in Euangelistarū et apostolorū scriptis grauer reprehendunt. Dominus enim ait, Quid me dominū dicitis, neq; facitis ea quæ mando uobis? Qui audit sermōnes meos, & facit eos, similis est uiro prudenti, &c. Beati sunt qui audiunt uerbum dei, & faciunt illud. Qui mandatū meum seruat, hic est qui me diligit. Nisi quis in me manserit, eiectus statim ut palmes arefcet: deinde colliguntur isti palmites, & in ignem conijciuntur, & ardent. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, fructum multum feretis. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrū qui in coelis est. Et D.

Ex fide sed  
qui bona  
opera.

Math. 7.

Lucæ 11.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Math. 23.

ADVERSUS ANABAPT.

Petrus: Ad hoc ipsum uero uos omni præterea collato studio adificite cum fide uestra uirtutem, cum uirtute uero scientiam, &c. 2. Pet. 1. Huc spectat quod à Paulo scribitur: Hæc est uoluntas domini, sanctificatio uestra, ut contineatis uos à scortatione, &c. 1. Theß. 4. Item quod in omnibus sermone epistolis primum diligenter de fide, deinde de bonis operibus scribit, & ad illa hortatur & sollicitat. Ad Titum ait, Deum profitentur se scire, sed factis negant: quum sint abominandi, & immorigeri, et ad omne opus bonum reprobis. D. etiam Iacobi doctrina huc spectat 2. cap. Itaque ex Euangelica & apostolica doctrina fideles grauitate ad bona opera hortamur, neque minori grauitate illos reprehendimus, qui in peccatis absque ulla uitæ emendatione uiuunt, neque ueram fidem, secundum apostolorum doctrinam, ueris fidei fructibus declarant.

Non damnamus bona opera, sed errores qui illa consequuntur.

Cum igitur hæc in nostris ecclesijs faciamus, non reijcimus bona opera, neque ea nullius momenti esse dicimus: non improbis hominibus frena laxamus, neque gratiæ prædicatione ipsos ad impie uiuendum prouocamus, quemadmodum nonnulli falso nobis impingunt. Fatemur enim bona opera docenda & urgenda esse in ecclesia Christi, ideoque nos ipsi hoc facimus. Interim diligenter cauemus, ne errores, qui libenter commiscuntur & coniunguntur bonis operibus, ea corrumpant: ueluti quum bona opera ipsi nostro arbitrio constringimus, quæ neque ex spiritu sancto, neque secundum dei præcepta fiunt, imò nonnunquam contra dei sermonem fiunt: ite, quod operibus tribuitur meritum uitæ æternæ, atque hæc de causa homines fidunt operibus, de illis glorientur, se perfecisse legem, satisfecisse pro peccatis, & coelum meruisse aiunt: præterea quod dicitur, bona opera esse necessaria ad salutem consequendam, & absque illis neminem saluari posse, aut unquam saluatum esse, & si qui alij sunt huius generis errores: his fateor uerbo dei resistimus, ut salus illi soli ascribatur, cui soli



soli debetur. Ideoq; cū nostra opera, que ex fide facimus, iustitia nominantur, docemus, ea nō propter nos sic nominari, sed propter Christi iustitiam, quæ per fidem nostra est: ex illa enim oriuntur, & propter illam deus ipsa accepta habet, & mercedem eis pollicetur & dat. Nihilominus firmū & uerum est, nos prima Christi iustitia per fidē iustificari, absq; nostris meritis, ac deinde altera iustitia operū, quæ ex fide sequitur, sese exerit, & iustitia nominatur & est. Sed hac de re nos alibi copiosius scripsimus.

Quomodo  
opera nos-  
tra iustitia  
sunt.

Non autem aduersamur quo minus postremis his corruptis temporibus serio doceantur bona opera, & mala grauius corripiantur, sicut D. Paulus docuit 2. Tim. 3. & 4. Interim hoc palam dicimus, ante omnia & quā diligentissime studendum esse, ut summū dogma de gratuita iustificatione per fidem Christi absq; operibus et meritis hominum, conseruetur in ecclesia, & doceatur pure & simpliciter ac perspicue, neq; ullo modo contaminetur. Præcipue autem cause quæ nos mouent ut sic statuamus, hæc sunt.

Quid po-  
stremis his  
temporibus  
docendum  
sit.

A mundi initio, ingenti consensu omnium piorum, sanctorum Patriarcharum & prophetarum, fides hæc & doctrina tradita fuit, homines in promisso semine per solam fidem salutem consequi. Magna semper fuit in ecclesia auctoritas Abrahami patriarchæ, & Dauidis regis præclarissimi. Nam alter omnium fidelium, hic uero domini nostri Iesu Christi pater nominatur. De ambobus uero D. Paulus testatur, eos non suis operibus aut meritis, sed per fidem in Christum ex gratia saluatos esse. Superius uero ex D. Petri testimonio cognouimus, omnes prophetas testimonium ferre domino nostro Iesu Christo, quod remissionē peccatorū accepturus sit quisquis in eum crediderit. Hanc doctrinā confirmauit, & approbauit concilium Hierosolymitanū, et inter alia diserte suo testimonio confirmauit, Paulū recte do-

Cause quæ  
re doctrinā  
gratuitæ iu-  
stificationis  
pura & in-  
contamina-  
ta in eccle-  
sia seruari,  
& doceri  
debeat.

A. B. 113

ADVERSUS ANABAPT.

Galat. 1.

cere, ipsius aut aduersarios, qui legi & operibus iustitiam ascribebant, impostores & turbatores esse, qui nullū ab apostolis mandatū acceperint. Huc quoq; merito refertur Christi exemplū, qui doctrinā iustificationis per fidē fideliter et diligentissime docuit, Matth. 16. præcipue tamē in Euangelio Ioannis, ac maxime 3. 5. 6. 8. 10. & alijs deinceps capitibus.

Soli deo omnem honorem debent.

Quis uero negare potest, ante omnia Christo suū honorem conseruandum esse, qui illi uni debetur, neq; illum cuiquam alteri cōmunicandū? Quis uero alius summus ille honor est, qui uni Christo debetur, quā quod ipse solus ex homine peccatore, iniusto & satanæ filio, probū, iustum et dei filium facit? Nam & Paulus ipsum inquit iustū esse, et iustificante eum qui est ex fide Iesu. Quod si nobis nostrisq; operibus partem aliquā iustificationis uendicamus, neq; humiliter & cum gratiarū actione totum gratiæ dei in Christo tribuimus, nōne Christū suo honore spoliamus? Quin etiā si nobis hæc aliquo modo ipse cōmunicat, potius tamen gratiā ipsius laudare quā nos ipsos hoc nomine extollere debemus. Sancti prophætæ, Esaias 44. et Ieremias 33. prædicunt

Rom. 3.

liberatos & iustificatos, gratos fore, & omnem gloriā domino redemptori ipsorum duros. Ita etiam Petrus docet, 1. Pet. 2. & Paulus Ephes. 1. Huc quoq; spectat cœna dñi nostri Iesu Christi, & sacrificiū laudis & gratiarum actionis.

Etenum si summū hoc dogma Christianæ religionis labefactatur, neq; purū & inuiolatum retinetur, non modo gratia dei cōtemnitur, uerū promissiones quoq; locū nō habet, & præter oīa salus nostra incerta fit & dubia, & simul cōscientijs certitudo & consolatio subtrahitur. Nā si per nostra opera iustificamur et saluamur, quæ nam gratia restat, aut quid habet quod agat? An obliti sumus uerborū Pauli? Quod si per gratiam, non iam ex operibus: alioquin, gratia iam non est gratia. Sim ex operibus, iam nō est gratia: alio-

Gratia abnegatur. Rom. 11.

quin

quin, opus iam non est opus. Si item operibus nostris peccatorum remissionē & uitā aeternā promereri possemus, quid opus fuisset deum ab initio mūdi, et semper deinceps, Semē benedictum, & Germen Dauidis promittere, hoc est, Filiū suum, & in ipso ex sola gratia fidelibus salutē polliceri? Si deniq; salus pendet à nostra iustitia, & à nostris operibus & meritis, quis unquā illis cōfidere poterit? Quis uero hominum seipsum cōsolare & sibi persuadere poterit, opus à se factū, quod imperfectū esse agnoscit, ac cui multa admodū desint, promeruisse sibi peccatorū ueniā & regnum cœlorum? Hinc certe nil nisi dubitatio oritur, imò desperatio, & salus fit incerta. At ex aduerso Paulus docet, eos qui iustificati sunt ex fide pacē habere, esse securos & certos salutis. Non enim ponunt salutis spē in carne & sanguine, & in imperfectis opibus carnis peccatricis, sed in merito & redemptione & summa potentia uiuentis Filij dei: qui ideo quoq; de seipso ait, Qui me ederit & biberit, non esuriet et sitiet unquā. Cum mors instat, & aduersus diabolū pugnandum est, nihil est quod fidelē solari et sustentare possit, quàm hoc summū dogma, nos gratia & misericordia dei per mortē & unicum atq; aeternum meritū domini nostri Iesu Christi, per fidem, non per merita nostra saluari. Ad hanc sententiā pertinent Pauli uerba: Etenim si ij qui ex lege sunt, hæredes sunt, inanis facta est fides, et inanis reddita est promissio: nā lex iram efficit. Propterea ex fide facta est promissio, ut sit per gratiā, ut firma sit promissio toti semini, &c. Rom. 4.

Vbi autem est uera fides, ibi sunt omnis generis fructus bonorū operum. Vbi nō est fides, ibi nulla sunt bona opera, sed mera peccata, quod clare testatur Paulus Rom. 14. Hebreorū 11. Itaq; si bona opera faciendā sunt ab hominibus, prius eos credere oportet. Nisi enim fidei doctrina præcedat, frustra laboratur in docendis operibus. Errāt itaq; A=

Promissio-  
nes dei abo-  
olentur.

Salus du-  
bia & inc-  
certa fit.

Rom. 5.

Ioan. 4. 6.



## ADVERSUS ANABAPT.

Doctrinam  
nostram de  
fide & ope-  
ribus, Chri-  
stianam esse.

Anabaptistæ qui opera subinde urgent, & fidem minoris esse quodammodo iudicant. Spero autem uniuersos intelligere ex his quæ hactenus quàm breuissimè ex uerbo dei à me cõmemorata sunt, nostram doctrinã de unica & plena domini nostri Iesu Christi satisfactione, ac de iustificatione per fidẽ ex merito Christi, nõ per opera aut merita nostra, (qua tamẽ opera nõ abijcimus, uerum illis honestũ locum damus, eaq; tuemur) esse ueram, iustam, propheticã, euangelicam, & apostolicam, nõ uitiosam, & nostris temporibus nimis leuem et mollem: ideoq; Anabaptistas immerito doctrinã et ecclesias nostras fugere. Quamobrem ipsos hortor, ut non fugiant hanc doctrinã, sed potius toto corde amplectantur, quo per ueram fidẽ ex dei gratia & misericordia, in Christo unico seruatore nostro unã nobiscũ salui fiant: ne idem illis quod Israelitis accidat, de quibus Paulus scribit, Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiã autem eam quæ est ex fide. Israel uero, qui sectabatur legẽ iustitiæ, ad legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed uelut ex operibus legis sectabatur, Rom. 9.

De uero fine et usu diuinæ legis, quare scilicet  
lex à deo data sit: & an à nobis seruari & imple-  
ri possit: item quomodo impleatur. Cap. 3.

Legem ser-  
uare.

11.

**Q**uemadmodũ in præcipuo dogmate iustificationis & salutis per fidem Anabaptistæ grauiter impingunt, ita in doctrina de fine seu usu et obseruatione legis multũ aberrant: de quibus tamẽ nos accusant quod falsa doceamus, & aiunt docere nos legem ab homine seruari non posse, cum tamen omnes scripturæ legem seruare iubeant. Produnt uero sese hoc loco, cuius generis doctores sint, illis nempe similes, quos Paulus ait à ueris & necessarijs dogmatibus aberrasse, & deflexisse ad uaniloquentiam, qui

1. Tim. 1.

quibus

quum uelint esse doctores legis, non intelligunt quæ loquuntur, neq; de quibus asseuerent. Quamobrem illustrandæ rei gratia, ad erudiendos simplices, & ad explicandam & defendendam uerã nostram doctrinã aduersus Anabaptistarũ imperitiã, quæ tamen singularis & illustris sapientiæ nomine nihilominus se uenditat, finem & usum ac obseruationem legis paucis explicabo, ut facile perspiciatur Anabaptistarum error, & quo loco illi impingant.

Lex homini à deo in certum finẽ data est, & tribus præcipue de causis. Primum, ut hominẽ scipsum ignorantem, solum de doceat quis nam & qualis sit: ut eum deducat in cognitionem sui ipsius, quo scilicet agnoscat in se, hoc est, in hominẽ, & in omni carne nihil boni esse, sed solum peccatũ, iniustitiã, et omne malũ inesse humanæ naturæ, in animo, cogitatione, dictis & factis. Hæc autẽ efficit lex hac ratione. Requirit ab hominẽ non tantum externa opera, ut nõ occidat, mœchetur, furetur, sed etiã ut nõ concupiscat, imò ut nullas penitus prauas cupiditates habeat: atq; ut ex corde, & toto animo, omniq; sua natura, mente & cogitatione sit sanctus, purus, et irreprehensibilis, imò perfectus quemadmodũ deus ac dominus noster perfectus est: quẽ etiã præ omnibus amare lex iubet, tota anima & omnibus uiribus, & illi perfectã obedientiam exhibere. Cum itaq; legem & mandatum tantum sanctum homines sibi proponunt, ad id suas cogitationes, naturam ipsam, & dicta atq; facta examinant, deprehendunt naturam suam inobedientem esse diuinæ legi, & planè contumacem, quæ omnia concupiscit, & uult ac facit, quæ lex concupiscere uelle ac facere uetat. Hac autem ratione, interius etiã lucente spiritu sancto, homo in sui ipsius cognitionẽ peruenit, & sentit in se, hoc est in carne sua, nõ habitare bonum: imò omnem carnẽ naturam suam, morti, peccato & damnationi obnoxiam esse, & suo uitio ac culpa penitus esse cor-

Lex homini data est ad agnitionem peccati.

ADVERSUS ANABAPT.

Rom. 7. 4. ruptam, sic ut ex se nihil boni intelligere, uelle, aut facere possit. Hunc autem præcipuum & proprium legis finem et usum Paulus nos suo exemplo aliquo modo docet, Rom. 7. cap. et eadem de causa alibi scribit, legem occidere, operari iram, per legem esse agnitionem peccati, lege omne os obturari, & totum mundum sub peccatum concludi.

Lex Euangeli-  
gelio oppo-  
nitur.

Huius autem finis respectu lex in sacris literis inferior longe euangelio reputatur, in quo nobis salus per fidem in Christo annunciatur. Itaque Paulus de lege loquitur, cum eam Euangelio opponit, & legem literam nominat, doctrinam & ministerium mortis, doctrinam atramento scriptam, & lapideis tabulis insculptam, & caducam. Euangelium uero spiritum nominat, & ministerium uitæ ac gratiæ, inscriptum cordibus hominum, firmum, durabile, & uiuificum, 2. Corinth. 3. Ad hanc doctrinam pertinet sententia illa in Euangelio Ioannis 1. cap. Nam lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Cum autem Anabaptistæ & alij ignari salutis et ueri intellectus legis, audiunt huiusmodi sententias, confestim Moysen & legem dei penitus reijciunt, ac non aliter de singulari illo dei ministro quam de coactore, tortore & aliquo carnifice loquuntur, qui nihil sciat & faciat quam occidere, terrere, torquere, & ad desperationem adigere. Neque interim expendunt, hac ratione nullos ueterum saluari potuisse, cuius tamen contrarium deinceps ostendam. Quamobrem ipsos non solum hunc finem legis spectare oportebat, sed longius progredi, & querere quid hoc fundamento iacto deinde sequeretur. Nā dum Moyses nos penitus corruptos esse docet, & peccati solide cōuincit: qui, ut ante diximus, proprius est finis legis: hortatur utique nos hoc ipso, ut nostris uiribus non fidamus, uerum de illis penitus desperemus: & ita nobis aliquo modo uia sternit ad Christū: tum enim locū habet Euangelij finis

Moses uir  
ad Christū  
parat.



finis uerus & officiū, quod nos uicissim consolatur, et perfe-  
 ctionem in Christo per fidem ostendit. Ad hæc etiam Moses  
 nos iuuat, non ut legislator, sed ut præco & testis promissio-  
 num dei, ad quas lex remittit, quemadmodum Paulus docet,  
 dicēs, promissionem non abolitam esse per legem, sed legem  
 additam esse propter transgressionem, donec ueniret semen,  
 de quo promissio facta erat. Itaq; legem non aduersari pro-  
 missioni. Nam si data fuisset lex (inquit Paulus) quæ posset ui-  
 uificare, uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura  
 omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi dare-  
 tur credentibus. Antequam autē uenisset fides, sub legis præ-  
 sidio tenebamur conclusi, in eam fidem, quæ erat reuelanda.  
 Itaque lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide  
 iustificaremur. Galat. 3. Hoc autē sensu lex quoq; docet per-  
 fectam doctrinam iustitiæ fidei, quæ ipsa alioqui secūdam li-  
 teram imperfecta doctrina est, & eos qui Christum ignorāt  
 operum iustitiam docet: ex eo enim quod Christum ignorāt,  
 & legem non recte intelligunt, discunt operum iustitiam. Et  
 hoc sensu Paulus ait, iustitiam dei reuelatam esse absq; lege,  
 sed confirmatam testimonio legis & prophetarum. Itaque  
 cum Paulus ait legem tantū elementa tradere, id per synech-  
 dochen intelligendum est. Item cum scribitur ueterem popu-  
 lum carnalem fuisse, id non de omnibus, sed ex parte dunta-  
 xat intelligendum est, ac potius de illis, qui tantum literam  
 externamq; legem dei uiderunt, non autem spiritualem le-  
 gem uiderunt. Multi enim fuerūt qui Christum in lege uide-  
 runt, & ex promissionibus intellexerunt, ac per fidem iusti-  
 ficati sunt. Qua de re multa ex sacris literis disputat fidus  
 dei minister Augustinus lib. 3. ad Bonifacium, cōtra duas Pe-  
 lag. epist. cap. 4. quem si cui libet legat, ne cuiquam uidea-  
 mur nouam doctrinam afferre: etsi hæc satis iam ante Pauli  
 uerbis comprobata est. Eodem modo non est existimandum

Rom. 3.

Quomodo  
 uetus popu-  
 lus carnalis  
 fuerit.

ADVERSUS ANABAPT.

Quomodo Christus legē dei Mat. 5. interpretatur. Quare 5. ca. huius li.

Christum, Matth. 5. cap. damnare Mosē, & reijcere intel-  
lectum legis, quem ueteres illi sancti dei ministri habuerunt:  
dānat enim tantū Deuterotas, hoc est, Phariseos et Scribas,  
q̄ legem suo sensui accommodarant. Præterea cum alibi legi-  
tur, legem inutilem esse, id de litera & prauo intellectu, at-  
que abusu legis intelligendum est. Absit enim à nobis, ut le-  
gem domini simpliciter, absq; aliquo respectu, inutilem iudi-  
cemus.

Legem esse regulam ui-  
tę nostrę, et  
indicē uir-  
tutum & ui-  
tiorum.

Alter etiam est finis & usus legis, in quem à deo data est,  
ut per eam exacte uolūtatem dei cognoscamus, quid bonum  
aut malum, quid iustum aut iniustum, quid rectum & hone-  
stum, quid uitiosum & peccatum sit, quod item officium sit  
eorum qui per gratiam dei & Christi redemptionem ex se  
de iustificati sunt, cui deinceps rei studere, & quomodo uir-  
tam instituere debeant. Quantum autem ad hunc finem, ap-  
paret legem dei perfectam doctrinam esse uere bonorum op-  
erum, quę deo accepta sint. Ideo prophete et apostoli, cum  
fidelibus bona opera præscribūt, & ad ea exhortantur, cum  
peccata & mala opera arguunt & ab ijs dehortantur, de-  
sumunt suam doctrinam ex lege dei: quemadmodum etiā om-  
nis, qua utuntur, emendatio seu reformatio ex uerbo dei de-  
sumpta est: & Paulus quoque Christianum concionatorem  
doctrinam suam hinc petere iubet, 2. Tim. 3. Et Christus do-  
minus, ut in Euāgelio refertur, cum interrogatus esset, quid  
homini faciendum sit ut saluetur, ad legē remisit. Psalmo uer-  
ro 78. sic scribitur: Et statuit dominus testimonium in Iacob,  
& legem posuit in Israele: quę præcepit patribus nostris ut  
nota facerent ea filiis suis: ut cognosceret generatio posterā,  
& ut filij qui nascerentur, exurgerent & enarrarent filiis  
suis: ut ponerent in deo spem suam, nec obliuiscerentur ope-  
rum dei, & mandata eius custodirent: nec essent sicut patres  
sui, generatio deficiens à deo & rebellis, &c.

Tertium

Tertium usum habet lex in ecclesia, quod eos castigat & punit, qui doctrina & benignitate non mouentur, sed omnia contemnuunt, religioni male dicunt, eam irrident, publicam pacem & tranquillitatem turbant. De hoc usu Paulus loquitur, Lex non est iusto posita, sed iniustis, ijs qui subijci nesciunt, impijs & peccatoribus, patricidis & matricidis, homicidis, &c. Hunc autem usum adhuc apud magistratus obtinet, ut suo loco ostendemus.

Lex castigat et punit

1. Tim. 1.

Cognito itaq; uero usu legis, hoc est, quare, & in quem finem a deo data sit, deinceps, deo adiuuante, dicemus de impletione legis. Primum uero tenendum est, hominem suis uiribus non perficere diuinam legem, neq; etiam posse: caro enim naturam suam, etiam in fidelibus, ad mortem usq; seruat, ac spiritui reluctatur, et efficit ut homo bonum, quod ex lege agnoscit & faciendum esse uidet, non faciat, faciat autem malum, quemadmodum Paulus testatur Galat. 5. capite.

De impletione legis.

Hominē nō implere legem suis uiribus.

Idcoq; fidelis legem non seruat, quemadmodum oportebat.

Vnde etiam D. Petrus, Quid tentatis, inquit, deum, ut imponatis iugū (hoc est legem) super ceruices discipulorū, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi, credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illi. Quid apertius dici posset, quā quod

Act. 15.

his uerbis Petrus ait, neque sanctos Patres, neq; apostolos potuisse portare iugum, aut satisfacere legi, itaq; cunctis confugiendum fuisse ad gratiam Christi, ut se huic committerēt & fiderent, ac ita seruarētur. Non minus autem aperte hac

Rom. 7.

de re D. Paulus scribit, Scimus enim quod lex spiritualis est: at ego carnalis sum uenditus sub peccatū. Quomodo autem carnalis homo satisfacere poterit spirituali legi, aut quomodo eam hoc modo, quo oportet, seruabit? Præsertim cū Paulus addat: Non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi hoc facio. Ac plura eodē loco scribuntur, quæ huc faciunt: ex qui-



ADVERSUS ANABAPT.

bus colligi potest, Paulum de seipso loqui, qui non mere carnalis erat, sed cum carne spiritum habebat, & eius operationem sentiebat: interim tamen non dicit se legi satisfacere, sed octauo deinde capite, legis impletionem nobis ostendit, ut paulo post clarius explicabitur. Hominem uero non posse satisfacere diuinæ legi, neque eam plene seruare, pure et sincere docuerunt D. Hieronymus & D. Augustinus: alter in libr. ad Ctesiphontem contra Pelagianos: hic uero de spiritu & littera ad Marcellinum: & De peccatorum meritis & remissione lib. 2. cap. 16. Quamobrem cum hanc doctrinam ex sacris literis desumpserimus, & nihil aliud doceamus, quam quod sancti doctores ante nos docuerunt, qua quæso in re Anabaptistæ nos peccati & erroris damnabunt? Quod si recte docemus, peccat Anabaptistæ, qui eo prætextu, quasi salua de lege dei doceamus, se ab ecclesijs nostris separant.

Christū esse uerā nostram satisfactionē legis.

2. Cor. 1.

Rom. 10. Act. 13.

Secundo loco tenendum est, nostram satisfactionem aut impletionem legis in Christo positam esse. Nam Christus primū legi satisfecit, & ea quæ de ipso scripta, promissa, et in lege typis adumbrata fuerunt, impleuit. Quotquot enim sunt promissiones dei (ut Paulus ait) in ipso sunt etiā, & in ipso sunt Amen: hoc est, firmæ, ueræ & certæ sunt. Deinde Christus omnia perfecte fecit, quæ lege præcipiuntur, & perfectam obedientiam præstitit, ac perfectam iustitiam coram deo adeptus est, quam fidelibus communicat & donat, & illis pro sua (quemadmodum etiam ipsorum est ex gratia) imputat: ac hoc modo fideles in Christo per fidem legi satisfaciunt, eamque implent. Huius autem rei testimonia ex scriptis D. Pauli proferemus. Nam finis legis (inquit) Christus, ad iustificationem cuius credenti. Et alibi: Notum igitur sit uobis fratres, quod per hunc (Christum) uobis remissio peccatorum annuntiatur: & per hunc, omnis qui credit absoluitur ab omnibus, à quibus non potuistis per legem Moysis absolui. Item adhuc

adhuc apertius: Nam quod impossibile erat legi ( quatenus Rom. 8. infirmabatur per carnem) deus suo ipsius filio misso, conformato carni peccato obnoxia, præstitit: & peccatum in carne per peccatum condemnauit, ut iustitia legis compleatur in nobis, qui non secundum carnem incedimus, sed secundum spiritum.

Quamobrem his non aduersatur quod in Euangelio dominus ait, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Mandata enim proprie seruat, qui id facit ppter quod illa data sunt: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata.

præcipue autem ideo data sunt, ut per ipsa homines propriam infirmitatem agnoscant, non fidant sibiipsis, sed Christo. Quamobrem qui credit in Christum, in regnum cælorum ingreditur: Christi enim, qui legi satisfecit, perfectam iustitiam habet: præterea etiam studebit per fidem & spiritum dei, secundum legem uitam formare, & non secundum carnem, sed in spiritu ambulare. Nam hoc quoque tertio loco tenendum est, quod in omnibus, qui ex gratia in Christo per fidem iustificati sunt, quibus obedientia & iustitia Christi imputata est, insigne & seruum studium est uiuendi secundum legem, & seruandi eam. Et quamuis propter hereditariam infirmitatem nullus hominum perfectionem adipiscitur, ut legem impleat: nihilominus tamen studium & industria fidelium deo probatur, hac maxime de causa, quod Christo sunt insiti, & eius perfectionem habent, ita ut fideles dici possint legem implere, hac ratione quam exposuimus, non in uniuersum, neque proprijs uiribus. Vnde D. Ioannes, Hæc (inquit) est charitas 1. Ioan. 5. dei, ut mandata eius seruemus: & mandata eius grauiasunt.

Quoniam omne quod natum est ex deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, nempe fides nostra. Idem docet beatus Augustinus Retract lib. 1. ca. 19. Et in libro de spiritu & litera, circa finem, existimat præceptum hoc, Amabis deum ex toto corde tuo, & c. in futura demum uita per-

## ADVERSVS ANABAPT.

Quare im-  
possibilia  
deus præce-  
perit.

fecte à nobis impleri. Ideo autem grauitè hic nobis præcep-  
pi, ut intelligamus quantum nobis desit, & quam longe ad-  
huc à perfecta iustitia absumus. Alibi etiã ait, deũ hominũ  
impossibilia præcepisse, ut agnoscat suam infirmitatem, eorũ  
ardentius dei gratiam & misericordiam petat.

Itaq; hæc de lege dei, de sine & usu legis, & ipsius imple-  
tione dicta sunt: spero autem Anabaptistas non posse iure ac-  
cusare nostram doctrinam de impletione legis. Iam autem or-  
dine 12. Anabaptistarũ dogma sequitur, uerum quoniam 13.  
dogma etiã ad legem pertinet, ac nunc de lege agimus, or-  
dine 12. dogmate, ad 13. nunc accedemus.

An ideo quod Paulus docet, uetus Testamen-  
tum antiquatum esse, & nos non esse sub lege, sed  
sub gratia, lex non amplius locum habeat & au-  
thoritatem inter Christianos. Cap. 4.

Concion-  
tores com-  
miscere ue-  
tus & nouũ  
Testamen-  
tum.

**A**ccusant nanq; Anabaptistæ denuo nostrã doctrinam,  
cuius causa merito secessionem à nostris ecclesijs fecis-  
se uideri uolunt, & aiunt, nos commiscere uetus & nouum  
Testamentum, cum tamen uetus abrogatum, et nullius sit au-  
thoritatis apud Christianos: ac præterea qui in ueteri Testa-  
mento fuerunt, nihil pertineant ad eos qui sunt in nouo. Hæc  
autem est ipsorum in his uerbis sententia, Vetus Testamen-  
tum ita prorsus à deo abrogatum esse, ut nullum amplius lo-  
cum habeat inter Christianos, & nullius sit authoritatis. Ita-  
que nos in nouo Testamento nihil negotij, neq; ullam com-  
munionem habere cum patribus ueteris Testamenti. Quam  
obrem posthac in causis noui Testamenti, patrum factis non  
esse adducenda, neq; quicq; ex illis probandum. Sin autem  
hoc fiat, tum falsam, dolosam & fugiendam permixtionem  
fieri, Mosis & Christi. legis & Euangelij, à qua, ut falsa do-  
ctrina fugiendum sit, qua Euangelium uitietur, & ad nibi-  
lum



lum redigatur.

Præcipuus atq; uehemēs & perniciosus hic error est, qui Anabapti-  
 in omnibus alijs erroribus Anabaptistas confirmat & reti-  
 nes: itaq; necessarium est eorum causa, qui se doceri & ad-  
 moneri patiumur, ut hoc dogma aliquando exactius & co-  
 piofius tractemus. Det deus nobis gratiam ad id faciendum.  
 Ostendam autem primum hūc errorem Anabaptistarum de  
 Patribus et ueteri Testamento, exortum esse ex incerto, imō  
 pernicioso & falso intellectu doctrine Pauli apostoli. Predi-  
 cante enim Paulo unā cum alijs apostolis, gratiā dei in Chri-  
 sto, in quo uno omnis salus posita esset, ac nos per fidem in  
 Christum salutis & omnium cælestium bonorum participes  
 fieri, ideoq; omnibus in Christum credendum esse, ut qui ele-  
 ctis suis omnia præstare possit et uelit, quæ lex adumbrauit,  
 non tamen præstare potuit. Hæc, inquam, cum illi prædi-  
 carent, multi ex circumcisione sese apostolis, & præsertim  
 Paulo, opposuerunt, & ad extenuandū Euangeliū & fidem  
 Christianam uehementer hoc urgebant, legem à deo datam  
 esse, & hanc cultum dei, cerimonias & opera præscribere  
 ac iubere, ac patres, qui tamen sancti fuerint, uixisse in lege,  
 & placuisse deo. Quare etiam nos oportere legem seruare,  
 & quemadmodum patres, per opera legis, non autem per fi-  
 dem, deo placere. Hac autem ratione, hostes Pauli legem a-  
 lieno sensu accipiebant, & patrum etiam exemplo abute-  
 bantur. Quare apostolus ueram fidem in Christum, in quo  
 est omnis plenitudo, prædicare quidē perrexit, interim uero  
 legē & eius opera, ac patrū iustitiā oppugnabat, non per se  
 & ut reuera erant (nā ad Heb. cap. 11. docet, patres deo pla-  
 cuisse per fidem) sed quemadmodum his rebus hostes ipsius  
 abutebantur ad malam causam defendam, & in alienum sen-  
 sum eadetorquebant, qui Christo & fidei in ipsum aduersae  
 batur. Ideo eos qui legi fidebant, filios esse ait Agaræ non

Anabapti-  
 stici erroris  
 radix et fun-  
 damentum,

## ADVERSUS ANABAPT.

Abrahami, natos secundum carnem, ciues terræ Hierosolymæ, literæ deditos datæ in monte Sinai, statuentes iustitiam propriam in externis ritibus & mandatis, qui fiduciam inanem habeant in patribus, &c. Hæc autem Anabaptistæ & alij his similes, sic intelligunt, quasi Paulus spiritum, fidem, et perfectam iustitiam, tantum his uendicet, qui reuelato demum Euangelio in Christum crediderunt. Itaque ueteres patres tantum seruos literæ fuisse iudicant, qui solum per ceremonias & propria opera iusti fuerint, ac eos carnales & literales fuisse, qui nihil nisi umbram & figuram habuerint. Pepigisse quidem deum cum illis foedus, sed tantum de temporarijs bonis & externa iustitia: foedus autem quod nobiscum pepigit, plane spirituale esse, ut longe alius populus quam ipsi fuerint, ac plane spiritualis simus. Errant autem Anabaptistæ cum sibi similibus, partim quod ea quæ Paulus de aduersarijs suis scribit, (qui legem & ipsius opera supra gratiam Christi & fidem extollebant) ad totum Israellem & ueteres illos ac ueros Israelitas referunt: partim quod opinantur Israellem ueterem totum carnalem fuisse: quod falsum esse, nos deinceps ostendemus.

De abrogatione legis.

Testamenti abrogatione ratiocinantur, dicentes, nisi illud carnale et inefficax fuisset, non opus fuisse ut abrogaretur, imò ut plane nouo & spirituali foedere emendaretur. Testantur autem rursus hoc factò se abrogationem legis, seu ueteris Testamenti, non solide intelligere. Scriptum est equidem à Paulo, uetus Testamentum antiquatum esse, eò quòd nouum per Ieremiam promissum sit: quod autem antiquetur prope finem esse: uerum præcipue de ceremonijs scripsit: deinde congitandum est, hæc à Paulo Hebræis scripta esse, qui sensum longe diuersum, ab eo quo lex à deo tradita fuerat animo, conceperunt: alijs in locis laudat legem, ut exactam regu-

lam

lam nostræ uitæ, quæ perfecta, iusta, bona ac sancta sit. His accedit, quod Christus dominus in Euangelio aperte & perspicue ait: Ne existimetis quod uenerim ut dissoluam legem & prophetas: nõ ueni ut dissoluam, sed ut impleam. Amen qui perpe dico uobis, usque dum præterierit cœlum & terra, iota unum, aut unus apex, nequaquam præterierit ex lege, usque dum omnia facta fuerint. Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus uocabitur in regno cœlorum. Quoniam autem horum uerborum simplex & planus est sensus, necessario sequitur, cum dicitur legem aut uetus Testamentum antiquatum & abrogatum esse: item cum Paulus scribit, Non iam estis sub lege, sed sub gratia, longe alium sensum esse quam quidam animo conceperunt, qui omnia quæ sunt legis Patriarcharum & prophetarum in uniuersum reijciunt. Vera autem ratio abrogationis seu antiquationis legis & ueteris Testamenti hæc est.

Christum nõ  
soluere &  
annihilare  
legem.

Lex dei conuincit nos propriæ corruptionis, nihil penitus in nobis boni esse, sed nos esse miseros peccatores: ideoque deum merito nobis irasci, ac iure nos, si uelit, occidere & condemnare posse. Vnde, ut superiori capite scriptum est, Paulus ait per legem esse agnitionem peccati, item legem operari iram & occidere. In Euangelio uero Christus prædicatur, qui nobis peccata condonat, iram dei placat, ueniam impetrat, liberat nos ab æterna morte, & uitam suam donat: & idcirco recte dicitur, nos non esse sub lege, sed sub gratia, aut legem esse abrogatam peccati ratione, ut non amplius simus sub peccato, ira, morte, condemnatione, sed sub gratia, & in uita Iesu Christi, sicuti D. Paulus ad Romanos capite sexto aperte docet. Lex uero nihilominus sancta & bona est, ac regula uitæ nostræ, de qua ne apex qui-

Quomodo  
lex sit abro-  
gata.



ADVERSUS ANABAPT.

dem unus præterit. Præterea antequam homines donum fidei habeant, natura fastidiunt & oderunt legem dei, eò quod ipsorū uoluntates impediatur & frangat, prohibendo ea quæ facere cupiunt, & iubendo quæ inuiti faciunt. Accēpta autem fide & spiritu dei, fastidium hoc & odium legis tollitur, & eius loco succedit amor, sicuti & David ait: Iucundior est lex tua aceruis auri purissimi, & dulcior melle ac fauis. Itaque hac quoque ratione dici potest, legem abrogatam esse, quantum ad fastidium legis, quod sublatum est, cuius loco amor & delectatio successit. Sic igitur lex ipsa rursus manet, neq; soluitur aut annihilatur.

Pfal. 19.

Decem præcepta nō esse abrogata

Certissimum etiam est, decem præcepta, & omnia ea quibus in ueteri Testamento seu lege fides & charitas docetur, nunquam abrogari posse. Imò Euangelistæ & apostoli subinde nos huc remittunt: quod ne utiquam facerent, si hæc inefficacia, & penitus è medio sublata, nihili iam essent. Verum quidem est, nouum Testamentum omnia breuius sub fide & charitate complecti, nihilominus tamen lex ipsa dei inuiolata manet. Præterea ueteres multas ex lege ceremonias habuerunt, ac cultum externum, typos & figurat, ueluti sunt tabernaculum & templum, ac omnia quæ ad templum pertinent, arca fœderis, & instrumenta seu uasa sacra, aræ, sacrificia, sacerdotes, dies festi, discrimina uestium & ciborum. Circuncisio quoque huc referri potest, quam aduersarij Pauli, & omnes Iudæi magnifaciebant, ac ceremonias ipsi Messie, cuius tamen adumbrandi causa à deo institutæ fuerant, anteferebant. Cum igitur Christus uerus Messias aduenisset, & impleuisset ea quæ externis his rebus adumbrabantur, eas abrogari & tolli oportuit. Nam rebus ipsis uere presentibus, non amplius figuris, umbris & typis opus fuit, quo de futuro aduentu illius testarentur qui iam aduenerat. Itaq; cum Iudæi has ceremonias in Christi con-

Qua in re & quomodo lex proprie sit abrogata.

tumeliam & Euangelij dedecus, ut in urbe & templo Hierosolymitano retinere uellent, templum ac urbs & omnes ceremoniæ simul uoluntate dei concremata & extirpata sunt. Quoniam igitur ceremoniæ à Christo impletæ sunt & abolitæ, recte dicitur legem abrogatam esse, quamuis ex parte tantum, quoad externos ritus religionis, non autem in uniuersum cessarit.

Non autem quenquam hoc moueat, quod in ueteri lege dominus ceremonias instituens, eas in æternum seruandas esse dixit. Quoniam non tantum ritum exteriorem dominus spectauit, sed id potius quod eo representabatur. Certum uero est, in uno Christo domino cuncta esse & à nobis haberi, quæ Israelitæ in multis ceremonijs habuerunt. Christus enim nobis est arca fœderis, Christus altare thymiamatis & holocausti est, Christus nostrum æternum & unicum est sacrificium, Christus unicus noster & æternus est pontifex, Christus nostra lucerna est & mensa cum propositionis panibus, Christus est nostra circumcisio & nostrum pascha, Christus unicus est & æternus noster saluator, in quo perfecti sumus, neque quicquam ad perfectionem & salutem illis deest qui Christum habent.

Alia præterea pars legis est politica, quæ uersatur in iudicijs, hereditatibus, contractibus, pœnis & supplicijs, & in administratione reipublicæ. Quoniam uero non inhabitamus Chananæam regionem, ad quam multe leges accommodatæ sunt, abrogata quoque est lex quoad hanc partem: item in eo quod lex non est posita iustis, sed iniustis: interim pax & iudicia ac alia bona non tolluntur. Quamobrem ex his quæ exposita sunt, sequitur Anabaptistas ac ipsorum similes, nimio plus de abrogatione legis dicere, cum aiunt legem aut uetus Testamentum non amplius locum aliquem aut authoritatem apud Christianos habere. Nam

Quomodo ceremoniæ sint æternæ.

Christus omnium est habitus.

Iudicialia quænam abrogata sint.

ADVERSVS ANABAPT.

uerba Christi, Matthæi capite quinto, & multa alia testimonia uariorum locorum ipsis aduersantur. Equidem uerum est fastidium legis per spiritum liberum et spontaneum sublatum esse: item peccatum, iram & mortem legis sublata esse, unâque omnes ceremonias seu externum illum cultum, ita ut Christiani ab his omnibus liberi, deo seruire possunt, ratione à Christo instituta, & ab apostolis tradita. Non tamen hinc sequitur, legem non amplius locum habere in ecclesia: quoniam scripta legis & prophetarum nihilominus in ecclesia Christi manent: quemadmodum superius 15. capite, lib. 1. probauimus.

Patres ueteris Testamenti unum populum et ecclesiam cum Christianis esse, eandem doctrinam, spiritum, & fidem nobiscum habuisse. Caput 5.

Veteres ac nos eundem populū & ecclesiā esse.

**D**Einceps diligenter expendendum est, an qui in nouo Testamento & Christiani sumus, nihil negotij ac nullam omnino cum patribus ueteris Testamenti communionem habeamus: cum illis, inquam, qui ante natiuitatem domini nostri Iesu Christi in ueteri Testamento fuerunt: eo quod illi fuerint carnalis populus, à quibus nos separati simus spiritu, fide, doctrina, et sacramentis, ideòque ipsos ueteris, nos autem noui Testamenti populum nominari. Vnus ergo & idem dei populus, in eadem ecclesia, in eodem fœdere & Testamento, & eiusdem salutis participes illi sunt, qui habent eandem doctrinam, eandem fidem, spiritum, spem, hereditatem, easdem preces & eadem sacramenta. Quare si singulatim testimonijs uerbi dei comprobaro, patres hæc, quæ commemorata sunt, eadem nobiscum habuisse, spero me euicisse, eos eandem ecclesiam & communionem nobiscum habuisse, fuisse in eodem fœdere & Testamento, ac eandem utrinque salutem adeptos esse illos ac nos, ideòque ipsos



ipſos nonnihil ſed multū ad nos pertinere, ac ſummā & inti-  
mā inter ipſos ac nos cōmunionem eſſe. Magnam uero, abſq;  
dubio, fidelibus letitiam affert, cum audiant ſe eſſe unum  
corpus, unam eccleſiā, unū populum cū omnibus ſanctis &  
electis dei, à mundo condito: cum Adamo, Abelo, Setho, &  
reliquis Patriarchis, cum cunctis Sacerdotibus, prophetis,  
excellentiſſimis regibus & iudicibus, cum tot millibus ſan-  
ctorum & clariſſimorum uirorum ueteris Teſtamenti. In-  
terim unicuiq; hoc loco cogitandum relinquo, quid Anaba-  
pitiſtæ ſentiant de ſancta uniuerſali eccleſia, quæ cōmunio  
eſt ſanctorum, quā honorifice ſentiant & loquantur de  
ſanctis & electis dei, Patriarchis, iudicibus, regibus, ſacer-  
dotibus, prophetis, & ſingularibus dei amicis, quos omnes  
arbitrantur non tam eſſe bonos, ut cum illis cōmunionem  
habere debeamus, &c. Spero autem cunctos fideles hæc ani-  
maduertere, & diiudicare poſſe, intoleranda ſcilicet con-  
tumelia affici electos dei ab inauſpicatis & imperitiis Ana-  
baptiſtis.

Vnica et ca-  
tholica  
Chriſti eccle-  
ſia & cō-  
munio ſan-  
ctorum.

Eandem autem eſſe doctrinam ueterum & noſtram, ex  
ipſius doctrinæ ratione & proprietate poteſt deprehen-  
di. Nos enim Euangelicam doctrinam habemus, ea autem  
complectitur doctrinam de emendatione uitæ, & remiſſione  
peccatorum in nomine Chriſti ſeu Meſſiæ. Hanc autem eſſe  
Euangelicam doctrinam, non poteſt negari: nam id testi-  
monia conuincunt, Marci primo capite, Lucæ 24. & Act. ſe-  
cundo capite. Lex autem & prophete teſtantur, ueteres ha-  
buiſſe doctrinam de reſipiſcentia, ſiue emendatione uitæ,  
quæ ubique hæc doctrina in prophetis obuia eſt. Præterea  
promiſſiones habuerunt benedicti ſeminis, in quo eſt remis-  
ſio peccatorum, quæ etiam uarijs ſacrificijs adumbrata fuit.  
Ideoq; D. Paulus non abſque graui cauſa ait, ſe uocatum a-  
poſtolum ad prædicandum Euangelium, quod deus ante pro-

Eandē eſſe  
ueterum do-  
ctrinam &  
noſtram.

Rom 1.

ADVERSVS ANABAPT.

miserat per prophetas suos in scripturis sanctis. Euangelium inquit, antequam id predicaret, in scripturis sanctis per prophetas promissum esse. Et certe cum prophetas legimus, praesertim Psalmos Dauidicos, & Esaiæ, Danielis, Zachariae, ac aliorum prophetias, omnia quæ ad Christum pertinent, plane illic deprehendimus. Vnde etiam Euangelistæ passim adducunt uaticinia prophetarum, quo sic doctrinam suam confirmant. Quauis (ut postea dicemus) hæc ipsa clarius in nouo Testamento predicantur.

Quomodo  
Christus Ie-  
sem inter-  
preteur,  
Math. 5.

Quod uero scribitur in Euangelio, Christum dixisse, Audistis quod dictum sit ueteribus, ego autem dico uobis, non est quod quenquam turbet: quoniã his uerbis dominus ueterem legis sensum, quæ initio habuit, quæ etiã agnouerunt ueteres prophetae & ueri dei ministri, non damare & tanquã falsum tollere statuit, aut nouam aliquam & ante inauditã doctrinam afferre: sed ut paulo ante monui, reprehendit falsam interpretationẽ legis, quã Pharisei & scribae, seu Deuterote, contra uerũ legis sensum attulerant, & in populo dei diuulgant. Etenim lex diuina sua natura sancta, iusta & perfecta est, & nihil in ea, ut lãge perfectissima regula, reprehendi aut mutari debet, cũ sit immutabilis & perpetuo iusta ac perfecta dei uoluntas. Quin etiã Christus seipsum interpretatur, qua de re loquatur, cũ ait, Dico enim uobis, quod nisi abundauerit uestra iustitia plus quã Scribarũ & Phariseorum, nequaquã ingrediemini in regnũ cœlorũ. Non inquit, nisi iustitia uestra abundauerit plus quã Patriarcharũ & prophetarum, sed plus quã Scribarum & Phariseorũ. Quare horum doctrinæ dominus aduersatur, non autem Patriarchis & prophetis.

Eandem esse  
fidem ueteri  
& nouam.

Quorum igitur una doctrina est, quomodo fides duplex esse poterit? Fides enim ex auditu est, auditus autem ex uerbo dei. Credimus in deum, essentia unum, trinũ personis, in Patrem,

trem, Filium, & Spiritum sanctum, quemadmodū in Symbolo fidei nostræ traditur. Quia autē omnia dogmata Symboli scripturis ueteris Testamēti confirmamus, necesse est Patri archas & pphetas hæc eodē modo quo nos credidisse. Nam de Patre, Filio, & Spiritu sancto testati sunt. Patrem nempe omnia quæ cōdita sunt, uerbo suo condidisse, & Spiritu oris sui conseruare, ac per eundē homines sanctificare: dominum nostrū Iesum Christum, uerū esse deum & hominē natū ex uirgine, mortuū esse in cruce, resurrexisse à mortuis, ascendisse in coelos, esse unicū & perpetuum seruatorē, & simul quoq; iustum iudicē: eos autē qui in ipsum credant, sanctificari Spiritu sancto, adipisci remissionē peccatorū, resurrectionem carnis, & uitā æternam. Hæc omnia & singula ueteres illi sancti ab Adamo ad Christū usq; crediderunt, ideoq; eadē est ipsorū & nostra fides: sicut & ob hanc causā à Paulo scribitur, Vnus est dominus, una fides, unum corpus, unus Spiritus, &c. Interea tamen non prætereundum est, fidem Ephes. 4. noui Testamenti, quemadmodum & doctrinam, aliquanto splendidiorē & illustriorē esse: de quo tamen postea scribetur.

Quoniam autē non ignoro Anabaptistis mirū uideri quod scribimus ueteres sanctos in Christū credidisse æque ac nos, ut in unicum & æternum seruatorē, ac saluatos esse per fidem in ipsum ex gratia dei, non per legē aut sua merita: hoc ipsum nunc tribus inuictis testimonijs Christi domini, & duorum præstantiū apostolorū, Petri & Pauli, euidenter demonstrabo. Christus igitur in Euangelio Ioan. ait, Si filij Abrahami essetis, faceritis opera Abrahami. Abrahami autem opera paulo post commemorat, audire uerbum dei, credere, & in Christo solo gaudere. Aperte enim ait, Abraham pater uester gestiuit ut uideret diem istum meum, & uidit, & gauisus est. Dies autem iste Christi, est aperta Euangelij prædicatio,

Abrahami fides, et nostra.



ADVERSUS ANABAPT.

2. Cor. 6.  
Rom. 13.

in quo nobis Christus ac omnis in ipso salus prædicatur: una de etiam Christi dies, tempus & dies est salutis, ut eum Paulus nominat. Diem itaq; salutis, hoc est Christum, in quo omnis salus est, Abrahamus uidit, non corporeis oculis, sed oculis mentis: hoc est, fide salutis negotium intellexit, & fide

Abrahamum uidisse die Christi.  
Ioan. 6.

Christum amplexus est. Sic etenim Christus loquitur: Ego sum panis ille uitæ: qui uenit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi uobis, quod etiam uidistis me, nec creditis. Hæc autem est uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Fide igitur Abrahamus Christum uidit & recepit, idcircoque sequitur, Et gauisus est. Complectitur autem hoc gaudium mundationem à peccatis, iustificationem, securitatem & tranquillitatem conscientie: nam ut

Rom. 5. &  
14.

Paulus docet, qui iustificati sunt per fidem, habent pacem cum deo. Quæ omnia Abrahamo data sunt, ut iustificatus per fidem in Christum ex gratia, pacem & securitatem, ac certam & infallibilem spem haberet uitæ æternæ. Ob hanc autem causam, Christus in Euangelio fideles, qui uera fide

Fideles filij Abrahami nominantur.

in ipso pendebant, filios Abrahamæ nominat: & Paulus Abrahamum appellat patrem omnium credentium. Quamobrem cum hæc non possint negari, aut aliter interpretari, necessario sequitur, Abrahamum cum omnibus ueris suis liberis credidisse in Christum, & per ipsum iustificatum & seruatum esse. Præterea hoc idem confirmat, quod in Euangelio scribitur, fideles à morte congregari in sinum Abrahamæ

Lucæ 16.

Matth. 18.

mi: item quod dominus ait, multos uenturos ab oriente et occidentem, & discubitueros cum Abrahamo, Isaaco & Iacob in regno cælorum. Quibus ex uerbis apparet, fideles sanctis Patriarchis in regno cælorum coniungendos esse. Quod si Anabaptistæ cum sanctis Patribus, qui ante Christi aduentum fuerunt, nullam communionem habere uoluerint, certe

certe ipsos extra regnum cœlorum manere oportebit, aut nouum cœlum sibi extruere, &c.

D. Petrus in Hierosolymitano illo excellentissimo concilio, aduersus eos qui legi salutem ita ascribebant, quasi absque lege fides in Christum seruari non posset, inter alia his uerbis utitur: Quid tentatis deum, ut imponatis iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illi. Non arbitror ad hanc causam illustrandam quicquam clarius dici posse. Primum patres ueteris Testamenti & nos quoque expresse nominamur. Deinde ait, neq; patres ante Christi aduentum, neque apostolos aut nos qui post Christi aduentum uiuimus, potuisse legi satisfacere, eamq; ferre. Tertio ostendit in quo nunc salus & spes nostra posita sit: in gratia inquam domini nostri Iesu Christi, quæ fide recipiatur. Ideoq; ita concludit, Credimus nos seruatum iri per gratiam domini nostri Iesu Christi, quemadmodum & illi. Obseruentur autem diligenter hoc loco singula D. Petri uerba. Nos inquit, id est, apostoli & populus noui Testamenti: credimus seruatum iri, ecce de fide loquitur. Qua autem re apostoli se seruatum iri credebant? Gratia & redemptione Christi. Addit deinde, Quemadmodum & ipsi. Qui isti sunt? Patres ante Christi natiuitatem. Quæ propter isti quoq; crediderunt, se non per legem aut merita sua, sed per gratiam Christi seruatum iri. Tam aperto & euidente D. Petri testimonio si Anabaptista non mouentur, ut errorem cœceptum abijciant, nulla alia re moueri poterunt.

Veruntamen singularem quoq; illum Gentium doctorem beatum Paulum apostolum audiamus, qui ad Corinthios sic scribit. Patres nostri omnes eandem escam spiritualem edebunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibe

Quid D. Petrus de fide ueterum docuerit.

Quid D. Paulus de fide ueterum docuerit.

## AD VERSVS ANABAPT.

bāt enim ex spiritali sequente petra: Petra uero erat Christus. Quemadmodū uero Petrus superius de patribus, et nobis qui Christo credimus, aperte locutus est: ita euidenter satis Paulus in his uerbis utrunq; populum complectitur, & aperte ueteribus eundem nobiscū cibum & potum tribuit: nempe Christum Iesum, ueram Petram, supra quam omnes fideles edificant, hoc est, credunt in ipsum, & illi fidunt. Nam Paulum hoc loco edendi & bibendi nomine fidem intelligere, apertius est ex 6. cap. Ioannis quā ut probatione egeat. Quoniam igitur ueteres eundem nobiscum spiritalium cibum comederunt, ideo eandem quoq; fidem nobiscum habuerunt, nempe in Christum Iesum. Ad hoc uero probandum seruit etiam 11. cap. epist. ad Hebræos.

Veteres doctores testari, Patres in Christū credidisse.

His itaq; testimonijs scripturarum & alijs etiam cōpularibus permoti ueteres doctores et ecclesiarū ministri, aperte confessi sunt, & scripserunt, ueteres ante Christi natiuitatem, & nos post eius natiuitatem, unum populum, unam ecclesiam, & unum corpus esse, cuius caput sit Christus: nos item omnes unam in Christum fidem habere: nisi quod illi in uenturum, nos autem in eum qui iam uenerit, credimus. Quod si cui libeat aliquid hac de re legere, cōsulat Eusebium Ecclesiasticæ historiæ lib. 1. cap. 1. & De uita Constantini lib. 2. Epiphanium initio Panarij contra hereses. Philastrium contra hereses cap. 61. & 63. Augustinū contra Pelag. & Celest. lib. 2. cap. 25. Contra duas Pelagianorū epist. ad Bonifac. lib. 3. cap. 4. Ad Deogratias epist. 49. Tractatu in Ioannem 45. Prosperum Aquitanicum ad obiecta Gallorum, Obiect. 3. Nicephorum Callistum Ecclesiasticæ hist. lib. 1. cap. 2. 3. 4. 5. & c. Quod si ne sic quidem Anabaptistis satis fit, ut errori renuncient, age inuocato deo, cognoscant eas rationes quas deinceps in hac causa afferemus: si forte his quæ sequuntur, lucrificari possint.

Omnes



Omnes qui habent ueram fidem in Christum, absq; spiritu dei non possunt eam habere: quoniam nemo potest esse dominum appellare, nisi ex spiritu sancto. Negari autem non potest ueteres habuisse fidem in Christum: quare etiam eundem nobiscum spiritum sanctum habuerunt. Nam unum tantum sanctus & diuinus spiritus est. Præterea D. Petrus aperte testatur, spiritum Christi in prophetis fuisse. Ac D. Paulus ait nos eundem spiritum cum ueteribus habere, cum ita scribit: Et quia habemus eundem spiritum fidei, secundum illud quod scriptum est: Credidi, & ideo locutus sum: nos quoq; credimus, ideo etiam loquimur, &c. 2. Cor. 4. Et alibi: Quod si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quamobrem qui dei est, non caret ipsius spiritu. Veteres autem non tantum populus dei, uerumetiam electus ipsius populus fuerunt, & regale sacerdotium: ideoq; non caruerunt spiritu dei. Idem docent aperta testimonia Psalmorum. Dauid Psalmo 143. orat: Doce me facere uoluntatem tuam, quia tu es deus meus: Spiritus tuus bonus deducat me in uia recta. Et alibi: Cor mundum crea mihi deus, et spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Quare etsi Paulus meminit seruilis spiritus, tamē hinc apparet, ueteres liberū quoq; spiritum habuisse, & fuisse liberos. Equidem redemptio (que in sacrificijs pro peccato & holocaustis & agno paschali adumbrata fuit) postea demum per Christum facta est, attamen nihilominus apud ueteres efficax erat, quemadmodum apud nos quoq; efficax est, quāuis centenos aliquot annos ante facta fuerit. Cum igitur hæc testimonia manifeste spiritum sanctum, quem à Christo habemus, ueteribus quoque tribuant, & insuper etiam aperte in sacris literis scribatur, Zachariam patrem Ioannis, Simeonem iustum, Annam uiduam, & Elizabetham matrem Ioannis, repletos fuisse spiritu sancto: clare hinc apparet quem sensum habeant uer

Veteres 20.  
nos eundē  
spiritum  
habere.

1. Cor. 12.

1. Pet. 12

Rom. 9.

Ioan. 7.

AD VS ANABAPT.

Ioan. 7.

ba hæc Ioannis: em dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in, : nondum enim erat spiritus sanctus, quia Iesus nõdum erat glorificatus. Loquitur enim hoc loco (ut postea 7 cap. ostendemus) de singularibus et insignibus donis Spiritus sancti, quæ primum discipulis in die Pentecostes, & postea etiam fidelibus data sunt: non autem ita intelligenda hæc sunt, ut arbitremur spiritum sanctum ante Christi glorificationem, neq; in mundo fuisse, neq; cuiquam datum esse. Ideoq; frustra hæc uerba ab Anabaptistis contra Patres ueteres proferuntur, neque enim his probabunt eos penitus spiritu sancto caruisse.

Veteres Patres eandem cum Christianis hæreticitatem & spem, eadem preces, eadem sacramenta habuisse; item Christum & apostolos dicta factaq; sua Patrum exemplo & doctrina comprobasse. Cap. 6.

Eandem esse hæreticitatem & spem ueterum ac nostram.

Am deinceps ostendemus, deum Patribus non tantum corporales, externas, & corruptibilia rerum promissiones dedisse, uerum spiritualia quoq; promississe, animarum salutem, & uitæ æternæ hæreditatem: & ipsos quoq; firmam spem horum bonorum habuisse. Contumeliosum certe esset ueteribus illis sanctis & electis dei, existimare ipsos à deo in terra promissa quasi saginatos fuisse, ac tantum temporalia & corruptibilia bona percepisse, deinde uero pecorum instar absq; spe æternæ uitæ mortuos esse, neque uitam aut electorum hæreditatem & salutem adeptos esse. At illi certò in Christum uenturum liberatorem crediderunt, ac sperarunt, se post hanc uitam in ipso uitã habituros: quare spes ipsos non fefellit, sed secundum promissiones dei & ipsorum fidem factum est illis. Certum enim est, quod quisquis crediderit in Messiam, non gustabit aut uidebit mortem. Itaque cum

Ioan. 8.

cum Iudæi domino Abrahamum & prophetas obijcerent, qui mortui fuissent, respondet, Abrahamum (quod autē de illo dicit, de prophetis & reliquis sanctis intelligendū est) quamuis corpore mortuus sit, nihilominus uiuere, anima nempe in pace & gaudio: ait enim, Abraham gestiuit ut uideret diem meum: & uidit, ac gauisus est.

Audiantur uero etiam Dauidis uerba plena consolationis, qui de hereditate æternæ uitæ ita scribit admodum dilucide: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Ecce, Dauid se credere ait, credere autem quod uisurus sit bona domini, ingenia uidelicet & summa bona, quæ in futura uita fidelibus deus præparauit: nam inquit, In terra uiuentium: itaq; locus ille uitæ locus est, in quo est gaudium, tranquillitas & felicitas. Alibi uero hac de re sic scribit: Scire me facies semitam uitæ: satietas letitiarum est cum uultu tuo: iucunditates sunt in dextera tua in sæculū. Quid posset apertius dici de animarum salute, & ueterum patrum felicitate? Quanta autem fuerit ipsorum felicitas, definire & dimitirino nolo, sed illi cōmittere qui solus felicitatem largitur. In terra tamen satis euidenter his uerbis docetur, ueteres Patres à morte uitam, gloriam & honorem accepisse. Nam de omnibus quoq; sanctis Patribus scribitur, mortuos esse, & congregatos ad maiores suos: quod scilicet animæ ipsorum, ad sanctos, qui ab origine mundi mortui sunt, cōgregatæ, et in quietem unā receptæ sunt. Quemadmodum enim unum corpus cōmunio & societas est impiorum, qui ad diabolum apud inferos colliguntur: ita etiam una tantum cōmunio est sanctorum, qui in futura uita apud deum in quietem cōgantur. Quin & D. Paulus ad Hebræos 11. cap. aperte testatur, Patres non tantum terrenam promissionem Chananeæ terræ spectasse, quam non acceperunt aut possederunt, sed cœlestem hereditatem expetisse,

Dauid de hereditate felicitatis, Psal. 27. & 16.



ADVERSUS ANABAPT.

ideoq; eternam ciuitatem ipsis à domino paratam esse. Es-  
nochum etiam translatum esse ait à deo, ne uideret mortē,  
& non inuentū esse, propterea quod trāstulerat eum deus,  
& c. Sic quoq; Heliam curru igneo in cœlos raptū esse scri-  
bitur, qui tamen in gloria unā cum Mose & Christo in eius  
transfiguratione ab apostolis uisus est.

4 Reg. 2.  
Math. 17.

Omnes san-  
ctos ueteris  
testamenti  
duntaxat  
per Christū  
seruatos  
esse.

Ioan. 3. 10.

Sanctos Pa-  
tres apud  
inferos  
fuisse.

Locum Pa-  
trum qui  
uita exce-  
serunt, esse  
sinum A-  
brahæ.  
Lucæ 16.

Noui equidem his contradici, ante Christi ascensionem  
in cœlos neminem sanctorum in cœlo fuisse: sed quæ sit scri-  
pturarum sententia, facile apparet. Verum alioqui est, ex-  
tra Christum neminem salutem adipisci, & omnes qui uitā  
& beatitudinem adepti sunt, eam per Christū sunt adepti,  
qui ipse de se inquit: Nullus ascendit in cœlum, nisi qui de-  
scendit è cœlo, nempe Filius hominis, qui est in cœlo. Et rur-  
sus, Amen amen dico uobis, ego sum ostium ouium. Omnes  
quotquot ante me uenerunt fures sunt & latrones. Per me  
si quis introierit, seruabitur.

Denuo uero nobis obijcitur, sanctos Patres apud inferos  
in anxietate & desiderio fuisse, ad quos Christus ad inferos  
descenderit, ut eos à pœnis liberaret. Nos uero fatemur in  
articulis fidei recte nos confiteri Christum, siue animā do-  
mini nostri Iesu Christi statim à morte peruenisse ad ani-  
mas beatorum Patrum, atq; Christum morte sua salutarem  
fuisse fidelibus, contra autem infidelibus insalutarem: non  
tamen iisdem articulis traditur, ipsum ulla tormenta apud  
Patres sensisse: quemadmodum etiam D. Augustinus docet  
Epist. ad Dardanum 57. Quin etiam scripturæ nos de hac  
re satis instruunt, locum enim, in quo sunt animæ Patrū qui  
olim mortui sunt, sinum Abrahæ nominant, quod illuc om-  
nes filij Abrahæ, hoc est, fideles tanquā in sinum patris sui  
congregati fuerint. Locum autem hunc fuisse gaudij, tran-  
quillitatis & recreationis, non anxietatis & pœnarum lo-  
cum, scripturæ testantur. Præterea, ut in Euangelica histo-  
ria re-

ria refertur, Latroni pendenti in cruce dixit dominus, Amē Lucæ 23. dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. His autem uerbis interpretandus est articulus de Christi descensu ad inferos. Docet deniq; Euangelium inferos, in quibus supplicia luuntur, longe separatos esse à loco sanctorum, qui sinus Abrahæ nominatur. Diues namq; detrusus ad inferos, sublati oculis suis, uidet Abrahamū eminus. Abrahamus etiam illi ait: Fili, memento quod receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et super hæc omnia, inter nos & uos hiatus ingens constitutus est: ut ij qui uolunt hinc transire ad uos, non possunt, neq; istinc huc transire. Hæc autem omnia dixit dominus ante suam resurrectionem & ascensionem in cælos, atq; aperte his testatus, locum in quo animæ fuerunt beatorū Patrum, quietis & recreationis locū esse. Quamobrē nō opus est ulterius curiosi simus, & arcana dei perscrutari uelimus: cuius enim apparet, ueteres à morte in quiete, gaudio & felicitate fuisse. Quapropter cum sacræ literæ cælos nobis indicent, & dicant, nos cum Abraham, Isaac & Iacobo quiete fruituros, quid amplius querimus? Neq; enim si sancti ueteres post Christi in cælos ascensionem maiori gloria & gaudio donati sunt, (quemadmodum omnia in nouo Testamēto illustriora sunt) sequitur eos ideo non etiam ante quietem & recreationem habuisse. Quemadmodum etiam mortuorum resurrectio, in qua illustrior erit gloria piorum, non efficit quo minus ante quoq; animæ piorum statim à morte ante resurrectionem uita & gloria fruantur. Etenim uitæ & recreationis spes, quam pij ueteres in deo posuerunt, eos certe nullo modo fallere potuit.

Quin etiam ijdem patres qui ante Christi natiuitatem uixerunt, quorum iam sepe mentio facta est, eadem dei inuocatione uisi sunt, qua nos quoq; hodie ex apostolica do-

Facile presces esse ueterum et nostras.

ADVERSUS ANABAPT.

trina utimur. Nam ut nos in nostris precibus unum & ternum deum inuocamus, ac credimus nos ab ipso, ut patre nostro, exaudiri propter Christi intercessionem: ita etiam patres fideles unum solumq; deum inuocarunt, ut ipsorum patrem, & illi preces suas ea spe sacrificarunt, quod ab ipso propter Messiae intercessionem exaudirentur. Etenim cum in precibus suis rogarunt, ut memor sit Abrahami, Isaaci & Iacobi, non respexerunt animas sanctorum, neq; arbitrati sunt deum ipsos propter earum intercessionem exaudire, sed potius foedus respexerunt, quod deus cum illis pepigit, & promissionem Messiae benedicti seminis. Semen autē Abrahae Christum esse, ex 3. cap. epist. ad Galatas notissimum est. Itaq; petierunt se exaudiri, non propter Abrahamum, sed propter Messiam, qui Abrahamo ad salutem promissus fuit. Similiter in Regum libris, & apud Esaiam prophetam scribitur, Deum pollicitum esse, se urbem seruaturum propter se, & propter seruum suum Dauidem. Omnes autem norunt Dauidi amplissimas promissiones factas esse de Messia, quod ab ipso uenturus esset. Quam ob causam Ezechiel Christum Dauidem nominat. Itaq; Achazi & Ezechiae temporibus, dominus Hierosolymitanam urbem ex gratia propter Iesum Christum Dauidis filium conseruauit.

2. Reg. 19.  
Esa. 37.

Ezech. 34.  
Esa. 7.

Ioan. 16.

Quod uero in Euangelio Ioannis dominus ait: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Hactenus nihil petiistis in nomine meo: nō hunc sensum habet, neminem ueterum quicquam Messiae nomine petiisse: sed ad discipulos pertinet. Discipuli enim quandiu dominus corpore praesens cū illis fuit, eorum res oēs curauit, et in omnibus rebus illis prospexit, non ita per nomen Christi patrem precati sunt, quemadmodum post eius ascensionem in caelos fecerunt, & nos quoq; docuerunt facere, ac magis etiam uulgo & fidelius coeptū est fieri in nouo Testamento. De ueteribus



bus uero negari non potest, argum suffitoriam (in qua sola suffitum facere ipsis licebat, neque usquam alibi, si modo sacrificium deo acceptum esse uellent) typum fuisse Christi, quae significabat eas tantum preces deo acceptas esse, quae ipsi per Messiam offerrentur. Typus etiam, quem sacerdos praese ferebat, idem docet: hic enim mediator & intercessor nominatur, non quod uerus sacerdos esset, sed quod uerum, uanicum & aeternum sacerdotem & mediatorem adumbraret. Ea; de causa ueteres non in res aspectabiles, quas coram cernebant & respiciebant, credebant, sed in uenturum semen benedictum. Daniel quoq; orabat dominum, ut faciem suam illuminaret super sanctuariu desolatum, propter dominum. Hoc autem quidam interpretantur, propter te ipsum, sed propter dominum dicendum est, si uerbum e uerbo transferas. Haud dubie enim Daniel ingenti Christi desiderio accensus, ex solida fide in uenturum Messiam ardentes has preces deo obtulit: unde etiam confestim angelus Gabriel a domino ad ipsum missus fuit, a quo solidam Christi & reru omnium quae ad Christu pertinent cognitionem accepit.

In ueteri Testamento illae praeces solum deo acceptae fuerunt, quae per Christum oblatae sunt.

Daniel. 9.

Sacramenta ueterum Circumcisio & Pascha, sub quibus etiam sacrificia complectimur, pro temporum ratione non minus tum sacramenta fuerunt quam nostra nunc sunt: nempe testimonia diuinae gratiae, adumbrationes futurae per Christum liberationis, confessio publica uerae fidei, obligatio ad innocentiam uitae & charitatem. Quae omnia hoc loco explicare nimis longum foret, alibi tamen a me hoc copiose factum est. Praecipue tamen hoc tenendum est, falsum esse, ueteres in suis sacramentis nihil nisi literam absq; spiritu habuisse. Moses enim Deut. 10. & 30. ac Ieremias 4. cap. aperte requirunt spiritualem circumcisionem cordis, ut dominus interius circumcidat. Quinetiam Christum redemptorem non minus ueterum sacramenta adumbrarunt, & fideles in

Sacramenta ueterum & nostra similia esse.

1. Cor. 10.

ADVERSVS ANABAPT.

Illis spiritualiter ipsum sumpserunt, quàm nunc hoc ipsum à nostris fiat. Nunguã etiam ueteres opinati sunt, se sui operis gratia propter sacramentorũ usum deo placere, sed credebãt se propter Christum, quem sacramenta adumbrabãt, deo charos & acceptos esse. Quamobrẽ nostra cum ueterũ sacramētis optime cõueniunt, nisi quod nostra testantur res exhibitas & impletas esse, nec tam sumptuosa aut laboriosa sunt, interim tamen illustriora sunt & euidentiora. Quã de re postea 7. cap. quedam scripta sunt. Quinetiã D. Paulus nobis ueterum sacramenta tribuit, ueluti Circũcisionem ad Colos. 2. Pascha 1. Cor. 5. & uicissim nostra tribuit ueteribus, ueluti baptismum, & eundem nobiscum spiritualem cibum, 1. Cor. 10. Qui enim fieri posset, ut non eadem sacramenta hi haberent, qui eundem spiritum, fidem, doctrinam & spem habent?

In rebus noui Testamēti Patres eorumq; res recte adduci.

- Tam euidentibus & apertis testimonijs diuini uerbi spectro me comprobasse, ueteres, qui ante Christi natiuitatem fuerunt, eandem doctrinam, fidem, spiritum, spem, hereditatem & salutem, preces & sacramenta eadem nobiscum habuisse: et idcirco ipsos eundem nobiscum populũ dei esse, in eadem cõmunionem et ecclesia, in eodem scødere seu testamento, eiusdemq; felicitatis participes esse: ita ut utrinque magna sit necessitudo, ac fratres & in eodem inseparabili Christi corpore membra simus. Cum igitur his contradiçioni non possit, corrui iam firmissimum Anabaptistarum fundamentum, supra quod sua ferẽ omnia falso fundarunt & extruxerunt, dicentes, in rebus noui Testamenti ueterum Patrum exempla, quæ abolita sint, & nihil ad nos pertinere, non debere adduci ad aliquid confirmandum. Nam si unus nobiscum sunt populus, in eadem ecclesia, sub eodem capite Christo, si eundẽ nobiscum spiritũ & fidem habuerũt, quare corũ doctrina et exemplis nõ uteremur, & inde nos

Hebr. 7.

stra

stra probaremus? Nisi fortè facta illa ceremonialia sint, aut eius generis quæ tantū data sunt ad id usq; tempus, quo per Christum emendarētur, ut deinde abolerentur ipsa & antiquarentur. Huiusmodi nanq; exemplis nihil probatur. In reliquis Christi & apostolorum exemplum habemus, qui in nouo Testamento doctrinam, fidem & facta sua, doctrina ueteris Testamenti & sanctorū Patrū exēplo cōfirmarūt.

Nam cum quondam sabbatho discipuli domini per sata ambularent, ac spicas uellerent & ederent, cum Pharisei factum hoc domino obijcerent, defendit ipse discipulos exemplo Dauidis, qui urgente necessitate, panes propositionis edit, quibus alioqui uesci non erat ipsi licitum. Historia extat Matth. 12. Apud eundem Euangelistā cap. 15. dominus se pariter & discipulos tuetur doctrina Esaiæ 29. cap. & eius uerbis hypocrisim Phariseorū reprehendit. Itē 19. cap. ueram doctrinā de matrimonio renouat in nouo Testamēto, et hoc facit scripturis ueteris Testamēti, et exemplo primorū parentū. Cū templū repurgasset, ciecctis emētibus et uendentibus, ac ea re offendisset aduersarios, defendit factū suū exemplo noui Testamenti, resurrectionis mortuorū, & diuinæ atq; humane Christi naturæ, argumenta & confirmationes desumpsit à sanctis patribus, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Dauidc, ex scriptis ueteris Testamenti Exod. 3. & Psal. 110. Huc quoq; facit quod Christus fideles Abrahamo cōparat, imò eos Abrahami filios nominat. Quomodo ergo possent Christiani nullā cum Patribus cōmunionem habere? An nulla est patrū & filiorum cōmunio? Qua uero de causa rebus ueteris Testamenti in nouo uti non liceret? Paulus summum & præcipuū dogma noui Testamēti, homines iustificari ex gratia per fidē in Christū, non per opera, probat scripturis ueteris Testamenti, exemplo fidei Abrahami & Dauidis.

Christus & apostoli doctrinam & facta sua Patrum doctrina & factis probant.

Matth. 12;

Matth. 23;



ADVERSUS ANABAPT.

Rom. 4. Multa præterea eiusdem generis ex Paulo ad Hebræos 11. præsertim cap. & ex alijs noui Testamenti libris innumera penè testimonia afferre possem, & euidenter demonstrare, omnes apostolos res noui Testamenti testimonijs ueteris Testamenti et exemplis sanctorū patrum probasse. Sed hæc quæ adduximus, fidelibus, ut spero, satis erūt. Quædam etiam in hanc sententiã superius lib. 2. cap. 15. scripsimus. Videant nūc Anabaptistæ quomodo uel recantent, uel fortiter tueantur suã conclusionē nō tantū infirmã, sed etiã nefandã, quam illi his uerbis proponūt: Res noui Testamenti non esse confirmandas ex ueteri: quod si id fiat, tum permisceri abominabiliter Mosē & Christū, legem & Euangeliū: talem autē doctrinã falsam, & euangelij adulterationem esse. Hactenus enim inuictis testimonijs scripturarū demonstratum est, non tantū ueteres Patres unum populum, in una ecclesia, sub unico capite et seruatore Christo fuisse, sed Christū quoq; & apostolos in præcipuis rebus noui Testamenti usos esse scriptis ueteris Testamenti, & doctrinã, fide, & exemplo Patrū doctrinã suã illustrasse et cōfirmasse. Quod si uera esset Anabaptistarū cōclusio, Christus cū apostolis Euangelicæ ueritatis adulterator esset: quod nō modo à sermone, uerū etiã à cogitatiōibus Christiani hominis alienū est. Quamobrē postremo hinc efficitur, Anabaptistarū falsam doctrinã necessariò pijs uitandã esse, atq; ab ea tantūquã à fraude & impostura cauendū, nullãq; penitus cū ipsis cōmunionē habendã: quippe qui nō tantū à fidelibus, qui in terris uiuūt, uerū etiã à sanctis Patribus, qui in cœlo sunt, se separarunt & auulserunt, quo ipsorū ecclesia penitus sit separata. Equidē meo iudicio crassa nimis & impura est ipsorum separatio, quandoquidem se à tanta multitudine fidelium separarūt. Donet illos dominus intellectū, quo grauem suum errorem agnoscant,

De uero discrimine ueteris & noui Testamen-  
ti atq; populi, & de amplissima gloria & libertate  
Euangelij. Cap. 7.

**E**Xtremum conatum uirium suarū Anabaptista in hac causa edunt, & denuo aiunt, nos iniuria utiq; cōmiserere ea quæ deus ipse sepauauerit. Etenim in sacris literis aperte distingui uetus & nouum Testamentum, & mentionem fieri carnalis Israelis. Quapropter deinceps quædam de ueterum & nostro discrimine, & de ueteri & nouo Testamento exponam, qua nam in re differant, & ostendam discrimen hoc non reijcere ueteres & ipsos penitus à nobis separare.

De discrimine ueteris & noui Testamenti.

Libenter autem agnoscimus et fatemur, multos in ueteri Israelis populo fuisse, qui caruerunt spiritu & intellectu figurarum, ideoq; plus satis carnales fuerunt. Quin & prophete multum cum his contenderunt, & eorū causa laborarunt. Neq; id mirum est, quandoquidem in tanta luce inter Christianos nonnulli sunt admodum carnales, exiguo præditi intellectu mysteriorum dei: attamen non ideo propter aliquot carnales uniuersus populus carnalis censendus est. Quare denuo aio, quantū ad substantiā et præcipua religionis dogmata, ueteres idē sunt nobiscum populus in eadē ecclesia, interim tamē nihilominus Euangeliū maiore claritatem seruat, maiorq; est splendor & gloria ac libertas populi noui Testamenti, quemadmodum sigillatim ostendemus.

Primum omnia in nouo Testamento apertiora, dilucidiora & clariora sunt. Vetus enim Testamentum figuris uarijs obtectum, multas habet obscuras sententias: unde etiam facies Moysi uelamine tecta fuit. Nouum uero Testamentum figurarum interpretationem continet, & perspicue atque aperte Christum ac salutē nobis ante oculos ponit, ut quasi directe faciem domini contemplemur. Nunc enim cuncta

Nouū Testamentum esse magis dilucidum.

## ADVERSVS ANABAPT.

2. Cor. 4.

Christi mysteria nobis notiora sunt Hoc autem de fidelibus loquimur Nam alioqui Paulus ait, Quod si obtectum est Euangelium nostrum, ijs qui percunt obtectum est. In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ad hoc ne irradiet eos lumen Euangelij gloriæ Christi. Quod autem apud nos maius lumen est, id non efficit ut ueteres nulli lumen habuerint. Qui diluculo ante exortu solis iter faciunt, habent quidē lumen quod illis ad iter conficiendum satis est, interim tamen maiore lucē expectant, quæ circa meridiem est clarissima. Ita etiā Patres salutis negotiū uiderunt quantum illis ad salutē satis erat, interim tamen sciebant clariorē lucem exorituram. Cum autē hæc lux secundū prophetarum uaticinia nobis exorta sit, longe clarius cernimus. Vidit quidem Abrahamus diem domini, sed Simeon iustus, qui Christum in ulnas suas accepit, & ideo exultauit, hic eum clarius uidit, & eo nomine se beatum prædicauit.

Lucæ 10.

etiā Christus in Euangelio discipulis ait: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetae & reges cupierunt uidere quæ uos uidetis, et non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Hoc autē discriminē D. Chrysostomus similitudine tali ante oculos ponit: perinde esse atq; cū regis alicuius triumphus carbone tantū adumbratur, sic tamen ut tota triumphus forma conspici possit: hanc esse rationē ueteris Testamenti: nouū uero Testamentum esse triumphus picturam elegantem uiuis coloribus illustratā. Quare merito deo ingentes gratias agere debemus, quod tam splendida lux nobis exorta est, & in scriptis prophetarum & apostolorum adeo clare lucet.

2. Pet. 2.

In nouo Testamento esse ipsam substantiam & perfectionem.

Alterum discriminē est non leue, quod ueteres promissiones habuerunt futurorum bonorum, quæ umbris uariarum figurarum inuoluta illis sunt proposita: apud nos autem impleta sunt ea quæ illi eminus, & quasi per uebulā uiderunt, & creæ



& crediderunt suo tempore futura esse. Christum enim &  
 Gentium uocationē, & amplissimum Christi regnū in uniu-  
 uerso orbe, eminus uiderunt: crediderūt promissionibus pro-  
 phetarum, Filium dei uenturum in mundum, ut humanā na-  
 turam assumat, concionetur, edat miracula, patiatu sup-  
 plicium, & moriatur, & ita homines redimat, eundē à mor-  
 tuis resurrecturum, ascensurum in caelos, missurum spiritū  
 sanctum, & totum mundum ad se attracturum. Hæc autem  
 omnia nos facta & impleta esse credimus. Itaq; nō expecta-  
 mus alterum Mesiam, aliam restitutionem aut perfectionē,  
 sed certō & indubitato nouimus, omnia in Christo domino  
 impleta esse, ipsum esse nostrā plenitudinem, in quo omnia  
 habemus quæ in lege & prophetis promissa & adumbrata  
 fuerunt: sicuti in Euangelio scribitur, Lex & propheta ad  
 Ioannem usq; prophetarunt, & ab eo tempore regnum dei  
 prædicatur. Lex per Mosem data est, gratia & ueritas per  
 Iesum Christū facta est. Et ex plenitudine ipsius omnes sum-  
 psimus, & gratiam pro gratia.

Matth. 17.  
 Ioan. 2.

Quoniā igitur Christū ipsum omnis gratiæ, ueritatis &  
 salutis plenitudinē habemus, cessant iā ea quæ ueteribus ua-  
 rijs figuris inuoluta proposita fuerunt, quemadmodū supe-  
 rius quoq; de abrogatione & abolitione legis scripsimus. Li-  
 beramur autem nos onere et iugo quod ueteres portarunt.  
 Nam quia Christus nondum uenerat, neq; figurar, typos &  
 ceremonias impleuerat, manserunt ea immota, et ueteres ad  
 hæc obseruanda iure tenebantur: eoq; modo sub lege & ser-  
 uitate erant, & quantumuis fide ac spe uenturi Mesia ani-  
 mo liberi essent, à lege tamen, ut diximus, non erant liberi.  
 Christiani autem liberi sunt, neq; ad hoc obstringuntur, ut  
 ea quæ lex præcipit de externo cultu dei in templo peragen-  
 do, de sacrificijs, de sacerdotio, de discrimine & delectu  
 temporum & ciborum, & alijs de rebus, magno labore,

Christiani  
 nos libera-  
 tos esse à iu-  
 go quod ue-  
 teres porta-  
 rant.

ADVERSUS ANABAPT.

Act. 15.

Nostra &  
ueterum sa-  
cramenta.

opera & sumptu faciant: quemadmodum ecclesia Hierosolymitana testata est, se nolle Christianis hoc iugum imponere. Quamobrem denuo gratiæ deo sunt agendæ propter amplissimam hanc libertatem, in quam nos Christus asseruit: uidemus item ingens discrimen inter nos & ueteres, qui tamen nihilominus in eadem nobiscum ecclesia manent, nihil impediente eos iugo quod ipsis impositum est. Discrimen hoc perspicue apparet in nostris & ipsorum sacramentis. Nam Circumcisio & Pascha, atq; omnia sacrificia, quæ ingentem sumptum & magnum apparatus requirerent, abrogata sunt, & in eorum locum substituta sunt Baptismus & Cœna domini, quæ absq; omni sumptu, absque apparatu & pompa facile peraguntur, plusq; spiritus quam externarum ceremoniarum requirunt. Testatur autem nostra sacramenta, uerum seruatorem exhibitum esse, qui nos ab omni impuritate abluat, & morte sua ab æterna morte liberet, qui pascat & potet corpore & sanguine suo ad uitam æternam: & ei soli nos obtemperaturos uera fide et charitate spondemus, &c. Præterea cum cultus dei in ueteri Testamento uni loco astrictus fuerit, nunc in nouo Testamento tempus & locum libera habebimus: atque solum sacros cœtus & prædicationem uerbi habemus, quibus preces & gratiarum actiones connexæ sunt. Itaque liberi sumus à tot ceremonijs, quæ apud ueteres in usu fuerunt: in quibus tamen etiã ueteribus, qui uera fide præditi erant, tantũ Christũ spectabant: ut supra docuimus.

In nouo  
Testamento  
omnes  
Gentes sunt  
populus  
dei, & largi-  
ter do-  
nantur.  
Nouũ Te-  
stamentũ.

Postremo in ueteri populo ecclesia & religio exiguiæ regionis terminis circũscripta et cõclusa fuit, nũc autẽ ecclesiæ limites in nouo Testamento ad fines orbis terrarũ pertinent: et Christo non tantum Israelitæ, sed omnes Gentes à finibus orbis adducuntur, ita ut nunc deus non tantum in Iudea, sed in oĩbus locis per totũ orbẽ colatur. Nominatur autẽ

tem

tem Christi populus nouus populus, eò quod de nouo à dño recepti, noua doctrina, sacramentis et ritibus donati fuerūt, & nouum foedus seu Testamentum cum illis factum est. Nouam autem doctrinam appello, non quæ re ipsa noua sit, sed quæ nouo modo annuntiatur. Omnis enim noui Testamenti doctrina in Christum refertur. Hic autem ab initio promissus est, & in ueteri Testamento deus Christum promissionibus, figuris & cerimonijs promisit et adumbravit: ideoq; doctrina uetus est. Quoniam autem in nouo Testamento prædicatur Christum exhibitum esse, & omnia impleuisse quæ ueteribus promissa & adumbrata fuerant, quare non alium expectandum esse, sed credendum in hunc, in quo omnis plenitudo reperiatur: adhæc quia Gentibus quoq; hæc annuntiata sunt, & omnes ueteres cerimonie abolitæ, & noua sacramenta (ut supra scripsimus) instituta, & in usum recepta fuerunt, Euangelium iure noua doctrina, & foedus quod deus cum nouo populo fecit, seu Testamentum quod in Christo ratum fecit, nouum Testamentum nominatur.

In nouo item Testamento gratia & spiritus dei abundanter per totum terrarum orbem distributus fuit: & agnitionis dei iuxta prophetarū oracula inter omnes gentes longe magis quam apud ueteres peruulgata est. Quamuis enim ueteri multi à deo spiritu et agnitione ipsius adeo largiter donati sint, uelut Moses, Samuel, Dauid, Esaias, Daniel & alij, ut pauci in nouo Testamento gloriari possint se largius donatos esse: tamen nihilominus manifestum est, donum spiritus dei eiusq; uirtutes & claram agnitionem coelestium mysteriorum, largissime effusa esse in nouo Testamento in omnem carnem & per totum orbem: ita ut sancti amici & quasi confederati dei, ministri, doctores, iudices, reges, principes, &c. qui in ueteri populo numerari potuerunt, nunc in numeri sint inter Christianos: ita omnia in nouo Testamento præstantiora sunt.

In nouo Testamento gratia largiter distributa est.



## ADVERSVS ANABAPT.

Conclusio  
huius cause

Multa adhuc hac de re scribi possent, tamen cum ubique in hoc scripto breuitati studeam, spero me etiã nunc his que allata sunt, satis ostendisse, quod nam sit uerum discrimen ueteris & noui populi & Testamenti, ac nihilominus utrunque populum, unum populum, unam ecclesiam, & corpus unum esse sub capite Christo. Neque ueteres, eò quod sub seruitute legis fuerunt, neque liberi & non tam amplis ut nos per Christum in nouo Testamento donis ornati fuerunt, ideo reiiciendos, contemnendos, & à nobis separandos esse. Spero etiam hac explicatione discriminis utriusq; Testamenti & populi, gloriam & claritatem Euangelij, & Christianam libertatem ita fideliter explicatam & oculis expositã esse, ut Anabaptistæ nullo iure cõtra nos uociferari possint, nos collatione patrum & nostræ religionis, gloriam Euangelij obscurare.

Doctrinam concionatorum de charitate dei  
& proximi Christianam, & sacris literis consentaneam, imò ex illis desumptam esse. Cap. 8.

Concionatores charitatem nõ reſte docere in suis ecclesijs.

**P**osteaquam superioribus capitibus ad 13. Anabaptistarum dogma respondimus, nunc denuo ad duodecimum, quod hucusque distulimus, reuertemur. Aiunt ergo, charitatem quæ omnium bonorum communionem requirat, non reſte à concionatoribus doceri: eò quod doceant, hominẽ Christianũ posse iure proprietatis aliquid possidere & diuitem esse, cum charitas omnia cum fratribus communia habere iubeat. Cum igitur Anabaptistæ nostram de charitate doctrinam iniustitiæ & falsitatis accusent, res ipsa à nobis postulata, ut breuiter nostræ doctrinæ de charitate, rationem reddamus.

Charitatẽ ex deo esse.

Charitas itaq; oritur in pijs & fidelibus hominibus ex uera fide, & ipsa quoq; sicuti fides à deo donatur per spiritum

tum sanctum. Etenim à D. Ioanne scribitur, Nos deum diligimus, quoniam ipse prior dilexit nos: & D. Paulus, Porro finis mandati est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata. Et alibi, Charitas dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Docemus autem charitatē complecti deum & proximum, quos uere & solide diligit. Dei autem charitatem ita conueniam & unitam esse dicemus cū charitate proximi, ut absque se mutuo subsistere non possint: imò ex charitate dei sequi charitatem proximi: & ex charitate proximi, agnoscere charitatem dei: quemadmodū D. Ioannes scribit: Diligamus alij alios: nam charitas ex deo est. Quisquis diligit, ex deo natus est, & cognouit deum. Qui non diligit, nō nouit deum: nam deus est charitas. Si quis dixerit, diligo deum: & fratrem suum oderit, mendax est: qui enim non diligit fratrem suum quem uidit, deum quem non uidit, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus ab eo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

2. Ioan. 4.  
1. Tim. 2.

Rom. 5.

Charitas  
deiet proxi  
mi.

1. Ioan. 4.

Modum autem diligendi deum, ex Euangelio docemus, in quo dominus sic ex lege docet: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud est primum & magnum mandatum. Hoc ergo mandatum domini grauitur urgemus, ac docemus, deum ante omnia diligere & amare sincere, uere ac fideliter, ex omnibus uiribus & facultatibus nostris, ab eo solo pendere, illi seruire, neminem illi in nostro corde uel anteponendum uel adiungendum esse, sed ut ipse solus omnia sit in nobis, ita ut reliqua, quæ ex eius mandato diligimus, ad normā diuinæ charitatis dirigantur & amentur, sic ut deus quemadmodū decet, semper omnibus anteponatur, atq; primum locum obtineat. Modum quoq; charitatis proximi, ex Euangelio indicamus, in quo rursus sic ait dominus: Diliges proxi

Modus dilī  
gendi deū.  
Matth. 22.

Modus cha  
ritatis proxi  
mi.

## ADVERSUS ANABAPT.

- Quis sit proximus.** *num tuum sicut teipsum. Proximum autem nominamus, us- numqueng; hominem cōditum ad imaginem dei, obuium aut presentem nobis, ac nostro auxilio aut consilio opus habēs.*
- Luce 10.** *Ita autem proximi nomen intelligendum esse Christus exem- plo Samaritani docuit, qui uulneratum (quem non nouerat, neq; unquam ante uiderat, & qui illi nullo modo coniunctus erat, tantum, ab omnibus alijs desertus, ope eius indigebat) fideliter curauit, & omnibus, quibus potuit, modis iuuit. Ab lutio item pedum à domino facta, quæ Ioānis 13. describitur, docet nos, ut mutuo inuicem in charitate & humilitate ser- uiamus. Et alibi dominus ait, Omnia quæcunq; uolueritis ut uobis homines faciant, & uos facite illis. Ac rursus seipsum exemplū charitatis dominus pponit, et ostendit uerā rationē & modum diligendi proximum, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut alij alios diligatis, sicut dilexi uos, ut uos diligatis alij alios. Item, Hoc est præceptum nouum, ut diligatis alij alios, sicut dilexi uos. Maiorem hac charitatē nemo habet, quā ut quis animam suā ponat pro amicis suis. Quare si quemadmodum Christus nos amauit, sic nos alij alios ama- re uouerimus, sicuti etiam debemus, tum non tantum bona & opes nostras, sed uitam quoq; pro alijs, si opus fuerit, po- nere oportet. Hanc igitur ob causam etiam D. Ioannes scri- psit: Per hoc cognouimus charitatem, quod ille animam suā p nobis posuit: nos igitur debemus pro fratribus animas po- nere. Qui uero habuerit mundanas facultates, & uiderit fratrem suum egentem, & clauscrit uiscera sua coram eo, quomodo charitas dei in eo manet? Filioli, ne diligamus uer- bo, neq; lingua, sed opere & ueritate. Coniungimus etiam huic doctrinæ ea quæ Christus dominus Matth. 25. & Pau- lus 1. Cor. 13. de charitate docuerūt: inter alia quoq; his Pau- li uerbis ad charitatem hortamur: Si qua igitur consolatio est in Christo, si quod solatium charitatis, si qua communio spiritus,*



spiritus, si quæ uiscera ac miserationes, explete meum gaudium, ut itidem sitis affecti, eandem charitatē habentes, unanimes, idem sentientes. Nihil gerite per contentionem, aut per inanem gloriam, sed ex modestia alium quisq; se præstantiorem exstimet. Ne sua quisq; spectetis, sed unusquisque etiā quæ sunt aliorum. Enimuero is sit affectus in uobis, qui fuit & in Christo Iesu: qui cum esset in forma dei, non duxit rapinam parem esse cum deo, sed ipse se inaniuit, &c. Philip. 2.

Simul quoq; docemus, cum sancti experiuntur se arden-  
ter deum amare, & proximum quoq; ex corde diligere, & illi seruire, eos non ideo animo efferrī debere, neq; fidere suæ charitati, ac si per ipsam seruarentur: sed fidendum esse charitati dei, qua nos dilexit, & filium suum ad redemptionem & per solutionem peccatorum nostrorum dedit, per quem solum seruamur. Monemus etiam ipsos, ut petant à deo humilitatem, ut humiliter coram ipso uiuant, & agnoscant, quamuis arden-  
ter amemus, tamen adhuc ardentius nos amare debere: quandoquidem modus charitatis, qui nobis præscribitur, ut deum supra omnia diligamus, ex toto corde, etc. proximum autem ut nos ipsos, imò ita quemadmodum Christus nos dilexit, præstantior est, quàm ut nos per nostram infirmitatem ad tantam perfectionem pertingere possimus. Quod si ex aduerso aliquis experiatur suum cor frigescere, ac se exiguam, aut nullam dei & proximi charitatem habere, hunc hortamur ne desperet & omnem spem abijciat, sed serio, quantum potest, à deo precetur, ut augeat sibi spiritum à quo cor eius uera dei & proximi charitate accendatur, &c. Hæc igitur nos in ecclesijs nostris docemus: quæ tamen non nostræ, sed solius Christi sunt, nobis ut illis inseruiamus à domino commissæ: speramus autem neq; Anabaptistas, neque ullos alios nostros aduersarios, posse nos ex uerbo dei ul-

Quem animū ex charitate concipere oportet.

ADVERSVS ANABAPT.

lius erroris conuincere. Quamobrem denuo Anabaptistæ nullam causam & occasionem habent desiciendi à nostris ecclesijs, perinde quasi falsò in ea de charitate doceatur.

De communione bonorum, qualis nam apostolorū ætate fuerit: ac posse Christianos res proprias habere, neq; eos apostolorum ullo mandato aut exemplo ad communionem bonorum adigi. Cap. 9.

**V**erum Anabaptistæ ideo aiunt nostram doctrinam uitiosam esse, quod charitatem non aliter doceamus, quàm quod simul etiã prædicemus, Christianū posse aliquid proprium habere, & diuitem esse, cum tamen charitas potius omnia cum fratribus cõmunia habeat. Sed nos his opponimus ea quibus supra lib. 1. cap. 9. probauimus, Christianum posse aliquid proprium habere, & diuitem esse: itaq; non sequitur, charitatem nos cogere ut omnes opes in commune conferamus. Quod autem rursus aiunt, diuitias malum esse, itaque charitatem postulare ut malum abijciamus, & bonum agamus, quod fiat si diuitiæ publicentur. Ad id respondemus, diuitias habere, per se neq; malum neq; bonum esse. Etenim cum diues ex dei benedictione opes suas habet, neminemq; suis rebus fraudauit, ac opibus bene utitur, tum diuitiæ non male, sed bonæ sunt: iniusta autem opum acquisitio & abusus, eas malas facit. Nam qui (ut Paulus inquit) uolunt ditescere, hoc est, qui non dei beneficio diuites sunt, nihilominus tamen ditescere uolunt mendacijs, furtis, fraudibus, rapinis, & quibuscunq; alijs rebus sibi opes comparare possunt, hi grauitè aduersus dei mandatum peccant. Quod si opes huiusmodi malis artibus partæ sunt, nõ tamen necesse est ut publicentur, sed qui eas iniuste acquisiuit, elemosynas largiatur, & illis quos fraudauit, aut iniuria affect, suas opes restituat.

Diuitiæ esse.

1. Tim. 6.

tuat: quemadmodum alibi in nostris libris docetur.

Quamuis autem superius probauerim, posse Christianum aliquid proprium habere, attamen ad confirmanda superiora etiam nunc aliquot rationes adferam. Abrahamus scribitur diues fuisse, qui proprias res habuerit. Seruus enim illius ait: Deus magnas diuitias dedit domino meo, et eum magnum fecit, dedit ei oues & boues, aurum & argentum, seruos & seruas, camelos & asinos, hæc omnia dedit filio suo. Sin autem hoc testimonium Anabaptistæ reijcere uoluerint, eò quod ex ueteri Testamento desumptum sit, obijciemus illis Abrahamum in nouo Testamento patrem fidelium nominari, quare nos bene ipsius exemplo uti posse, & proprietatem rerum hoc loco inde probare: quemadmodum superius ostendimus. Attamen etiam æque euidentibus testimonijs noui Testamenti rerum proprietates confirmatur. Christus enim fideles celebrat, qui ipsi in suis pauperibus cibum potumq; præbuerint, uestierint ipsum, & hospitio exceperint: quæ sententia rerum proprietatem concedit & approbat. Nemo enim quenquam hospitio in domum suam excipere, cibum, potum, uestesq; de suo dare pauperibus posset, si omnia, quemadmodum Anabaptistæ uolunt, communia essent. Nemo enim de suo, sed ex communi largiretur. Longe autem aliter Paulus apud Corinthios fieri præcepit. Porro de collecta in sanctos (pauperes egenos, qui Hierosolymis erant) quemadmodum constitui in ecclesijs Galatiæ, ita & nos facite. Primo quoq; die hebdomadæ unusquisq; uestrum apud se reponat, & ita thesaurum colligat: ne quum uenero tunc collectæ fiant. Nonne Paulus hoc loco unumquemq; fidelium, dominum facit suarum opum, ita ut eas suo arbitrio administrare, & in usum pauperum reponere ac seruare, quantum ipsi uisum fuerit, possit? Quod si communio bonorum necessaria esset in ecclesia, quo loco aut tempore meli-

Christiãos  
posse aliis  
quid propriũ  
habere  
Gen. 24.

Matth. 25.

1. Cor. 16.



ADVERSUS ANABAPT.

2. Cor. 9.

or occasio dari potuisset apostolo quàm hoc ipso, quo de patribus iuuandis loquitur, eandem communionem in ecclesiis Galatiæ & Achaïæ instituendâ? Attamen cuiq; proprietatem suarum rerum relinquit: cuius rei in posteriore epistola apertiora testimonia extant. Nam cum Corinthios ad collectionem pro pauperibus faciendâ, et ut in ea excellerent, hortatus esset, mox addit: Non ex imperio loquor, sed per aliorum studium, etiam uestræ dilectionis sinceritatem reddens exploratam. Et consilium in hoc do. Item: Sicut promptum est illud uelle, ita etiam adsit ipsum perficere ex eo quod habetis. Etenim si prius adsit promptus animus, acceptus est aliquis pro eo quod habet, non pro eo quod non habet. Non enim ut alijs relaxatio sit, uobis oppressio. Sed pari condicione, ut hoc tempore uestra abundantia suppleat illorum defectum, &c. An nõ aperta hæc uerba sunt, quæ unicuiq; Christiano liberam suorum bonorum possessionem & administrationem permittunt? Quod si, ut Anabaptistæ aiunt, charitas non recte prædicatur, cum prædicatur Christianum posse proprium aliquid habere, neq; debere cum fratribus omnia in commune conferre, tû certe ipse apostolus charitatem non recte docuit, ut ex his, quæ diximus, aperte cognosci potest. Verum ille recte docuit, sed Anabaptistæ errant, & accusatio eorum in nos instituta, est iniqua, in qua si perseuerarint, etiam apostolos accusent necesse est. Philemonis etiam exemplum adeo euidentius aliquid optari possit. Philemon enim non tantum domum & familiam ac opes & facultates habuit, uerum etiam seruum seu mancipium Onesimum. Non autem cum ipso Paulus eodem modo agit, quo Anabaptistæ nûc solent agere cum fidelibus. Non enim ipsum negat, posse mancipium possidere, aut iubet suas opes in communem fratrum potestatem conferre, sed seruum illi restitui curat, ac spondet & uadem se dat, se pro omnibus

Philemon  
Christiãus  
& concio-  
nator pro-  
prias opes  
& facultates  
habuit.

omnibus satisfacturum, quæ Onesimus illum læserit, aut illi debeat. Quod si Anabaptistæ dixerint, Philemonem in fide & charitate adhuc imperfectum fuisse, audiant quàm præclarum illi testimonium Paulus perhibeat. Gratias, inquit, ego deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis, quum audiam tuam charitatem & fidem, quam habes erga dominum Iesum, & erga omnes sanctos. Ac rursus: Gaudium enim habemus multum & consolationem in dilectione tua, quod uiscera sanctorum resocillata sunt per te, frater. Audite Anabaptistæ, diuitem qui proprias opes & facultates possedit, nihilominus uera & laudabili fide præditum fuisse. Quare uestra de charitate doctrina, manifeste ab ipsa ueritate erronea & falsa arguitur.

Quo autem de bonorum communionem aliquid solidum certumq; breuiter ex sacris literis afferam, quemadmodum superius pollicitus sum, prius Anabaptistarum opinionem & argumenta explicabo. Initio itaque Generales Anabaptistæ, ac postea alij plures, docuerunt neminẽ posse quicquam proprij habere, sed omnes Christianos ex charitate & officio Christiani hominis obstringi coram deo, ut omnes opes suas & facultates singulis fratribus liberis permittant, uel in communem fratrum potestatem cõferant, quo ex ipsis uictum possint habere. Scriptum enim esse in Actis apostolorum: Omnes autem qui credebant, erant eodem loco, & habebant omnia communia. Itaq; si apostolicam ecclesiam habere uelimus, hoc apostolicæ ecclesiæ exemplum imitandum esse. Et quia in nostris ecclesijs non extet hæc bonorum communio, non esse apostolicas ecclesias: ideoq; iure Anabaptistas à nobis secessionem fecisse, ut alibi ueram ecclesiam instituant, in qua sit omnium bonorum communio. Ad has ipsorum rationes nunc breuiter respondebimus. Itaq; ut illis concedamus, Hierosolymis talem rerum communionem fuisse,

De commu-  
nitione bono-  
rum.

Act. 2.

Commu-  
nionem bono-  
rum non re-  
quiri ad pes-  
fectionẽ ecc-  
clesiæ.

ADVERSUS ANABAPT.

ut omnes fideles eodem loco uixerint (etsi interim cuius ex-  
pendendum relinquo quàm commode 3000. aut 5000. ho-  
minum simul habitare potuerint) ac omnia habuerint com-  
munia, num interim poterunt uel unicam aliam ecclesiam  
ostendere, in qua hoc in usu fuerit? Nunquam ullam osten-  
dent. Contrarium enim antea aperte probauimus. Quamob-  
rem iure quis cogitare poterit, istud in prima hac ecclesia  
quiddam peculiare fuisse, quod non ab omnibus ecclesijs po-  
stuletur: quemadmodum etiam in prima ecclesia singularia  
quædam dona fuerunt, linguarum, miraculorum & signo-  
rum, &c. quæ nunc non habentur in ecclesia, quæ tamen ni-  
hilominus uera & apostolica est ecclesia. Nam si absq; bono-  
rum communionem nulla est apostolica ecclesia, sequeretur a-  
postolos ipsos nullas apostolicas ecclesias instituisse: quippe  
qui hanc communionem bonorum non instituerunt in eccle-  
sijs, quas ex gentibus collegerunt, ut supra ostendimus. Sed  
illi apostolicas ecclesias absq; hac communionem instituerunt,  
quare communicatio bonorum non requiritur ad perfectionem  
ecclesiæ, ita ut non possit uera ecclesia esse, nisi quæ commu-  
nionem bonorum utatur. Atq; hac ratione denuo Anabaptista-  
rum argumentum confutatum est, quo illi iniustam suam de-  
fectionem tuentur.

Qualis fue-  
rit cohabi-  
tatio in eo-  
dem loco,  
& bonorū  
communio  
in ecclesia  
apostolica.

Postremo communicatio bonorum, cuius mentio fit in Actis  
apostolorum, reuera non fuit talis communicatio, qualem Ana-  
baptistæ intelligunt & docent: nempe quod omnes eodem  
loco manserint, omnia bona communia habuerint, ut nihil  
esset proprium cuiquam: quemadmodum aliqua ex parte  
monachi in cœnobijs uiuunt. Verum fideles primum corde  
unanimes fuerunt, deinde in sacris coetibus frequenter si-  
mul conuenerunt, inter se amice & beneuole uixerunt, do-  
mos tamen separatas habuerunt, sæpius autem unâ & cibos  
sumpserunt, & mutua inter eos fuit familiaritas. Hoc au-  
tem



tem modo ipsos pariter fuisse, Lucas sequentibus uerbis docet, cum ait: Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes per singulas domos panem, capiebant cibum cum exultatione (ac ne quis comotationem luxuriosam intelligat, addit) & simplicitate cordis. Laudantes deum, & habentes gratiam apud totum populum. Communio autē bonorū hæc ratio fuit. Diuitū aliqui ædes, agros ac possessiones uendebant, pecuniam uero inde acceptam, apostolis afferebant, ut ea egenos iuuarent, & ad communem ecclesiæ sumptum uterentur: alij uero, qui suas possessiones retinebant, non uendentes ipsas, sic tamen ipsas aestimabant, quasi quæ non ipsorum & propriæ essent, sed ubi opus esse uidebant, iuuabant egenos, pro suis facultatibus, & prout ipsis opus erat. Hunc autem sensum denuo nos Lucas docet: nam postquam ipsos dixit omnia habuisse communia, addit: Possessiones ac facultates uendebant, ac dissipiebant ea omnibus, prout cuiq; opus erat. Et 4. capite: Nec quisquam aliud eorum quæ habebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Ideo nempe quod possessores ea non sibi soli possidebant, sed libenter etiam alijs ea communicabant: interim tamen ipsi nihilominus possessionem & administrationem seruabant. Reliqui autem qui sua bona uendebant, non cogebantur, si salui esse uellent, precium in commune conferre, nisi id sponte facerent. Neq; legimus eos qui possessiones uendiderunt, omnia in uniuersum uendidisse, ut nihil ipsis relinqueretur, quo ad suos suorūq; usus pro sua uolūta te uti possent. Etenim cū Ananias possessionē quādam uendi A. 9. diffet, & precij partē alterā sibi seruasset, alterā ad pedes apostolorū deposuisset, interi aut gloriaretur se omnē pecuniā attulisse, ait illi Petr. Anania, cur impleuit Satanas cor tuū ut mentireris in spiritū sanctum, et interuerteres ex precio istius prædij? Nonne si seruasses, manebat tibi, & uenunda-

ADVERSVS ANABAPT.

tum in tua erat potestate? Quid erat cur induceres in animum rem istam? Quibus ex uerbis aperte perspicitur, potuisse fideles suas possessiones seruare, ac communionem nihil aliud fuisse, quàm seruata proprietate liberam communicationem & subsidium egenorum, quæ si adhuc in ecclesia seruantur, non opus habemus Monachorum aut Anabaptistarum communiõne. Eodem modo alibi in apostolorum Actis legitur, fideles ades, opes & possessiones seruasse, neque in commune omnia in communem fratrum cœtum contulisse, sed ipsi ea seruarunt, & pro sua uoluntate ac charitate egenis largiti sunt. De Tabitha nanque scribitur, ipsam fidelem fuisse, quæ domum & rem familiarem atque opes habuerit, & magnas eleemosynas largita sit. Simõ coriarius, cuius iopensis, domum habuit, ipsiusque hospitio Petrus apostolus est usus. Fideles Antiochiæ cum rescuissent ecclesiam Hierosolymis & in Iudæa egere, collectum munus in subsidium illis miserunt. De illis enim Lucas scribit: Singuli autem discipulorum, prout cuique suppetebat, decreuerunt in subsidium aliquid mittere habitantibus in Iudæa fratribus. Prout cuique suppetebat ait, ideo unusquisque aliquid habebat quod illi suppetere, neque omnia in unum aceruum ab ipsis congesta fuerunt, nam tum in subsidium aliquid illis ex communi aceruo misissent. Quid uero apertius est loco illo Actorum, in quo scribitur, Mariam matrem Iohannis, cognomento Marci, Hierosolymis in ipsa urbe propriam domum in sua potestate habuisse? Ad hanc autem ipsius domum Petrus primum uenit, cum ab angelo è carcere eductus fuisset, & multos illic fideles, orationis causa, congregatos inuenit: non quod domus esset totius ecclesiæ publica, aut quod tota ecclesia illic congregata esset, sed tantum uicini & amici ac noti homines conuenerant. Etenim Petrus iubet eos Iacobo & fratribus (qui haud dubie non erant presentes) suam liberationem indicare.

Maria

Act. 9.

Act. 11.

Maria aut, quæ domum propriã habebat, & fideles illuc ad  
 orandum admisit, magnam ex cõuentu fidelium laudem habet  
 quod ipsa quoq; fidelis fuerit: idq; cõfirmat quod Petrus ad  
 hanc primũ e carcere uenit. Eodem modo Lydia pupurarum Act. 16.  
 uenditrix domum & suã negotiationem seruauit, idq; etiam  
 postquam baptizata a fuit, & Paulũ domũ suã hospitio exce=  
 pit. Alibi uero Paulus ait, Salutatur uos Caius, hospes meus & Rom. 16.  
 ecclesiæ totius. Item cum ait se nullius aurum aut argentum Act. 20.  
 unquam cõcupiuisse, satis docet, unumqueng; argentiũ et au=  
 rum suũ proprietatis iure in sua potestate habere. Quomo=  
 do enim id concupiscere potuisset, quod commune ideoq; eti=  
 am ipsius erat. Præterea legimus Philippũ, Cesareæ domum Act. 21.  
 & rem familiarem habuisse, ac Paulũ unã cum illis qui cum  
 ipso erant, ab eo hospitio exceptos esse. Vltimo itẽ cap. epi=  
 stolæ ad Rom. aperte docet, Romæ non fuisse hãc communiõ=  
 nem, ut fideles eodẽ loco habitarent atq; omnia communia  
 haberent, sed separatim eos uixisse cum suis familijs, & illis  
 quos hospitio exceperant. Vltimo item cap. prioris ad Cor.  
 epist. scribit, Salutatur uos in domino multiũ Aquila et Priscil=  
 la, cũ ea quæ in domo ipsorũ est ecclesiã. Ephesi aut multæ a=  
 liæ fidelium domus erant, non tantum Aquilæ, ut omnes fide=  
 les illic congregati fuerint. Ex his omnibus necessario sequi=  
 tur, communionem habitationum ac bonorum, quam Ana=  
 baptistæ instituere conantur, nullum habere mandatum, uel  
 testimonium, uel exemplum apostolicæ ecclesiæ. Cura autem  
 pia rei familiaris, cum unusquisq; Christianorum honeste si=  
 bi uictum parat, erga alios humanus est, & pro uiribus li=  
 benter ac prompte egenos iuuat, hæc, inquam, exempla ha=  
 bet & præcepta apostolicarum literarum. Hac ergo pij u=  
 tantur, & Anabaptisticam communionem caueant, ex qua  
 (ut supra docui libro primo cap. nono,) nihil aliud unquam  
 ortum est, aut adhuc orietur, quàm dissidia & turbæ & re=



ADVERSUS ANABAPT.

rum confusio: ut iam taceam, quod hac ratione perditis & operatis hominibus multorum malorum ansa datur.

Animas fidelium non dormire post discessum à corpore, sed rectà à morte ad uitam æternam in cœlos migrare, & illic deum, eiusq; filium in gaudio cœlesti & ineffabili laudare & prædicare.  
Caput 10.

Animas pio-  
rum nō dor-  
mire post  
discessum à  
corpore.

14.

1332.

**D**ecimo quarto dogmate Anabaptistæ docet, incertum esse quod concionatores tradant, animas fidelium re-  
ctà à morte in cœlos ad uitam æternam transire. Et ratio-  
nem hanc afferunt, quod animæ ad extremum usque diem  
dormiant. Est aut illis hoc dogma cōmune cū nōnullis qui An-  
nabapt. esse nolunt, & tamen animas dormire somniant. Io-  
annes, uigesimus secundus huius nominis, Pontifex fuit olim  
in hac sententia, animas à corpore separatas non uidere de-  
um ad extremum usque diem: sed ad reuocationem adactus  
est. Quidam nullam somni mentionem faciunt, arbitrantur  
autem fidelium animas propter quosdam defectus igne diu  
expurgari oportere, in quo ineffabilia tormenta patiuntur.  
Sed scripturæ & simplex fidei nostræ confessio, melius nos  
de animabus fidelium separatis à corpore iudicare docent:  
nempe ipsas rectà à morte corporea in æternam uitam  
transire: quemadmodum animæ infidelium confestim ad  
tartara præcipitantur. Neque hic articulus leuis momen-  
ti existimari debet, sed potius diligenter ab omnibus Chri-  
stianis expendendus est, & mente seruandus. Continet  
nanque firmissimam nostram spem, neque in periculis con-  
solationem & gaudium habere poterit is qui in hoc dogma-  
te non bene & solide instructus est. Ex quo perspicue ap-  
paret, quàm inepti doctores sint isti Anabaptistarum anti-  
stites,

Vera spes  
fidelium.

stites, qui in Euangelio nō melius instructi sunt, quā ut de salute animarum dubitent, & alios dubitare doceant: loquimur autem de illis qui hoc dogma tenent.

Magna equidem imperitia est Anabaptistarum, qui animas nō dormire. <sup>Animas nō dormire.</sup> ea tribuunt, quæ tamen in illis locum habere non possunt, ueluti est somnus. Animæ enim indute onerosa hac & ignava carne non dormiunt, & quomodo dormirent ab hac liberatæ & separatæ à corpore, & proinde etiam liberiores? Præterea nisi plane rudes imperitique essent, nossent animas statim atque à deo conditæ sunt, esse spiritus immortales, æternos, qui sunt in perpetua actione, idcōque non dormire, quare etiam longe aliam quietem habere, quā sit somnus, qui corporis quies est. Verum adducunt quedam scripturarum testimonia, ueluti quod scribitur in Actis D. Stephanum lapidatum à Iudæis, cum dominum inuocasset, obdormiuisse: & quod à D. Paulo scribitur ad Thessalonicenses, Nolim autem uos in ignorantia uersari, fratres, quod ad eos attinet qui obdormierunt, ut ne doleatis, quemadmodum & ceteri qui spem non habent, & c. Sed illis imponit quod animæ tribuunt ea quæ proprie sunt corporis, neque obseruant quod scripturæ mortem corpoream somnum, & mori dormire dicunt. Itaque quum Lucas Stephanum obdormiuisse dicit, idem est ac si diceret, ipsum mortuum esse. Item quum Paulus ait: Nolim uos in ignorantia uersari, quod ad eos attinet qui obdormierunt: nihil aliud significat, quā se hæc illis significare de ijs qui mortui sunt. Morte autem (quod omnes norunt) animæ tantum separantur à corpore, atq; ita corpus uita priuatur, anima autem manet, nec moritur ac perit, sed solum corpus moritur. Quia autem corpora spe resurrectionis sepeliuntur, & quamuis corrumpuntur, & in terram, ex qua initio desumpta sunt, redeunt, tamen die nouissimo resurgent, ideo scri-

Act. 7.

1. Thes. 4.

Quare qui moriuntur dicantur obdormire

ADVERSVS ANABAPT.

ptura mortem somnum, & mori dormire appellat. Quema-  
 admodū enim, qui obdormiunt, somno absoluto denuo sur-  
 gunt & laborant: ita etiam mortui, cum terminus constitu-  
 tus aduenerit, in sua carne resurgent & uiuent. Hanc au-  
 tem interpretationem nō nos ipsi confinximus, sed ē uerbo  
 dei desumpsimus. Etenim Ioannis capite undecimo sic scri-  
 bitur: Iesus autem ait discipulis suis, Lazarus amicus no-  
 ster dormit: sed proficiscor ut à somno excitem eum. Dixe-  
 runt ergo discipuli eius: Domine, si dormit seruabitur. Ad-  
 dit autem Euangelista, Dixerat autem Iesus de morte e-  
 ius: illi uero putauerunt quod de dormitione somni dice-  
 ret. Tunc ergo Iesus dicit eis aperte: Lazarus mortuus  
 est. Pauli quoque testimonia huc faciunt, qui ita scribit:  
 8. Cor. 15. Quod si Christus non est suscitatus, inanis est fides ue-  
 stra: adhuc estis in peccatis uestris. Nempe & qui ob-  
 dormierunt in Christo, perierunt. Nunc autem Christus  
 suscitatus est ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormie-  
 runt, &c. Et paulo post: Non omnes quidem obdormie-  
 mus, sed omnes mutabimur. Momento & ictu oculi, ad  
 ultimam tubam (canet enim) & mortui resuscitabuntur  
 incorrupti, & nos immutabimur. Idemq; apostolus ad  
 huc apertius ad Thessalonicenses scribit, his uerbis, Nam  
 si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita eti-  
 am deus, eos qui obdormierunt in Iesu, adducet cum eo.  
 Ne quis uero hæc de animabus intelligere possit, quasi il-  
 le obdormierint, additur: Hoc enim uobis dicimus uera  
 bis domini, quod nos uiui, qui reliqui erimus in aduentu  
 domini, non præueniemus eos qui obdormierint. Nam  
 ipse dominus cum hortationis clamore & uoce archægeli  
 ac tuba dei descendet de cælo: & qui mortui fuerint in Chri-  
 sto (ecce quosnam antea dixerit obdormiuisse in Christo &  
 quomodo uiui non præueniant mortuos) resurgent primum.  
 Deinde



Deinde nos uiui, qui reliqui erimus, rapiemur simul cū eis in nubes, in occursum domini in aera: et ita semper cum domino erimus.

Confutata præcipua ratione Anabaptistarum, nam reliquæ tam sunt leues & infirmæ, ut nulla confutatione opus habeant, deinceps nostram sententiam confirmabo, & probabo testimonijs sacrarum literarum, animas fidelium remissionem a morte in cælos ad uitam æternam transire, & illic congregari. Primo autem loco, confirmandi causa, adduco confessionem simplicem nostræ fidei, seu Symbolum, quod apostolorum nominatur: in eo enim confitemur, nos credere remissionem peccatorum, resurrectionem carnis, & uitam æternam. Salutē nihil nisi peccatum impedire potest, & nos spoliatos uita ac gaudio, æternæ damnationi addicere. Quoniam autem fideles a peccato sunt immunes, (confitemur enim, credere nos remissionem peccatorum, hoc est, cum soluendo & satisfaciendo non essemus, deū id ex gratia sua nobis morte & sanguine Filij sui præstitisse, ut iam fideles a peccato immunes sint,) ideo uitam æternam confestim a morte adipiscuntur. Anima nanq; ex hac uita in æternam discedit: corpus uero sepelitur, corrumpitur, & in terram denuo conuertitur, sed omnipotentia dei nouissimo die resuscitatur, & conforme sit glorioso corpori Christi. Itaque credimus totum hominem anima & corpore seruatum iri.

Mortuo autem Christo in cruce, anima eius non obdormiuit. Latroni enim dixit, Hodie mecum eris in Paradiso, haud dubie ut fruatur gaudijs, non autem ut tanquā in somno eade absq; omni sensu dormiat. Deinde his uerbis uitam finijt: Pater, in tuas manus cōmendo spiritum meum. Quin etiam antea discipulis prædixit, multas habitationes esse in domo Patris sui, se autem morte sua præcedere, ut illis locū pareret, sed rediturum ut ipsos assumat ad seipsum, ut ubi ipse

Animas fidelium confestim a morte in uitam æternam transire.

Philip. 3.

Animam Christi non obdormiuisse.

Luce 23.

Ioan. 14.

ADVERSUS ANABAPT.

fit, etiam illi sint. Cum igitur anima Christi non dormierit, nos autem uitam eo modo, quo Christus, accepturi sumus, anima quoque nostrae uiuent, nec usquam dormient, nisi nos Christus, et spes quam in ipsum habemus, fallat. Non autem fallit nos Christus, sed est nostra uita. Docet hoc etiam Pauli sententia, Si liberi, ergo et heredes: heredes quidem dei, coheredes autem Christi. Quod si Christi coheredes sumus, haud dubie statim a morte absque ulla mora hereditatem uitae adibimus, quemadmodum et ipse adiit. Quod uero alibi apostolus ait: Vita uestra abscondita est cum Christo in deo: quando Christus uita illa nostra patefactus fuerit, tum et uos cum eo declarabimini gloriosi: non adimit his uerbis uitam et gaudium illis qui mortui sunt, sed docet tempore iudicij et ingentis gloriae Christi, corpus nostrum gloriosum fore: quare illud quotidie a nobis occidendum esse, neque gaudia huius mundi anteferenda esse labori quem fideles subeunt in domanda et occidenda sua carne, quandoquidem dominus tempore gloriae haec omnia copiose rependere, et multis modis recreare potest.

Rom. 8.

Colos. 3.

Testimonia scripturae de certitudine salutis animarum eorum qui fideles fuerunt.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Ioan. 11.

Multa praeterea insignia testimonia extant, quae docent fidelium animas recta a morte corporea in aeternam uitam transire. Christus in Euangelio ait: Non enim misit deus filium suum in mundum, ut condemnet mundum: sed ut seruetur mundus per eum. Qui credit in eum, non condemnatur: qui uero non credit, iam condemnatus est: quia non credit in nomen unigeniti filij dei. Et alibi: Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam aeternam. Sicut misit me uiuens ille Pater, et ego uiuo per Patrem: ita et qui ederit me, uiuet ipse quoque per me. Et adhuc apertius: Ego sum resurrectio et uita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me, non morietur in aeternum. En quam aperte ait, Qui credit in me, etiamsi mortuus

mortuus fuerit, uiuet. Mori nō impedit uitam illius. Corpus enim moritur, anima uiuit. Vita autem hęc non patitur somnum. Corpus uero tandem etiam ipsum resuscitabitur, ut anima et corpus simul in eternū uiuant, et gaudio fruantur.

Sed contra hęc scripturarum testimonia dicitur à nonnullis, probari illis animam uicturam, quod nemo neget, nō autē probari animam statim à morte uiuere, neq; dormire. Tempus uero quod est à morte ad extremum usq; iudiciū, non adeo longū esse, ut deum accusare possimus quasi promissa differat. Quoniam, D. Petro teste, dies unus corā do- 2. Pet. 3. nō ut anni mille, et mille anni ut dies unus. His responde- mus, & querimus, an non illis dominus aperte satis locutus uideatur, quando fidelem uitam habere ait, & modum formamq; ostendit quomodo habeat, nempe, etiamsi mortuus fuerit? An non audiunt & animaduertunt, mortē non impedire uitam animæ? Anima enim uiuit, etiamsi homo corpore moriatur, ideo etiam statim à morte corporis uiuit. Verum aiunt somnum uitæ nihil adimere. Sed quero ab illis, an in presenti uita existimarent hunc uere & beate etiam uiuere, qui omne tempus ætatis suæ dormiret? Quomodo ergo asserunt, somnum uitæ animarum nihil adimere?

Cum uero Petrus de mille annis loquitur, qui tanquam dies unus sint coram deo: docet, etiamsi dominus non festinet ad uindicandum, tamen ipsum nihilominus suo tempore uenturum ad iudicandum: præterea odisse malum, & id suo tempore uindicaturū: quare malos non debere existimare, eum ideo, quod uindictam differat, approbare ipsorum malitiam, & ipsos impunitos dimissurum, neque uenturum ut suos liberet, & ea præstet quæ eis pollicitus est: deum enim non eodem modo quo homines tempora supputare. Addit enim apostolus, Non tardat dominus, qui promisit, ut nonnulli tarditatem hanc esse ducunt, sed patiens est erga nos,

Mille anni  
apud deum  
ut dies u-  
nus.



## ADVERSUS ANABAPT.

*Ecce. Quamobrem uerba Petri non aliò detorquenda sunt, neque illis aliter utendū est quàm ipse apostolus usus fuerit, alioqui breui omnis spes nobis periret. Quoniam si in ad-  
eptione salutis mille anni essent ut dies unus: & si ea mille  
annis dilata diceretur, ipsam uno tantum die dilatan esse:  
quem tandem exitū spes nostra habitura esset, quandoqui-  
dem centum dies essent centum annorum millia? Huiusmodi  
inauditæ & absurdæ quæstiones fidem infirmam faciunt,  
neque quicquam eam confirmant. Cum igitur deus salutem  
animarum non distulerit, quemadmodum corporum resur-  
rectionem ad extremum usque diem, sed simpliciter dicat,  
Qui credit in me, non morietur in æternum: iure credunt  
fideles animas ipsorum statim à morte uiuere.*

*Verba  
Christi Io-  
an. 5. expli-  
cantur.*

*Quo autem euidentius appareat, expressis & indubita-  
tis uerbis Christi probari, animas statim à morte in cælos  
& æternam uitam transire: age, Christi uerba audiantur  
hac de re, quæ Ioã. 5. extant: Amen amen dico uobis, qui ser-  
monem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam  
æternam, & in iudicium non ueniet, sed transiuit à morte  
in uitam. Quid quæso desiderari potest in euidentibus his  
& perspicuis Christi uerbis? An autem hæc clara uobis, an  
uero obscura uidentur Anabaptistæ? An non obseruatis do-  
minum dixisse, Habet uitam æternam, & in iudicium non  
ueniet, sed transiuit à morte in uitam: an non hoc idem est,  
atque statim à morte, cum quis animam efflarit, in cælos a-  
scendere? Quare firmissimum testimonium habemus, ani-  
mas fidelium statim à morte in cælos & æternam uitam  
transire.*

*Christum  
dominum  
esse uerum  
deum.*

*Veruntamen propter meticulosos et simplices homines,  
atque ad consolationem & confirmationem fidelium, paulò  
copiosius & diligentius explicabo sententiam hanc domini  
præclaram, salutare, & consolatione plenam. Ante hanc  
ergo*

ergo sententiam dominus dictis & factis suis, ita ut id Iudæi facile animaduertent, diuinam gloriam & honorem sibi uendicauit, quod deo sit æqualis, eiusdem naturæ & potentie. Sic enim Euāgelista scribit, Propterea ergo magis querant eum Iudæi trucidare, quia non solum soluisset sabbatum, sed & patrem suum dixisset deum, æquale se faciens deo. Hac Iudæorum offensione comotus dominus, copiose et solide demonstrat, se patri æqualem esse, uerum, unicum, uiuum, æternumq; deum esse unà cum ipso. Inter alias uero rationes etiam hæc utitur, Diuinæ uirtuti hæc operatio proprie conuenit, ut uiuificet, & in uita conseruet: Ego autem inquit Christus peculiariter uiuifico, & conseruo homines in uita: ideoq; diuina potentia & efficacitate præditus sum, & uerus etiam uiuensq; deus sum. Se autem conseruare & uiuificare homines sic probat: Homines anima & corpore constant, utraq; autē hæc & uiuifico, & in uita, eaq; æterna, conseruo: itaq; & uitam do atq; conseruo, & ideo uerus deus sum. Nam homine moriente cum anima separatur à corpore, Christus animam à morte conseruat, & sua uirtute & potentia efficit ut in æternum uiuat. Corpus uero quod mortuum & sepultum est, imò computruit, Christus à morte resuscitat, & animæ rursus coniungit, & sic hominem totum uita æterna donat: ideoq; hominem uiuificat, & in uita conseruat, & idcirco uerus uiuensq; deus est, &c.

Christus est uita, & uiuificat, & in uita conseruat.

Primum autē dominus de animæ uita, & postea de uita corporis seu resurrectione mortuorum loquitur: uerum ego de resurrectione nihil hoc loco dicam, sed tantum de animæ uita. Vitam igitur animæ superiori sententia dominus tam admiranda ratione docet, ut simul Euangelium & totum nostræ salutis negotium comprehendat: & idcirco digna est hæc sententia quam homines bene conseruent.

De uita animarum.

## ADVERSUS ANABAPT.

Et animo inculpant, et semper uera fide cum laude et gratiarum actione meditentur. Ut autem ea quæ dominus dicturus erat de animæ uita, maiorem fidem et authoritatem haberent, neque dubitationi locus esset, à grauißima ueritatis obtestatione causam proponere incipit, et ait, Amen amen dico uobis. Merito equidem domino credendum est tum cum absque ulla obtestatione ueritatis quicquam dicit, sed multo magis certe illi credendum est tanta obtestatione addita, qua non semel, sed iterum Amen repetit. Quare quicquid mundus uel Satan cum suis contradicat, certum nobis esse debet, omnia quæ hoc loco à domino dicta sunt, esse certissimam et perpetuam ueritatem, quæ eos non fallat qui illi fident. Primum uero ut audiamus requiritur. Quid uero audiendum est? Qui audierit sermonem meum, inquit dominus. Sermonem audire oportet, sed non quemuis, uerum Christi sermonem: inquit enim, Qui meum sermonem audierit: meum inquit, non aliorum sermonem aut doctrinam. Alterum est quod requiritur, fides: nempe, ut huic, quod auditum est ex sermone ac quasi ore Christi prædicatum est, fides habeatur: inquit enim, Et qui crediderit ei qui me misit. Complectitur autem his quoque summam ueræ fidei, præcipue quod ita expresse missionis mentionem facit: est enim hæc sententia horum uerborum, ex uerbis Christi descendit, et firmiter credendum esse, deum patrem nobis propitium, ac nostrum patrem esse, ac nobis bene uelle, ideoque ad nos misisse filium suum, ut eius intercessionem diuinæ ipsius iustitiæ satisfaceret pro peccatis nostris, ac nos sanguine ipsius ablueremur: imò ut propter Christum nostra peccata nobis non imputarentur, iustitia autem eius imputaretur, atque nos fide fieremus hæredes omnium bonorum Christi, atque etiam uitæ æternæ. Sequitur enim tertio loco fructus, uis et operatio fidei: inquit enim, Habet uitam æternam: non inquit,

Doctrinam  
de uita ani-  
marum uer-  
rissimam  
esse.

Audire oportet.

Credere oportet.

Fides uoluntaria



quit, Habebit, sed Habet: qua locutione certitudo earum rerum declaratur, quas fide apprehendimus. Incipiunt autem fideles in presenti uita spiritualiter uiuere ex pane uite, quem comederunt: & Christus in ipsis, ac ipsi in Christo uiuunt: neq; post hanc uitam frustrantur, sed consequuntur uitam eternam: sicuti Paulus docet Galat. 2. & Ioannes inquit, Vitam eternam dedit nobis deus: & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet, 1. Ioan. 5. Ex his autem manifeste apparet, Christum esse ueram animæ uitam. Nam ipse panis est uitæ: quisquis eum ederit, uiuet. Animæ autem fideles eum edunt aut recipiunt per fidem, ideoq; & in presenti uita in Christo uiuunt, & cum hinc discesserint, in eodem uiuunt in eternum.

Quarto loco in uerbis domini dilucide explicatur, quomodo fidelium animæ uitam habeant, an diu post aut statim à morte: ait enim, Et in iudicium non ueniet, sed transiit à morte in uitam. Duo autem his uerbis dicit dominus: primum fidem non uenturum in iudicium, hoc est, non accusandum in iudicio, quod Paulus quoq; docet, qui ait, Quis accusabit electos dei? Deus est qui iustificat: quis est qui condemnet? Christus est qui mortuus est, imò uero qui etiam excitatus est: qui etiam est ad dexteram dei, qui postulat pro nobis. Quare cum fideles propter Christi intercessionem non possint ad tribunal dei accusari, liberi sunt à iudicio, ut non in iudicium ueniant, multo minus uero damnabuntur & addentur supplicio: itaq; penitus in iudicium non ueniunt, neque ullam pœnam, supplicium, aut tormentum patiuntur. Alterum in his uerbis est quod ait, Transiit à morte in uitam. Quibus uerbis apertissime testatur, animas statim à morte in cœlos & gaudium recipi, ut cum primum (ut dicitur) anima efflata fuerit, tum statim in cœlos migret. Ait autem, A

Animæ statim à morte eternæ uitæ participes fiunt.

Rom. 8.

## ADVERSVS ANABAPT.

morte, scilicet corporis, transiit in uitam eternam. Hec autem is dixit, qui uita est, & uitam dat. Quis igitur illi contradicere poterit? Deinde adeo aperte & dilucide loquitur, ut nulla præterea interpretatione opus sit. Atq; hoc modo Christus fidelium animas etiam in ipsa morte in uitam conseruat, & eas beatas facit, ideoq; est uerus uiuensq; deus.

**Exempla eorum qui statim à morte æternam felicitatem consecuti sunt.**  
Lucæ 23.

Act. 7.

Philip. 1.

Hebr. 12.

**Animas mortuorum in cœlis apud deum gaudio & quiete frui.**  
Apoc. 6. 7.

Manifestum hoc & apertum testimonium, animas piorum ueram salutem statim à morte consequi, cõfirmant electorum aliquot dei mortes & testimonia. Latronis enim animæ, qui in cruce mortuus est, statim à morte transiit in uitam, quemadmodum illi Christus in cruce promiserat his uerbis, Amē dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Similiter beatus Stephanus, cum ab hostibus suis morte damnatus esset, cœlum uidit apertum, & Christum stantem à dextris dei: unde firma spe concepta, se quoq; post mortem illuc uenturum, cum lapidaretur, clamabat, Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Et Paulus, Mihi enim (ait) uiuere Christus est, & mori lucrum: & desidero dissolui, & esse cum Christo. Si quis uero existimat ex singularibus his exemplis nihil in uniuersum statui posse, expendat id quod Paulus aperte & uniuerse dixit, Scimus quãdo terrena domus nostra destruitur, hoc est, cum morimur, nos habituros esse à domino domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Item quod idem ad Hebræos apertis uerbis docet, animas fidelium post mortem congregandas in ciuitatem dei uiui, ad innumerabilem angelorum conuentum, & concionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem uniuersorum deum, & spiritus iustorum perfectorum, & ad noui Testamenti mediatorem Iesum Christum.

Præterea in reuelatione Iesu Christi per angelum facta D. Ioanni apostolo, extant manifesta & aperta testimonia de certitudine salutis animarum. Videt enim animas eorum qui

qui propter uerbum dei occisi fuerant, sub altari clamantes ad dominū, (ex quo apparet eas non dormiisse) & audit eas responsum accipere à domino ut quiescant. De iisdem animabus deinde scribitur: Ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui insidet throno, habitat super illos. Non esurient amplius, neq; sitient amplius, neq; in eos incidet sol, neq; ullus aestus. Quoniam agnus, qui in medio throni est, pascet eos, & deducet ad uiuos fontes aquarum: & abstersurus est deus omnem lachrymā ab oculis eorū. Nō possum præterire hoc loco quin mentionē quoq; faciā reuelationis, quæ 14. cap. Apoc. describitur, quandoquidem singulariter nostro instituto deseruit. Audit enim Ioannes uocem è cœlo dicentem: Beati posthac mortui, qui in domino (hoc est, in uera in dominum fide) moriuntur. Etiam dicit spiritus, Quoniam requiescunt à laboribus suis, &c. Clare autem hæc uox è cœlo nos docet, animas fidelium statim à morte felicitate frui, & ab omni labore liberari, ut haud dubie gaudeant & celebrent deum, &c. Quare ex omnibus his solide apparet, tam abesse ut animæ fidelium dormiant, ut potius in summis cœlestibusq; gaudijs exultent, & his ineffabiliter recreentur, ac deum patrem cum filio laudent & celebrent. Hac autem de re quedam supra lib. 2. cap. 7. scripsimus.

His autem non aduersantur uerba Ezechie, qui in suo cantico ita loquitur: Mors non laudabit te, neq; qui descendunt in lacum seu foueam (qui moriuntur) celebrabunt ueritatem tuam, &c. Neq; etiā illud quod in Psalmis scribitur, Non mortui laudabunt te domine. Ezechias enim petit sibi uitam à domino prorogari, & liberari à morte, & promittit se hac de causa deo gratias acturum, & cum celebraturum si uiuat, quod non possit facere si mortuus ac sepultus fuerit. Itaq; de ea laude & gratiarum actione loquitur, quæ

Mortui nō  
laudabunt  
te.  
Esa. 38.  
Psal. 134.  
&c. 117.



ADVERSVS ANABAPT.

ab hominibus in uita presenti fit. Ait enim: Viui, qui uiuunt, hi inquam predicant te, quemadmodum et ego hodie facio. Interea non negat animas mortuorum deo in throno ipsius nouas laudes canere: quemadmodum in reuelatione Christi Ioanni apparuit, & plures scripturarum loci testantur.

Quamobrè cum hæc ita sint, spero me rursus in hoc 14. dogmate, nostram doctrinam ita scripturarum testimonijs demonstrasse, ut omnes non modo animo cernere, sed quasi manu tangere possint, Anabaptistas iniuria ab ecclesia nostra secessisse, ob hanc causam, quod non recte doceamus de statu animarum post separationem à corpore. Imò aperte dicimus, nostram doctrinam de hoc 14. dogmate, hoc est, de spe fidelium, & de certitudine salutis animarum eorum qui in fide mortui sunt, sic uerbo dei confirmatam, et ita necessariam esse quæ fide recipiatur, ut Anabaptista damnum animarum facturi sint, nisi nostram doctrinam receperint, et ea quæ Christus credenda docuit de animarum fidelium salute, crediderint. Hortamur igitur eos, ut suæ salutis ratione habita, in uiam ueritatis redeant, & grauè ac perniciosum suum errorem & pertinaciam abijciant. Largiatur hoc illis deus. Cui laudes et gratias ago, quod mihi suam gratiam concesserit, ut de potissimis dogmatibus ueræ religionis ea quarto hoc libro scriberem, quæ spero ædificationi & consolationi fidelium utilia fore. Itaq; nunc ipso duce & authore, quintum librum de Magistratu ordiemur.

ADVER

## ADVERSVS ANABA-

## PTISTAS LIBER V.

Magistratum homini in bonum à deo institutum esse, & deum per ipsum agere: item obtemperandum esse magistratui: & in ecclesia Christi magistratum necessariū esse, ac Christianos, qui semper crucem expectant, magistratus auxilio et defensione absq; culpa & uitio uti posse. Cap. 1.

**I**NTER ea dogmata quæ Anabaptistæ ut uitiōsa in nostra doctrina reprehendunt, & à nobis hæctenus refutata fuerunt à 10. cap. 3. libri, octo adhuc restant, quæ ad magistratum omnia pertinent, quæ Anabaptistæ nobis ut falsa, mala & erronea obijciunt, idq; præcipue in hunc finem, ut ostendant se iustas causas habuisse suæ defectionis à nostra ecclesia. Quoniam enim de magistratu (ita ipsi aiunt) non recte docemus, & ecclesiæ nostræ fidunt defensionem & auxilio magistratus, non sunt ueræ ecclesiæ, & ideo iure ab ea secedunt. Sed ego ex aduerso testimonijs diuini uerbi probabo, nos in omnibus his octo dogmatibus, quæ illi de Magistratu nobis obijciunt, recte sentire & docere, & ideo ecclesiam nostram hæc de causa non esse uitandam, & idcirco etiam Anabaptistas rursus non habere iustam defectionis causam, quam ob rem eos merito ad nostras ueras ecclesias reuerti debere. Primum autem dogma de Magistratu ita proponunt: Concionatores nimium tribuere magistratui, cuius tamen nullus sit usus inter Christianos, quippe qui semper expectent aliquid aduersi. Tria autem his uerbis cōplectuntur. 1. Concionatores nimium tribuere magistratui. 2. Christianos non opus habere magistratu. 3. Ideo quod tantū sibi pa-

De Magis-  
firatu: an  
concionatores  
nimium  
tribuūt mas-  
gistratui.

## ADVERSVS ANABAPT.

tiendū nouerint. Primum itaq; & ante omnia exponendum est, quidnam nos magistratus tribuamus: nempe, nihil aliud quàm id quod sacris literis possumus probare non nimum esse, ut Anabaptistæ opinantur, qui parum aut nihil tribuunt magistratui.

Summa fan-  
næ doctri-  
næ de ma-  
gistratu.

Docemus autem, magistratū à deo institutum esse in bonum totius humani generis: & deū nunc quoque magistratus ordinare, ut inter homines pax, iustitia & honestas propagetur & conseruetur: imò deum per magistratū suos in hac uita iuuare, & beneficijs afficere: malis autem obsistere, et eos punire. Hæc autem fideles ac sana ratione præditi homines agnoscunt, & deo propter hæc beneficia grati sunt, magistratui uero obtemperant, eos pro benefactoribus & fidelibus dei ministris agnoscunt, uenerantur & amant, honorem studiose illis exhibent, & quæcunq; præterea bona illis præstare possunt, fideliter etiā omnia præstant & soluent quæ magistratui debentur. Hæc igitur summa est nostræ doctrinæ de Magistratu, cui non plus tribuimus quàm oportet: quemadmodū postea ex scripturis confirmabimus: arbitramur autē cuius apparere, omnes eos qui magistratus se opponunt & eum impugnant, ordinationi diuinæ se opponere, & publicam tranquillitatē & pacem, iustitiam ac honestatem, quantum in ipsis est, impedire & euertere.

Magistratus esse  
ex deo.  
Exod. 18.

Deus ipse initio reges, principes, & magistratus instituit, eos gubernauit & conseruauit: sicut aperte docet Iosephi historia in primo libro Mosis. Iethro Madianita, uir sapientissimus, cui uix similis inter Gentes extitit, Mosis singulari ministro dei cōsuluuit, ut iudices eligat, & senatū seu iudicium consiliū instituat, in quo omnes controuersie populi dijudicentur. Moses autem ita de hoc instituto loquitur Deut. 1. & 16 capite, ut facile appareat, dei hoc institutum esse, & iudicium hoc, esse dei iudiciū. Præterea deus ipse nomen



nomen suum magistratui communicat, & eos Deos nomi-  
 nat in lege & Psalmo 82. & se iudicibus exemplum propo- Exod. 22.  
 nit ut recte iudicent, non accipiant dona, neque respiciant  
 personas: quare cum hæc deus faciat, nos quoq; non nimium  
 tribuimus magistratui, cum ea docemus quæ supra comme-  
 morauimus. Iosaphatus sanctus rex ita iudices alloquitur: Vide-  
 te quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed  
 domini: ipse enim uobiscum est. Sit igitur timor domini uo-  
 biscum, caute & diligentiam adhibete. Nō enim est apud  
 dominum deum nostrum iniquitas, neque personarum re-  
 spectus, aut munerum acceptio, 2. Chron. 19. Sanctus autem  
 nates Daniel, non tantum monarchias à deo esse, & ab eo Dan. 7. 2.  
 institui & gubernari ostendit, sed etiam addit: Laudetur  
 nomen domini à sæculo in sæculum, cuius est omnis sapien-  
 tia & potentia. Mutat tempora & occasiones: reges insti-  
 tuit & remouet: dat sapientibus sapientiã, & prudentibus  
 intellectum.

Quamobrem omnes populi cultiores & sapientes sem- Semper 2-  
 per aliquos magistratus habuerunt, etiam ipse populus dei: liqui magi-  
 & nunc quoque prudentiores populi suos habent magistra- stratus fue-  
 tus, & eodem modo ad extremum usque diem fiet. Quin- runt.  
 etiam nullo tempore Israeliticus populus adeò miser & af- Iudicū 17.  
 flictus fuit atq; post Samsonis mortem, cum nullus in Israele 18. 19. 20.  
 magistratus esset, sed unusquisq; suo arbitrio uiueret. Tum 8c 21. cap.  
 enim rapinæ, seditiones, bella, cædes fiebant, & miser ipso-  
 rum status erat. Alijs etiã temporibus magni tumultus orti  
 sunt, cum impij magistratus officiū suū, ad quod à deo erant  
 uocati, negligenter administrarunt. Sed imperantibus pijs  
 et grauibus hominibus, quales fuerūt Iosaphatus, Ezechias,  
 Iostas, ac alij pij principes, felix quoque & tranquillus fuit  
 status populi Israelitici. Id quod prolixè docent & confir-  
 mant sacræ literæ.

ADVERSUS ANABAPT.

Deus iudis  
cia sua per  
magistratū  
exequitur.

Simul autem hoc loco magistratus & subditi agnoscant, Deum qui cum hominibus per media agit, uti magistratibus tanquam instrumentis & medijs, ut exequatur uoluntatem & iudicia sua inter homines. Si populo alicui benefacere uoluerit dominus, dat illis bonos et pios magistratus, qui ius bene administrent, quemadmodū factum est Davidis, Salomonis & aliorum piorum principū temporibus. Tales autem magistratus gratias agant deo, qui ipsis uti ad uasa honoris uoluerit, & petant ut omne bonum in ipsis augeat & confirmet. Populus item, qui in pace & tranquillitate prosperare uiuit, non minus deo gratias agat, magistratus ariet & ueneretur tanquā singulares et beneficos dei ministros. Sim autem deus populū aliquem punire uoluerit, dat illi, ut Esaias 3. cap. scribit, pueros & imperitos homines principes, uel potentes et graues hostes immittit, à quibus uastentur. Ita Nabuchodonosorē misit, quem seruū suum nominat, quoniam ipso usus est ad puniendum populū suum. Non autem ideo malorum principum tyrannis excusatur, eò quod deus illis pro uirga contra suum populum utitur. Populus uero cogitet poenā hanc à deo esse, quā nullis seditionibus, sed tantum uitæ emendatione effugere possint: sicuti docet liber Iudicum, & 1. Sam. 7. cap.

Christians  
nos quoq;  
debere ma-  
gistrati  
obtempe-  
rare.

Si autem Anabaptistæ dicunt, hæc testimonia è ueteri Testamento desumpta esse, & ideo nihil ad ipsos pertinere: se enim concedere, ueterem populū habuisse suum magistratum, non autem ideo sequi magistratum in ecclesia Christi necessarium, aut à deo institutum esse, ac Christianos eo uti posse, &c. Respondemus, primum, nos supra ostendisse & probasse, ueterū ecclesiam & nostram eandem esse, ideoq; nos in nouo Testamento ueterum scriptis posse uti, & exempla piorū ueteris populi posse adhibere ad unamquamq; doctrinam probandam aut improbandam. Deinde nostram doctrinam

doctrinam de Magistratu etiã ex nouo Testamento confir=  
 manus. Nam ad Romanos apostolus ait, Omnis anima pote= Rom 13  
 statibus supereminentibus subiecta esto. Non enim est pote=  
 stas nisi à deo: & quæ sunt potestates, à deo sunt ordinatæ.  
 Itaq; quisquis se opponit potestati, dei ordinationi resistit:  
 qui autẽ resistunt, ipsi sibi condemnationem ferent. Nam  
 magistratus non sunt terrori pro bonis operibus, sed malis.  
 Vis autem non timere potestatem? quod bonum est facito: et  
 feres laudem ab ipsa. Dei enim minister est tibi in bonum.  
 Quod si feceris quod malum est, time. Non enim temere gla=  
 dium gestat. Nã dei minister est, ultor ad irã, ei qui quod ma=  
 lum est fecerit. Quapropter necesse est subijci, non solum  
 propter iram, sed etiam propter conscientiam: (conscien=  
 tia enim deum metuens te obtemperare iubet) propter hoc  
 enim & uectigalia soluitis: siquidem ministri dei sunt in  
 hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus quod de=  
 betis: cui tributum debetur, tributum: cui uectigal, uectigal:  
 cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Neminem  
 uero adeò simplicem & imperitum esse arbitror, qui non  
 clare animaduertat doctrinam, quam antea breuiter pro=  
 posuimus, indicantes quidnam magistratui tribuamus, de=  
 sumptam esse ex uerbis Pauli, & per illa confirmari. Pau=  
 lus enim aperte docet. 1. Magistratũ esse à deo, ac deũ or=  
 dinare magistratus. 2. Qui potestati seu magistratui re=  
 sistat, resistere deo, qui ideo ipsum puniturus sit. Loquitur  
 autem hæc Paulus ad Christianos, qui in ecclesia Christi  
 sunt. 3. Observatione est dignum quod tertio magistra=  
 tum ministrum dei nominat. 4. Docet quare magistra=  
 tus à deo institutus sit, in bonum, ad bonos tuendos & de=  
 fendendos, ad coercendos & puniendos malos. 5. Non  
 temere illi gladium à Deo, hoc est, uindictam & potestas=  
 tem puniendi datam esse. Debere enim ipsum uindictam dei



ADVERSUS ANABAPT.

erga malos exequi. Ideoq; deus antequam magistratus ad Christianos delati essent, quandoq; defensione Gentilium magistratum ad ecclesiam tuendam usus est: quemadmo-

Qui nam se  
magistratui  
opponant.

dum in Paulo apparet. 6. Quoniam magistratus in bonum humani generis institutus est, obiter ostendit, qui nam se potissimum magistratui opponant, nempe qui quod magis est faciunt, & tamen impuniti esse cuperent. Bonis enim magistratus non est oneri, quandoquidem ita uiuunt, ut non opus sit magistratum metuere, quin potius grati sunt quod a deo illis defensio aduersus improbos data sit. Itaq; Christiani in ecclesia Romana utebantur opera magistratum ad se defendendos, & tamen nihilominus uera ecclesia erant. Contemplantur autem hoc loco Anabaptistæ seipsos diligenter quasi in quodam speculo: apparebit enim causa, quare se adeo uehementer magistratui opponant. 7. Docet his omnibus Paulus, obedire magistratui, libenter ea quæ illi debentur persolvere, ipsum timere & honorare.

Christianis  
magistrati-  
bus maior  
debetur  
obedientia  
quàm Gen-  
tilibus.

Sed obijciunt Anabaptistæ, Paulum loqui de Romanis magistratibus, qui eius ætate imperarunt, quibus Christiani non bene obtemperare potuerint: quod nos libenter concedimus. Verum cum Paulus hos magistratus sic laudet, & eos dei ministros nominet, atq; illis obtemperare iubeat: quomodo tandem fideles laudasset, si qui illis temporibus fideles in magistratu fuissent? certe hos multo magis appellasset ministros dei, iussisset eis obedire, eos timere & honorare, & omnia quæ magistratui debentur, illis persolvere. Ita namq; fideles ratiocinantur: Si tantum debetur Gentili, quanto plus debetur Christiano magistratui? Etenim in simili causa sic nos ratiocinari Paulus docuit: iubens enim seruos Christianos infidelibus seu Gentilibus suis dominis obedire, addit: Qui uero fideles habent dominos, ne eos despiciant quod fratres sint: sed potius inseruiant quod fideles sint, &c.

v. Tim. 6.

Quod

Quod autem ea etate, qua hæc ab apostolo sunt scripta, ecclesia non habuit magistratum, & quod fideles nulla imperia tum adepti erant, non ideo factum est (quemadmodum Anabaptistæ opinantur) quod nullus magistratus in ecclesia esse possit, sed quia nondum tempus constitutum aderat, neque impletæ erant prophetiæ quæ uaticinantur, reges & principes in ecclesiam uenturos, & eius defensores & nutritios fore. Postea tamē prophetiæ hæc impletæ sunt, et magistratus uenerunt in ecclesiam, hoc est, fideles homines in magistratu simul & in ecclesia fuerunt, eamq; suo ministerio fideliter iuuarunt. Sed ad obedientiam reuertamur.

Paulus igitur singulari diligentia docet magistratui obediendum esse, non tantum loco adducto ex epistola ad Rom. sed alijs etiā in locis, et nominatim quidē ad Titum ita scribit: Tit. 8. Suggeste ipsis, ut principatibus et potestatibus subiecti sint, ut obtemperent, & ad omne opus bonum parati sint: ne de quorum maledicant, ne sint pugnaces, sed moderati, omnem exhibentes lenitatem erga omnes homines. Similia fideliter admodum docet D. Petrus 1. epist. 2. cap. Nam & ante dominus ipse magistratui obedire iusserat, & ea quæ illi debentur persolvere: & ipse pro seipso ac Petro tributum seu uectigal soluit.

Matth. 17.

Sed si Gentilibus magistratibus obediendum est, (aiunt Anabaptistæ) tum erit seruiendum idolis. Item si magistratus est res adeo bona & honesta, quare alibi potestas tenentur nominatur? At ideo uos, Anabaptistæ, non ita ingratos esse oportebat, et maledicere magistratui, cum habeatis magistratum qui uos non ad idololatriam cogit, sed ad ueram fidem ducit. Quod si magistratus aliquem, uel ad idololatriam, uel ad alias res à deo interdictas, ad peccata aut flagitia uelit cogere, nota est Petri regula, deo plus obediendum esse quam hominibus: id quod etiā exemplum trium martyrum

Quatenus magistratus Gentili sit obediendum

ADVERSUS ANABAPT.

docet, Danielis 3. capite. Interea tamen in reliquis rebus magistratui obtemperandum est: quia nihilominus dei institutum est magistratus, etiam si multa illis desunt, qui hoc munus administrat. Quare cum scriptura magistratus nominat potestatem tenebrarum, id non sit ipsius potestatis ratione, que a Deo instituta et bona est, sed propter homines malos qui potestatem habent, neque se bene gerunt, imo magis sua potestate abutuntur, et patiuntur se regi a principe tenebrarum. Quamobrem magistratus semper erit bona et iusta dei ordinatio, in bonum hominum instituta, ideoque omnibus utilis et necessaria.

Christianos  
opus habere  
te magistratu  
iu.

Verum secundo loco in suo dogmate addunt Anabaptista, Christianos non opus habere magistratu: et tertio loco causam addunt, quod tantum sciant expectandas esse res aduersas. Tantam enim in Christianis perfectionem esse oportere, ut in nullam contentionem cum alijs ueniant, non irascantur, neminem ledant, se ipsos non ulciscantur. Christum enim huiusmodi iustitiam perfectiorem quam ueterum fuerit, docuisse Matthaei capite quinto. Nos autem negamus, Christum patrum iustitiam et eius perfectionem damnare, sed tantum (ut supra docuimus) Scribas seu Deuterotas et Pharisaeos damnat: illi enim hypocrisis, seu facta et externa specie, perfectam esse iustitiam tradebant, nulla interim cordis ratione habita, quale illud esset: his ergo contrarium Christus docet.

Iustitia Patrum.

Veteres autem Patres non habuerunt hanc Pharisaeicam iustitiam aut perfectionem, sed Christus ipsorum iustitia et perfectio fuit, quemadmodum etiam per fidem nostra quoque iustitia est et perfectio. Per fidem, Patres, quemadmodum et nos, bona opera fecerunt: neque nostra opera maiora et praestantiora sunt ipsorum operibus, nisi habeamus maiorem et firmiorem fidem. Interea tamen omnium electorum eadem semper est iustitia et perfectio, et in omnibus etiam



etiam ad mortem usq; infirmitas carnis residua manet. Neq; enim ueteribus licuit irasci proximo, ipsum ledere, seipsum ulcisci: sicut & de nobis scribitur: Non uosmetipfos ulciscen-  
 tes, dilecti: sed date locum iræ: scriptum est enim, Mihi ultio: ego rependam, dicit dominus. Quoniam uero ultio dei est ab eo data magistratui, qui aperte magistratum ulcisci, hoc est, punire iussit, non ulti sunt seipfos fideles, neq; id facere debent, sed dare locum iræ. Quando autem magistratus ex dei mandato facinorosos ultus est, et homines insontes defendit, tum fideles ueteres hæc cum gratiarum actione exceperunt: & hoc idem Christiani hodierno tempore faciunt, & iure.

Inanis uero opinio est, & imaginatio leuis, quod Anabaptistæ sibi imaginantur talem ecclesiam, in qua affectus & motus omnes penitus extincti sint. Solent autem Anabaptistæ libenter ea imaginari & in animo suo confingere, quæ nunquam fuerunt, neq; extant, aut posthac futura sunt. Nam nisi pertinacia excæcati essent, facile hoc ipsum in seipsis experiri & deprehendere potuissent. Cum igitur cause propter quas magistratus instituti sunt, non penitus extinguuntur in fidelibus, quare non etiam apud Christianos magistratu opus esset? Magistratus autem, ut sæpe monuimus, in bonum hominum institutus est: homines seipfos amant natura, querunt sua commoda, cupidi sunt multorum bonorum: quare ne iniuriæ hinc oriuntur & disseffiones, ut quisq; sua seruare possit, & infirmiores contra uim potentiorum defendantur, magistratus à deo sunt instituti, qui inter homines sint arbitri & iudices. His autem uitijs, non tantum filij huius seculi, sed fideles quoq; multifariam laborant. Nam quomodo populus dei uixerit, & quomodo se gesserit, copiose in libris Mosis describitur. Imò populus q̄ in Aegypto uiderat graues poenas, quas illis deus inflixerat, & gloriose atq; admirandæ liberationis & transitus per rubrum mare, par-

Rom. 12.

Anabaptistæ ecclesiã imaginantur, qualis nunquã existit.

Vitia propter quæ magistratus sunt instituti, esse etiam in ecclesia.

## ADVERSUS ANABAPT.

ticeps fuerat, ac deum in monte Sinai audierat, & à deo mirabiliter pastus erat, & præterea etiam eundem nobiscum spiritualem cibum & potum ederat & biberat: tamen hic ipse populus non adeo spiritualis & tranquillus fuit, quum Moses de illo diceret, Non possum solus uos ferre: Multiplicati estis à deo sicut stellæ cæli: quomodo ergo solus laborem & onus hoc ac contentiones uestras feram? Quia uero Anabaptistæ haud dubie hæc testimonia de ueteri populo leuud iudicant, & arbitrantur tantam uitiositatem non inesse nouo populo, age considerent primam & apostolicam ecclesiam, & uideant quomodo ista sese in temporarijs & corporeis bonis gesserit, an tam spiritualis fuerit ut caruerit afflictibus, neq; turbas mouerit propter res externas. Atqui in Actis scribitur, In diebus autem illis quum multiplicarentur discipuli, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum. An hoc leuiculum fuit, murmurare cōtra apostolos, quasi in distribuendo uel negligentes essent, uel infideles, et qui frauderentur? Similiter etiam Corinthij qui fideles erant, rixas & lites mutuas habebant, & tandem etiam coram infidelibus iudicio contendebant. Plura autem huius generis passim occurrunt in scripturis, sed horum ideo mentionem feci, ut ostenderem, primam ecclesiam fidelium non fuisse plene spiritualem et absq; uitijs, ut Anabaptistæ uolunt: quæ ex re facile colligi potest, nos multo minus ijsdem uitijs carere, præsertim cum in ecclesia etiam rixania extent. Cum ergo eadem causæ, ut paulo ante scripsimus, maneant, propter quas magistratus à deo institutus est, manet etiam in ecclesia inter Christianos ipse magistratus, per quæ deus, cordiū in

Cross Christi  
stianis im  
posita, non  
collit magi  
stratum,

Postremo Anabaptistæ aiunt, ecclesiam tantum crucent expectare, ideoq; non opus habere defensione magistratu-  
um

um qui illi pacem procurent: adducunt etiam multa scriptu-  
 rarum testimonia de cruce & patientia fidelium. Verum nos  
 quoque ante Anabaptistas docuimus, Christianos semper de-  
 bere crucem expectare, & se iam ante patientia & fide ad  
 eam ferendam preparare: quoniam non frustra à Paulo scri-  
 ptum est, Semper mortificationem Iesu Christi in corpore cir- 2. Cor. 4.  
 cumsferentes: interea tamen cum deus pacem & tranquillita-  
 tem suis largitur, eosque tuetur & defendit, non adeo ingrati  
 inhumani et ferrei sunt, ut hæc dei dona non amplectantur.  
 Multas equidem calamitates apostoli & prophete in hac vi-  
 ta passi sunt, uerum deus non semper res aduersas illis immi-  
 sit, sed quandoque tranquilliora tempora dedit, quibus se re-  
 creare & reficere possent, quæ illi cum gaudio & gratia-  
 rum actione acceperunt, & illis bene usi sunt. Itaque quum de-  
 us nostra quoque ætate suos per magistratum tuetur & de-  
 fendit, cur illi hoc reijcerent? Christus dominus noster in E- Matth. 9.  
 uangelio inquit: Vulpes lustra habent, & uolucres caeli ni-  
 dos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Num  
 uero ex his inferemus, neminem salua conscientia habitatio-  
 nem sibi comparare posse, aut illa uti si eam nanciscatur, quo-  
 niam dominus egenus in hac uita fuit, neque ullam habitatio-  
 nem habuit? An autem non licet pari conditione fidelibus uti  
 defensione & auxilio magistratum, quauis Christus sup-  
 plicium tulerit, neque à Pilato defensionem petierit? Nonne  
 Paulus auxilio magistratum usus est? Act. 23. cap. Romani  
 enim milites Paulum armata manu Hierosolymis Cesarcam  
 ad præfectum deduxerunt. Sed iuxta Anabaptistarum sen-  
 tentiam, Paulus non fuisset ex uera ecclesia, quoniam magi-  
 stratus, & quidem Gentilis, auxilio usus est. Quod si Chri-  
 stiani magistratu ideo non opus habent, ut patiantur, neque  
 quiete frui possint, quare Paulus ecclesie ministro hæc præ-  
 scribit? Adhortor igitur ante omnia, ut fiant deprecationes, 1. Tim. 2.



ADVERSUS ANABAPT.

orationes, postulationes, gratiarum actiones pro quibusvis hominibus: pro regibus & quibusvis in eminentia constitutis, ut tranquillam & quietam uitam degamus, cū omni pietate & honestate. Nam hoc bonum & acceptum est coram seruatore nostro deo. Quod si bonum & deo acceptum est, ecclesiam sub tutela magistratus quietam & tranquillam uitam degere, tum certe Anabaptistica doctrina deo non est accepta: & Pauli testimonio ipsorum ratio confutatur, quā uenturum ad demonstrandum, non debere in ecclesia magistratum esse, ideo nempe, ne crux impediatur sed liberum cursum habeat: aut Paulus male docuit, precari à deo, ut sub magistratu quietam & tranquillam uitam agamus. Quid autem apertius dici posset, quā quod Paulus alibi de seruis scribit: Seruus uocatus es? ne sit tibi curæ: sed etiam si potes liber fieri, potius eo utere. Etenim in simili causa (quod in rebus externis fieri debet) ratiocinari possumus: Non habes magistratum qui te defendat, sed crucem ferre oportet, esto constans & consolatione plenus: quod si magistratus auxilio uti potes, potius eo utere. Num autem Anabaptistæ è Christianis truncos & lapides facient, qui careant sensu, neque bonum præ malo eligant, sed tamē malum, si à domino immissum fuerit, libenter ferant? In summa, scripturis aduersus Anabaptistas confirmauimus, magistratum à deo homini in bonum institutum esse ad pacem & tranquillitatem ecclesie, ac uires aduersas expectent, tamen auxilio magistratum (si illis deus hæc facultatem det) absque culpa & peccato uti possint.

1. Cor. 7.

Remotio causarum, quibus Anabaptistæ probant, Christianum non posse magistratu fungi: ac aperta demonstratio, Christianum posse magistratum gerere, & si de accepta, debere in magistratu manere. Cap. 2.

Nonnulli

**N**onnulli Anabaptistarum concedunt magistratum habendum esse, & hoc esse necessarium, Christianos tamen non posse magistratu fungi. Et si uero omnia quæ docet absurda sunt, tamen præcipue miror eos hoc dogma urgere, et clamare, Christianum non posse magistratum gerere. Nam si magistratus bonus est & ex deo, quem admodum supra firmiter probauimus, & si magistratus dei minister est, quare non potest gerere magistratum? An non Christiano licet esse bonum, & ex deo esse, & dei esse ministrum? En quo per timacia homines deducat. Valde certe metuendum est, Satanam longe aliud moliri sub tanta humilitatis specie, quanta primo aspectu apparet: nempe dissipationem & euerisionem rerum publicarum, quæ bene institutæ & ordinatæ sunt. Nam si Christiani non possunt magistratu fungi, tum ipsos reipublicæ administrationem deserere oportebit, si modo Christiani esse uelint. Quis ergo in eorum locum subrogabitur? Christiani non possunt sufficere, nam illis non licet magistratum gerere. Itaque in eorum locum infideles succedent. Quid autem hi sint facturi, & quomodo res administraturi sint, facile conijci potest, ex eo præsertim quod olim à Gentibus factum est: præcipue tamen ex eo quod olim deus in lege, & postea etiam pij Imperatores in suis legibus cauerunt, ne infidelibus imperium in populum dei committatur. Salomon namque Prouerb. 16 scribit: Reges cum male agunt, abominatio ni sunt. Iustitia enim thronus confirmatur: & 20. cap. Bonitas & ueritas custodiunt regem, et roboratur bonitate thronus eius: & 29. cap. In multiplicatione iustorum letabitur uulgus: cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Rex iustitia erigit terram: uir auarus destruit eam. Princeps iustus causam pauperum: impius ignorat scientiam. Princeps qui libenter audit uerba mendacij, omnes ministros habet impios. Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in

Christianos non posse fungi magistratu.

16.

Quæ mala inde sequantur, si Christianus non possit fungi magistratu.

## ADVERSVS ANABAPT.

eternum firmabitur. Cum prophetia (seu doctrina & prædicatione uerbi dei) defecerit, dissipatur populus: qui uero custodit legem, beatus est. Ex his autem facile cognosci potest, quid inde sequatur, quando Christianis non licet magistratum gerere. Interim tamen pertinaciter cõtendunt Anabaptiste, non licere Christiano gerere magistratum. Quod si uera esset ipsorum sententia, sequeretur, eos qui nunc magistratum gerunt, neque Christianos neque uiros bonos esse. Quoniam uero ipsi aiunt Ethnicis & malis hominibus non obediendum esse, tum nulli magistratui obediendum esset: quandoquidem non alios magistratus agnoscunt, quam inter quos nulli sint Christiani. Verum re ipsa admodum absurdum est, quod ab imperijs eos remouent, qui ea optime administrare possent, & in eorum locos illos substituant, qui & si homines seculari prudentia præditi norunt ea administrare, tamen ueritatem & ueram fidem odio prosequuntur. An non hac ratione respublicæ bene constitutæ perturbantur, & fides Christiana uultu persecutionibus exponitur? Quis piorum hæc æquanimiter ferat, & silentio prætereat? Quod si prudentes hæc turbas mouere conantur, manifeste seditiosi sunt, & perturbatores bonorum imperiorum. Si autem ex imperitia & imprudentes hoc faciunt, patiantur se melius institui, rem ipsam diligentius expendant, & perniciosum errorem abijciant. Nisi enim hoc fecerint, eorum facta & consilia non possunt per ignorantiam excusari.

Confutatio  
causarum qui  
bus Anabap-  
tiste pro-  
bant, Chri-  
stianum non  
posse magi-  
stratu fungi

Verum quoniam aliquas rationes & causas afferunt, propter quas arbitrantur Christianum non posse diuino iure magistratum gerere, audiamus illas, & expendamus atque reijciamus. Primum uero aiunt, si Christiani magistratu fungi possent, etiam apostolorum ætate magistratum gessissent: sed neminem Christianorum legimus apostolorum ætate magistratum gessisse: quare nemo eorum magistratu fungi potest. Nos



Nos autem contrarium hoc loco statuimus. Christi enim & apostolorum ætate, plures Christiani in magistratu fuerunt, quemadmodum postea ostendemus: quare hinc sequitur, iuxta ipsorum consequentiam, Christianos posse magistratum gerere. Nam cōcesserunt Christianos si possent magistratum gerere, apostolorū ætate id facturos fuisse. Interim uerū est utio ecclesiæ, ac multis annis postea Christianos nō habuisse omniē potestatem & summum imperium, quemadmodum priori cap. scripsimus. Nihilominus tamen aliqui Christiano rum etiā tum magistratus habuerunt, sicut postea suo tempore totum imperiū in Christianorum potestate peruenit. Ad hunc uero locū pertinent prophetarum uaticinia, qui aperte uaticinati sunt, reges ac principes Christianā fidē amplexuros, uenturos in ecclesiā, neq; in ea tantum ut Christianos futuros, sed ut reges & principes qui inuent ecclesiā & illi seruiant. David de Christo & ipsius regno aperte uaticinatur 2. Psalmo, ac hortatur omnes principes ut se Christo subiciant, credant in eum, et ei ex uera fide seruiant. Ait enim, Et nunc reges pudenter agite: erudimini iudices terræ. Seruite domino in timore, & exultate in tremore. Osculamini Filium (hoc est, honorate & amate eum) ne forte irascatur, & pereatis in uia, &c. Hæc uerba aperte docent principes seu magistratus amplexuros fidem Christi, & seruituros domino, tanquam reges & principes, hoc est, in illis officijs que soli reges & principes præstare possunt. Locū hūc Davidis D. Augustinus adducit, ad Bonifaciū Comitē epist. 50. & inter cætera sic scribit: Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam & rex est. Quia homo est, ei seruiuit uiuendo fideliter: quia uero etiam rex est, seruit, leges iustā præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti uigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, et illa excelsa, que contra præcepta dei fuerant constructa,

Vaticinia  
Christianos  
fore princē  
pes.

ADVERSUS ANABAPT.

destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Niniuitarum, uniuersam ciuitatem ad placandū dominum compellendo. Sicut seruiuit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos à blasphemādo deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges. Cum itaque nondum reges domino seruirent temporibus apostolorum, sed adhuc meditentur inania aduersus eum & aduersus Christum eius, &c. Postea uero quàm cœpit impleri quod scriptum est: Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi: quis mente sobrius regibus dicat, Nolite curare in regno uestro à quo tueatur uel oppugnetur ecclesia domini uestri, &c. Hactenus Augustinus.

Esaiæ 49.  
scribitur re-  
ges fore nu-  
tritios ec-  
clesiæ.

Esaias propheta Gentium uocationem prædixit, quæ magna multitudine in ecclesiā uenturæ sint, & ait: Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ. Vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus, super quo nō cōfundentur qui expectant eum. Quod si reges erunt nutritij ecclesiæ, utiq; in ecclesia erunt, & regijs officijs ecclesiæ seruient: & eodem modo reginæ. Quinetiā historie testantur, antiquis temporibus quosdā reges & reginas credidisse in Christū, & ecclesiam supra modum uehemēter dilexisse. His autem firmiter contra Anabaptistarū obiectionem confirmauimus, Christianis licere in ecclesia magistratum habere, & in ea pro officio magistratus agere, ideoq; posse aliquem simul Christianum esse, & magistratum gerere.

Discipuli  
contendunt  
inter se quis  
eorum ma-  
ior futurus  
sit.

2. Rursus obijciunt Anabaptistæ, orta contentione inter discipulos q̄s eorū uideretur maior, dominū illis dixisse, Re-  
ges

Reges gentium dominantur eis: & qui potestatem habent in eas,  
 benefici uocantur. Vos autem non ita. His uerbis contendunt Ana-  
 baptista, dominum Christianis imperia seu magistratus ue-  
 tare. Gentes enim, inquit dominus, potestatem habent & bene-  
 fici uocantur: uos autem (Christiani) non ita. Verum hic locus non  
 magis improbat magistratum, quam si quis ex hoc responsio quod  
 Christus discipulo dedit petenti ueniam sepeliendi patris, di-  
 cens, Sequere me, & sine mortuos sepelire mortuos: conclu-  
 dere uelit Christianis non licere mortuos sepelire. Non autem  
 hoc effici ex his uerbis potest, quoniam mandatum illud non  
 uniuersum, sed tantum singulare fuit. Quapropter in his  
 quoque uerbis domini ad discipulos, Vos autem non ita, dili-  
 gentius considerandum erat Anabaptistis, ad quos, & qua-  
 de causa, dominus haec dixisset. Neque enim negare poterunt  
 Anabaptista, dominum hic non de eo loquutum esse, an lice-  
 at Christianis magistratum gerere, sed tantum de hoc loqui,  
 an discipuli quos ordinauit ad ministerium uerbi, reges et prin-  
 cipes esse debeant, de quo ipsi contendebant. Ad ipsos igitur  
 ait, Vos autem non ita. Certum enim est apostolos & omnes  
 ipsorum successores non ad hoc ordinatos & institutos esse,  
 ut sint reges & principes, sed ut sint concionatores. Quam-  
 obrem hic dominus officia distinguit, neque uult concionato-  
 res praetextu religionis imperia sibi uendicare, & se ipsos  
 principes facere. His autem uerbis, magistratus auctoritas  
 non imminuitur, sed potius confirmatur: quasi diceret domi-  
 nus, Non est quod contendatis uos discipuli mei, quos ad pra-  
 dicandum uocaui, quisnam uestrum in imperijs ciuilibus po-  
 tencior futurus sit. Magistratus enim constituti sunt & impe-  
 rant, ac talia imperia non ad uos pertinent: neque necesse est ut  
 uos ea administretis, quandoquidem magistratus clementes &  
 benefici sunt: ad praedicandum autem uos necessarij estis:  
 quemadmodum copiosius dominus ipse docet, uerbis statim eo-  
 loco sequentibus.

Matth. 23.

Vos autem  
non ita.



ADVERSVS ANABAPT.

Regnum  
Christi non  
esse ex hoc  
mundo. Io.  
18.

Imperia ci  
uilia separa  
ta ab eccles  
ia.

3. Denuo obijciunt Anabaptistæ, Christus testatur rea  
gnum suum non esse ex hoc mundo, ideoq; Christiani nõ pos  
sunt magistratum gerere. Alioqui regnum Christi esset ex  
hoc mundo: sed dominus suos uocauit ex hoc mundo: prete  
rea ecclesiã et regna huius mundi distincta esse oportet. Do  
minus corã Pilato accusatus erat quod seipsum regẽ fecisset  
contra Cæsarẽ, itaq; contradicit regnum suũ non esse ex hoc  
mundo: quãuis enim rex sit, tamen id aliã rationem habere,  
nõ se regno suo quicquã Cæsaris imperio adimere, aut ui Hie  
rosolymis sibi regnum iudæe eiecto Tiberio comparare uel  
le: uerum se regnare ueritate, quã qui amplectantur, sub im  
perio suo esse, sic tamen ut magistratui suum ius non adimar  
tur. Legatur 19. cap. Ioannis. Hoc aut Anabaptistæ idipsum  
esse aiunt de quo contendant, imperia ciuilia ab ecclesiã se  
parata esse oportere, nihilq; negotij esse principibus in ec  
clesia: quandoquidẽ regnum huius mundi & Christi, quod  
est ecclesia, nullo modo inter se cõuenire possint, ideoq; hæc  
omnino nõ esse cõfundenda. Ad hæc respondemus, quãdo prin  
cipes mundanorũ imperiorũ sub principe mundi et tenebra  
rum manent, neq; in Christum credunt, sed potius Christũ in  
ipsius mēbris persequuntur, tum certe mundi & Christi res  
gnum nequaquã inter se conueniunt. Verũ si principes hu  
ius mundi, relicto tenebrarũ principe, adheret Christo prin  
cipi lucis, in eũ credunt, eum adorant & colunt, atq; Christiã  
nã fidẽ tuentur et pmouent, tum in Christi, non aut in huius  
mundi regno sunt, ideoq; non mundani, sed Christiani princi  
pes sunt. Hæc aut debere fieri in ecclesia, antea ex ppheta  
rum testimonijs cognouimus. Quod si Anabapt. nullos prin  
cipes in ecclesia Christi ferre uolunt, quare non curarunt ec  
clesiã à Christo sic institui, ut nulli in eã principes uocentur?  
Quod si confusio & perturbatio est si Christiani principes  
sunt in ecclesia et eã iuuant, tũ deus ipse huius cõfusionis au  
thor

thor est. Verū nulla est confusio, quoniā principes non iam  
 mundani, sed quasi spirituales sunt. Non ergo, inquā, ulla cō-  
 fusio est, sed decorus & pius ordo ab ipso domino institutus.  
 Nā postquā in cœlos ipse conscēdit, apostoli uero in totū ter-  
 rarum orbem egressi sunt, ut Christo regnū acquirerent ad  
 terminos usq; orbis, Christum ipsi prædicarunt, et is suā gra-  
 tiam largitus est, ut non tantum plebs, sed multi etiam prin-  
 cipes Christianam fidem amplecterētur, qui hac ratione ex  
 mundo in ecclesiā uenerunt, & Christo non tantū ut homi-  
 nes, sed etiā ut reges et principes p̄ officij sui ratione seruire  
 runt. Nam renuntiantes mundo & eius principi, Christo se  
 per uerā fidem subiecerunt, agnouerunt eum unicū monar-  
 cham, regem et dominum omnium regum & principum, et  
 huic merito imperia sua subiecerunt, ut in illis uerbo suo re-  
 gnet. Ideoq; falsam doctrinam, & omnem idololatriā & su-  
 perstitionem, scelera & flagitia extirparunt: & horum lo-  
 co substituerunt Euangelicam doctrinam, inuocationem dei,  
 uerum ipsius cultum, modestiam, honestatem & pietatem.  
 Cum autem hæc ita sint, quis dicet ullā Gentilismi & Chri-  
 stianismi permixtionem factam esse: aut ecclesiam factam es-  
 se ciuile & mundanum imperium, propterea quod munda-  
 ni in ea sint principes, uerum non iam ut mundani qui secun-  
 dum mundum regant ecclesiam, sed ut Christiani principes,  
 qui omnia in ecclesia ex uoluntate & uerbo Christi admini-  
 strent, sic ut Christus ipse uiuat & regnet in medio suæ ec-  
 clesie? Præterea decimo capite, primi libri, docuit, quid sit  
 se conformem mundo facere. Adhæc dominus in Euangelio Ioan. 17.  
 ait: Non sunt ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo. Et  
 tamen paulo ante dixerat: Sed ij in mundo sunt, & ego ad te  
 uenio. Quare dominus non ita suos ex mundo uocauit, ut nō  
 amplius sint in mundo, neq; quicquā illis negotij cum homi-  
 nibus in mundo habere liceat, sed ut posthac peccatis mun-

## ADVERSVS ANABAPT.

di se non contaminent. Quoniã ergo magistratus dei ordinatio est, in qua homines deo seruiunt, et ideo ueri dei ministri sunt, Christiani utiq; cū magistratū gerunt, nō cōtaminantur.

Dominus  
non uult iudex aut partitor effici-  
tem adulteram non pu-  
niri.  
Luc. 12.  
Ioan. 8.

Præterea hoc etiam ex Euangelio Anabaptistæ obijciunt, quod cum quidam è turba domino dixisset, Magister, dic si atri meo ut partiatur mecum hæreditatem: dominus respondit, Hæus tu, quis me constituit iudicem aut partitorem super uos? Cum igitur Christus noluerit iudex esse, ne nos quidem Christianos iudices esse debere: præsertim cū dominus adulteram mulierem damnare noluerit. Verum nos uicissim obijcimus: Christum non fuisse agricolam, coriarium, aut fabrum: igitur Christianum non posse agricolam, coriarium, aut fabrum esse? Domini officium non erat iudicare, ideoq; iudicium exercere noluit. An autem ideo iudicia damnat et reijcit, an retinet? Volebat eū qui partitione opus habebat, eam petere ab his qui ad hoc munus destinati erant, non autem à se qui aliud officiū habebat, nempe ut prædicaret Euangelium. Cum autem ad adulteram ait, Nemo te condemnauit: an non his uerbis iudicium excipit, neque aduentu suo abolet? Interim tamen adulteræ ignoscit pro sui officij ratione, quod nunc quoq; ministri facere solent & debent, ut captiuos consolentur, & illis remissionem peccatorum prædicent: id quod sententiã iudicis (si lata est) non impedit. Quare magistratus manent neq; à domino abolentur.

Christus fugit cū ipsi uellent regem facere.  
Ioan. 6.

5. Hoc quoq; aiunt Anabaptistæ: Christus fugit cum populus ipsum uellet regem facere: ideoq; magistratus fugiendi sunt Christianis. Qui Christum regem uolebant facere, sui instituti neque mandatum, neque ius & potestatem habebant. Quod si Christus passus esset se regē fieri per seditionem, seditiosorum hominum rex factus esset. Hoc autē merito noluit, & legitimo magistratui hunc honorem exhibuit ut fugeret, neq; passus est ut populus ductus affectibus contra suos



suos magistratus delinqueret. Itaq; Christi exemplū, non docet Christi. inū, qui legitime ad magistratū eligitur, debere fungere: sed si contra magistratum legitimum consilia ineuntur, & quicquā aduersus eos mouetur, ab his Christianus quāmlōgissime se subducere debet. Veluti cum apparet Anabapt. hoc cogitare & moliri, ut pbos & Christianos homines è iudicijs & ex senatu eijciāt, aut saltē imperia labefactēt et imminuant, tum Christi exemplo fugiendi & deserendi sunt.

Postremo obijciunt Anabaptistæ, quicquid tandē concionatores dicant Christianū posse magistratū gerere, tamen id sibi nō pbari, propterea quod ea fiat à magistratu quæ Christiani omnino facere non possint. Quare cupimus ab illis audire, quēnā hęc sint quæ nō liceat facere. Dicent forsā hęc ipsa quorum causa magistratus instituti sunt. Ergo ne facere quod bonū est, clementē esse, bona defendere, mala punire, regere, auxiliari, ius & æquitatē conseruare, uiduas & pupillos tueri, iustitiā exercere, omnem honestatē & pietatem pmouere, pacem, tranquillitatē & unitatem propagare & conseruare, res adeo alienæ à Christiano homine uidentur peruersis his Anabaptistis, ut hęc Christianus absq; cōtaminatione sui non possit facere? Contēplamini, quæso, uos ipsos Anabaptistæ, & considerate quo progressi sitis. Et certe mirum est, uos, postquā adeo turpiter in uestro errore deprehensi estis, non hęc meditari animo, ut uos tandē uestri miseretur, & corā deo atq; hominibus pudeat, ut petatis à deo ueniam, & de Anabaptismo mature deserendo cogitetis. Opera enim quæ antea enumerauimus, eius generis sunt, ut deus de illis gloriatur, & prophætæ ac apostoli ea ubiq; celebrent, & ad illa hortentur. Præterea plurāq; ex illis talia sunt, ut nemo ea commode, nisi magistratus, facere possit, & præsertim Christianus magistratus. Quod si Christianum magistratum aboletis, an non etiam simul quoque has uirtu

Magistratibus ea faciēda esse, quæ Christianis nō licet facere.

ADVERSUS ANABAPT.

Christianos  
non debere  
occidere.

2. Chron.  
39.

tes aboletis? Aduertite igitur inepti et miseri homines, quid eleganti ista uestra doctrina efficiatis. Verum haud dubie exiistimatis, latrones & blasphemos, ac alios facinorosos occidere, rem esse indignum homine Christiano. Christianos enim non debere occidere, & ideo non posse magistratum gerere, quia illi occidant qui magistratum gerunt. Sed de hac re postea agetur. Interim non animaduertitis, Anabaptistae, deum ipsum fontes occidere, & magistratum iudicia, non ipsorum, sed dei esse, ita ut minister non ex seipso, sed deus per ministerium poenam exequatur. Quare cum magistratus punit & occidit, non hoc factum tale est, quod hominem Christianum polluat, ut ideo non possit magistratum gerere. Nam si hoc munus puniendi & defendendi fideles non possunt absque peccato administrare, dicite nobis, Anabaptistae, quomodo Dauid, Daniel, & alij sancti reges, iudices & prophetae, hoc munus ita adimstrauerint, ut laudem magnam in sacris literis meruerint? In ipsis autem spiritum Christi fuisse D. Petrus ait, et tamen nihilominus magistratum gesserunt: quamobrem nunc quoque Christiani homines absque peccato possunt magistratus gerere. Peto autem a uobis, Anabaptistae, ut si potueritis, argumentum hoc soluatis: si autem non potueritis, ut uestrum errorem abijciatis.

Christianum  
posse magis  
stratum ge-  
rere.

Postquam haecenus satis, ut spero, respondi argumentis Anabaptistarum, quibus arbitrantur se probasse, non licere Christiano homini magistratum gerere, & contrarium probaui, posse Christianum gerere magistratum, nunc alia argumenta afferam ad explicandam & confirmandam nostram et Christianam de hoc dogmate sententiam. Dicimus itaque aperte et palam, magistratus quos impij habent, uel oli habuerunt, etiam legitimos magistratus fuisse, quippe qui defenderunt et auxilium tulerunt: nemo tamen melius utilius, et deo acceptius magistratum gerere potest, quam fideles siue pii et ueri Christiani. Quare po-  
tius

tius dicendū esset, qua ratione pij ad imperia pmoueri possent, q̄ quomodo absterreātur & auocētur ab illis. Deus enī a suis ministris, qui magistratū habēt, ueras uirtutes & opera fidei requirit, pietatem, sapientiam, prudentiā, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, modestiam, & alias huius generis uirtutes. Apud quos autem uirtutes huiusmodi plenius & perfectius quā apud fideles reperiuntur? Quare quis accommodatior erit ad magistratus gerendos uere fidelibus dei amicis? Atq; optime huic loco seruiunt uerba hęc, quibus Moses usus est, cum sibi in suo magistratu successorem institueret: Dominus deus spirituum omnis carnis, constituat uirum super populum suum, &c.

Queramus autem hoc loco, an in nouo Testamento aliqui reperiamur, qui et synceri Christiani fuerint, et nihilominus magistratū gesserint. De Nicodemo & Iosepho Arianthensi non est dubium, eos discipulos Christi, hoc est, fideles fuisse, & magistratum quoq; gessisse. Marcus enim Euangelista scribit, Iosephum fuisse honestum senatorem, qui & ipse expectarit regnum dei: id quod ueræ fidei opus fuit. Matthæus uero refert, ad dominū uenisse quendam centurionem, tanta fide præditum, ut eam dominus omnium Israelitarum fidei anteposuerit. In Actis legimus, ad fidē conuersos Eunuchum Aethiopem, uirum principē, Act. 8. Cornelium centurionē Italum, qui Cæsareæ habitabat, Act. 10. aliqua etiam ex parte Publium in Melita insula, & præcipue Sergium Paulum. Hi omnes magistratum gesserunt, & tamen Christiani fuerunt. Quare Anabaptistarum propositio, Christianum non posse magistratum gerere, conuicta est. Dicitis eos, qui in magistratu fuerunt, postquam ad fidem conuersi sunt, abdicasse magistratum. Sed hoc ipsi dicitis, ideoq; fidem uobis non habemus: rationes & testimonia scripturarum afferte, quibus probetis eos magistratum

In nouo Testamento Christianos magistratum gessisse.

Marci 15.

Math. 8.

Principes postquam ad fidem conuersi sunt, magistratum retinuisse.



ADVERSVS ANABAPT.

- abdicaſſe fidei cauſa. Nos enim ſcripturæ teſtimonium habemus, eos ſimul fide præditos fuiſſe, & magiſtratum geſiſſe.
- Lucæ 3.** Quid autem apertius eſſe poſſet, quàm quod Ioannes Baptiſta à militibus interrogatus, quid iſtis faciendum ſit, non iuſſit eos arma ponere, & magiſtratu non amplius inſeruire, ſed ait, Neminem cõcutite, neq; calumniemini: & contenti eſtote ſtipendijs ueſtris. Quæro igitur, bene an male eos Ioannes docuerit? Si male & falſe eos docuit, non fuit propheta: quod tamen oraculis prophetarum & Euangelio aduerſatur, in quo cum dominus plus quàm prophetam nominat. Quod ſi bene docuit, tum fideles magiſtratum geſerunt, & munus ſuum ſeruarunt, neq; propter fidem id abiecerunt. Quod ſi dicant, Ioannem non prædiçaſſe Euangelium, tum nobis Marci uerba interpretentur, qui ſcribit, principium hoc Euangelij eſſe, ut ſcriptum eſt in prophetis: & Chriſti uerba, qui ait, Lex & propheta uſq; ad Ioannem prophetarunt. Quare qui gerunt magiſtratum, expreſſa habent teſtimonia noui Teſtamenti quod id facere liceat.
- 1. Cor. 7.** Præterea apoſtolus ait, Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus fuit, in ea maneat. Ideoq; Anabaptiſtas fateri oportet, ſarctores, ueſtiarios, ſutores, & quoſuis opifices ac agricolas cum ad Chriſtum conuerſi fuerint, non cogi ut opificiũ fidei cauſa abijciant, ſed eos coram deo ſimul & opifices et Chriſtianos eſſe poſſe. Cum autem Paulus aperte dicat, Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus fuit, in ea maneat: (Non autem hoc loco de peccatis loquitur, in quibus Euangelio prædicato deprehendimur, ſed de conditione ſeu uitæ genere.) cur queſo ei qui in magiſtratu eſt, cum uocatur non licet retinere magiſtratũ? Nũ uero opificia plura teſtimonia et maiores laudes in ſcripturis habet quàm magiſtratus? An præſtantius eſt, homines paſcere aut pecora? Qua queſo in re deo magis ſeruitur? Cum autem Anabaptiſta pecorũ paſcitur

stores ferant, ferant etiã pastores Christiani populi, aut probent magistratum non esse à deo, sed genus uitæ uitiosum esse, ac pastores pecorum plus deo inferuire posse quàm populorum pastores. Quod si hoc conati fuerint, tum demum apparebit eos contra apertas scripturas pugnare, & pecoribus magis quàm hominibus similes esse. In summa, cernitis iam Anabaptistæ, si modo ipsi uolueritis, nos firmis testimonijs comprobasse, Christianum posse magistratum gerere. Quare ueritati cedite, & eam unã nobiscũ, ut deum honoretis, & uestre salutis consulatis, recipite.

Magistratum posse religionis aut fidei negotia curare, imò etiam debere, & ex officio teneri ut ecclesiam tueatur, & ei consulat. Cap. 3.

Conqueruntur præterea Anabaptistæ, concionatores in causis fidei & religionis uti magistratum opera ac docere, magistratus Christianos non tantum posse, uerum etiam debere (si modo non tantũ magistratus, sed Christiani magistratus esse uelint) diligenter curare ea quæ ad religionem pertinent. Nam ipsi contrariam sententiam firmiter retinent, ac docent magistratum non posse neq; debere curare res & negotia religionis. Interim nullus Anabaptista adeò miser & imperitus est, qui non omnia religionis negotia ad se spectare existimet, & de præcipuis quibusq; rebus loqui & iudicare uelit: soli qui magistratum gerunt (qui plerunq; sapientes, honesti ac pij homines sunt) religionem nihil ad officiũ suum spectare arbitrari debent. Quam autem iusta et idonea sit hæc doctrina, omnes prudentes homines facile iam ab initio iudicare possunt. Consentunt autem in hoc dogmate aliqua ex parte cum Romanæ ecclesiæ primatibus, qui Cæsares, reges, principes & omnes magistratus à negotijs fidei & ecclesiæ remouerunt, & ea sibi

Magistratum non debere curare negotia religionis.

17.

## ADVERSUS ANABAPT.

Soli uendicarunt, & iam à multis admodū annis miris fructibus & artibus magno ecclesie & fidei damno obtinuerunt. Nunc autem postquam dei beneficio lumen ueritatis adeò clare lucet, ac ueritas à nobis prædicatur, ita ut cuius apparet, pios magistratus à fidei negotijs nõ esse exclusos, non minus aduersus nos Romanæ ecclesie primates uociferantur, quàm Anabaptistæ facere soleant. Verum illis alio loco respondimus: itaq; nunc Anabaptistis tantum breuiter respondebimus. Anabaptistis absurdū uidetur alium quàm uerbi dei gladium in ecclesia usurpari, & longe absurdius iudicant, si hominibus, hoc est illis qui magistratū gerunt, negotia fidei & religionis subijciantur: hac item ratione confundi aiunt ministeria, quæ alioqui distincta sint, & turbas atq; confusionem sequi in ecclesia.

Gladius spiritus seu uerbi dei solus in ecclesia usurari debet.

Nos autem docemus, in ecclesia omnes causas religionis & fidei tantum regi debere gladio diuini uerbi: quoniam uero in ecclesia non solum concionatores sunt, sed magistratus, docemus utrosq; debere in sua uocatione curare et exercere. Concinator ad ecclesie ministerium uocatus est, ut sacramenta administret, ecclesiam regat, & in unitate conueniat, præcipue autē ut doceat, quod uniuscuiusq; sit officium, quid credendum sit, & quomodo coram deo uiuendū in ecclesia. Hæc autem omnia duntaxat ex uerbo dei petat & tradat, & ita tantum gladio spiritus seu uerbi in ecclesia utatur. Magistratus uocatus est, ut pro sui muneris ratione ecclesie seruiat. Ex officio autem uetat & iubet, ac prohibet & punit. In ecclesie igitur negotijs nõ minus gladio spiritus quàm concionatores magistratum subijci oportet, ut nihil iubeat, nisi quod deus ante præcepit: nihil prohibeat, nisi quod deus ante prohibuit: nihil uetet & puniat, nisi quod deus uetare & punire iussit. Christiani enim magistratus



stratus non ex se nouas leges in rebus religionis ferunt, sed eas quæ uerbo dei sancitæ sunt, tuentur & in populo promouent, ac sciunt uerbo dei nihil addendum aut adimendum esse, neq; ad dextram aut sinistram declinandum. Iosue 1. cap. Cum igitur hoc modo magistratus gladio suo ecclesie seruit, non alieno, sed ipso uerbi gladio utitur, quippe qui huic gladium suum subiecerit, & eum regi ac gubernari uerbo dei patiat. Quare gladius spiritus solus potestatem seruat in ecclesia, etsi alia ratione ipso concionatores, alia magistratus, singuli pro sui officij ratione utantur.

Hac doctrina sic constituta, quæ uera, simplex & firma est, facile iam ad secundam Anabaptistarum obiectionem responderi potest: Concionatores & magistratus, homines, & utriq; deo subiecti sunt, neq; illi anteponuntur: itaq; causas religionis & fidei nõ subijcimus (quemadmodum nobis falso impingitur) magistratibus aut concionatoribus, ut illi in ipsis suo arbitrio possint iubere aut uetare, instituire & ordinare, punire, et quiduis facere. Docemus enim, concionatores & magistratus dei seruos esse, ideoq; deo esse in omnibus subiectos, qui in ecclesia omnia religionis negotia duntaxat ex uerbo dei instituire et administrare debeant. Præclarum autem huius rei exemplum habemus, pium regem 2. Chr. 27. Iosaphatum, qui ut ecclesiam uastatam purgaret, & ueram religionem labefactatam & collapsam restauraret, principes & Leuitas in omnes regni partes misit, qui ueram reformationem instituerent, non propria uoluntate & arbitrio, sed ex uerbo dei. Nam illis legem domini dedit, quam Leuitæ prædicarent, & secundum quam principes reformationem instituerent. Helchias quoq; pontifex, qui legem domini Iosue regi misit, haud dubie ut iuxta ipsam reformationem institueret, num ideo, Anabaptistæ, religionem hominibus subiecit? Hoc non poteritis dicere: nos autem dicere possu-

Verbū deī  
non subij-  
ciuntur magi-  
stratui.

2. Chr. 27.

2. Chron.

24.

ADVERSUS ANABAPT.

mus, sacerdotes seipsos & regem legi dei subiecisse. Tum autem fidei res hominibus subiecissent, si lege abdita & oppressa, docuissent regem pro regia potestate & summo ac merito imperio posse pro sua uoluntate religionis negotia instituere, ac se in hac re illi auxilio fore. Quare cum pari conditione concionatores & magistratus in negotijs religionis exequendis non donemus libertate, sed ad uerbū dei astringamus, qua ratione Anabaptistæ asserunt nos fidem & uerbum dei hominibus subijcere?

Officio non  
confundi in  
ecclesia.

Similiter etiam ministeria non confundimus, nempe it concionatores magistratuum munia obeant, in senatum ueniant, iudicia exerceant, imperent, uetent, puniant. Hæc magistratuum munera sunt, non concionatorum. Concionatoribus inquit dominus, Vos autem non ita. Concionatorum est docere, colligere populum, sacramenta administrare: hoc autem munus uicissim magistratus sibi non uendicant, neque administrare conantur. Quamobrem ordo uerus à deo institutus, ac illi acceptus, manet in ecclesia, neque ulla confusio aut perturbatio oritur, ut Anabaptistæ aiunt.

An Synodus Bernensis ciuili potestati, fide in ecclesia regendam, subiecitur.

Scribunt præterea Anabaptistæ in suo libello (cuius iam sæpe mentionem feci, quem illi quasi sacras reliquias uenerantur, & clam sibi mutuo comunicant) anno domini 1532. concionatores Bernæ in Synodo (cuius Acta cum præfatione amplissimi senatus reipub. Bernensis sunt edita) demum magistratum ciuilem in ecclesia extulisse, ut Euangelio & externe prædicationi fidei ac uitæ dominetur. Hac autem ratione fidem & conscientiam mandatis & interditiis rerum externarum absque dubio cogi, & ita tolli Christianam libertatem, & rursus Mosaicam coactionem contra priorem concionatorum doctrinam substitui. Hanc autem esse præposteram docendi rationem, qua retro ad Mosaicam denuo & à Sole in umbram relabamur. Antea enim concio

concionatores ipsos huiusmodi coactionem, persecutionem  
& tyrannidem nominasse. Considerandum itaq; ipsis esse  
quid nunc faciant. Hec illi scribunt. Attamen spero omnes  
prudentes Christianos, qui abrogationem legis, et ueteris ac  
noui Testamenti similitudinem & differentiam recte intel-  
ligunt, (de quibus multa nos supra 4. libro scripsimus) faci-  
le intelligere posse ex his Anabaptistarum uerbis (alioqui  
intricatis & obscuris, ut ipsorum sunt omnia,) ipsos non ha-  
bere ueram cognitionem Christianae libertatis aut Mosaeicae  
seruitutis. Neq; enim cogitant inobedientibus & contuma-  
cibus imperium aut coactionem non tolli: illis autē qui per  
spiritum dei in Christo liberi sunt, nulla utilia & necessaria  
ecclesiae instituta sunt molesta, neq; etiam talia conscientias  
obstringunt. Praeterea Bernensis Synodi talia sunt, ut illis  
auditis, quiuis facile animaduertat, iniustam esse Anabapti-  
starum accusationem, neque amplissimum senatum Ber-  
nensis reipublicae, aut fidelissimos eius ecclesiae ministros  
quicquam edidisse in hac Synodo, quod aduersum sit deo,  
eius uerbo, Christianae libertati, & bonis legibus. Quam-  
obrem in eorum gratiam qui libro ab illis edito carent, pau-  
ca quaedam commemorabimus. Inter alia ergo haec Synodi  
uerba sunt: Officium est magistratus, qui Christianus &  
sanctus magistratus esse uoluerit, ut omnem diligentiam  
adhibeat, ut eorum potestas deo seruiat, ac ut Euangeli-  
cam doctrinam & uitam (quatenus haec externa sunt) ad  
pud suos subditos conseruet: nam harum rerum rationem  
reddet in se uero dei iudicio, quo ille mundum iudicaturus  
est. Quantum autē ad progressum gratiae (quae magistra-  
tus civilis, quatenus in externis rebus positus est, promo-  
uere debet) ut illa interius instituat & promoueat, non  
est in hominum uiribus positum, neq; ad magistratum aut ul-  
lam creaturam pertinet. Res enim spirituales & caelestes



## ADVERSUS ANABAPT.

altiores sunt, & omnem ciuilem potestatem superant. Itaq; nullus magistratus sese cōscientijs immiscere debet, nec exterius iubere aut uetare ea quibus bonæ conscientie onerentur, et spiritu sancto terminus præscribatur. Christus enim Iesus dominus noster, cui à deo omnis potestas & promissio spiritus sancti data est, solus conscientiarum dominus est. Et paulò post addunt: Non tamen piam gubernationem abijcere debent quatenus illa externa est, ac liber gratie cursus per eorum potestatem tanquã cooperarios dei promouetur. Hoc autem est, ut sanam doctrinam tueantur, errores & seductiones prohibeant, blasphemias & manifesta peccata in religione & uita tollant, ueritatem & honestatem tueantur. Item: Et si autem nulla potestas bonam coram deo conscientiam potest facere, iuuat tamen & efficit suo ministerio, ut purum uerbum dei hominibus eorũ potestati subditis prædicetur, ut gratia aperte indicetur, & ut homines remittantur ad eum fontem ex quo solo aquæ uitæ hauriuntur, hoc est, ad dominum nostrum Iesum Christum, qui unicus noster est mediator: quicumq; tandem homines hæc recipiant: imò si omnes (quod tamen fieri non potest) id respuant, tamen nihilominus qui magistratum gerunt, suo officio functi sunt, & proprias animas liberarunt. Quem admodum uero Moses & pij reges in Iuda, eò quod apud populum legem domini perpetuò doceri curarunt, multa fecerunt bona. Nam legis recitatione & prædicatione uerbi, quæ reges promouerunt, annūciatur iudiciũ domini contra maleuolos, manifesta blasphemie, uitia & flagitia & offense tolluntur, malitia punitur, & quod bonum est promouetur & palàm fit: & ob hanc causam pij reges à spiritu sancto in scripturis laudantur. Ita eadem nũc quoq; à magistratu fieri possunt, &c. Quid autem in his uerbis, quæ commemorauimus, absurdum & alienum est à Christiana religione,

religione, quod aduersetur deo, uerbo eius & Christianæ libertati? Quare Anabaptistæ tantum malas & uenenatas uoces spargunt, ut ministros apud plebem infament, & id absq; ulla uera & solida ratione, tantum ut doctrinam & alias res bonas detorqueant, & male interpretentur? Nunquam antea docuimus, leges, quæ à pio magistratu feruntur & cum uerbo dei non pugnant, tyrannicas esse, & earum imperiū seu coactionē esse iniquam & persecutionem uideri. Quamobrem cum Anabaptistæ contumelia nos afficere conantur, & aiunt cogitandum & expendendū nobis esse quid nunc faciamus, nostrū potius esset, ipsos hortari ut diligenter quid agant considerent, quandoquidē manifestæ fraudis & mendacij conuicti sunt. Quædam quæ ad hunc locum pertinent lib. 3. cap. 6. scripta sunt.

Posteaquam ad Anabaptistarum obiectiones in hoc 17. dogmate respondimus, deinceps nostra argumenta profereamus, quæ nos mouent, ut doceamus, Christiano magistratui non modo licere ut causas religionis & fidei curet, uerum etiam ipsum hoc debere serio & studiose facere. Verissimū enim est, ea potissimum à magistratu curanda esse quæ ad publicam salutem & felicitatem conseruandam faciunt. Fides autem seu religio præcipue facit ad conseruandam salutem & felicitatem populi: quare magistratus quoq; præcipuam fidei curam habere debent. Idq; eò magis quod ex historiarum lectione discitur, nulla unquam regna aut imperia fortunatiora fuisse, quàm illa quibus magistratus præfuerunt, qui diligentem curam habuerunt fidei. Præterea deus ipse populi sui magistratibus legis librū dedit, & hunc legere, & ex eo omnia administrare iussit. Vnde etiam huius mandati ratione pij magistratus, iudices & reges, fideliter ea quæ ad fidem pertinent curarunt, promouerunt & defenderunt ueram religionem, falsam autem sustulerunt

Magistratum pium serio debere curare causam religionis.

Deu. 10. 17.  
Iosue 1.

## ADVERSVS ANABAPT.

In libris  
Regum &  
Chron.

& proscripserunt. Possent hæc multis exemplis probari,  
 Iosue, Davidis, Solomonis, Ase, Iosaphati, Ezechie, & Ios  
 sia, nisi omnibus notum esset hos omnes diligenter curasse  
 fidei & religionis negotia, conuocasse Synodos sacerdos  
 tum, curasse recitari uerbum domini, leges & edicta de res  
 ligione promulgasse, sacerdotes instituisse & abrogasse, ac  
 multas alias religionis & ecclesie res administrasse. Ne  
 que his quicquam derogat quod Anabaptistæ omnia uetes  
 ris Testamenti testimonia reijciunt, quasi nihil inter Chr  
 stianos probent: nam ante quarto libro docui & probaui,  
 hos reges & magistratus uere fideles fuisse. An uero prin  
 cipes & magistratus noui Testamenti minore spiritu &  
 potestate præditi sunt quàm in ueteri Testamento fuerint?  
 Vel quo tandem loco Christus & apostoli principes Chris  
 tianos à magistratu amouerunt? Nonne supra Esaia uer  
 bis ostendimus, reges et principes Christianos fore ecclesie  
 nutritios, quod non potest fieri si nullam religionis curam  
 habeant. Sed illi in quibus hæc prophetia completa fuit, res  
 ligionem & fidem curarunt. Constantinus enim impera  
 tor idolorum templa claudere iussit: & Synodum omnium  
 uel saltem præcipuorum ministrorum uerbi Niceam Byz  
 thinæ conuocauit, & proposito nouo & ueteri Testamen  
 to, iussit ex illis absque contentione controuersa dogmata  
 explicare & confirmare. Vnde Eusebius ipsum primo &  
 quarto libro de uita Constantini, uniuersalem episcopum  
 ecclesie Christi nominauit. Valentinianus, Gratianus, &  
 Theodosius imppp. publico edicto falsam doctrinam pro  
 hibuerunt, & omnes per uniuersum imperium eam fidem  
 ut ueram amplecti iusserunt, quam D. Petrus docuit. Plus  
 ra huius generis exempla ordine commemorare possem, nisi  
 si his satis confirmatum esset, Christianum magistratum  
 posse & debere religionis curam suscipere. Quare non  
 est

Esaie 49.

Christiano  
rum princi  
pum edicta  
de religõe.



est quod pios magistratus Anabaptistarum nugæ moueant: uerum sciant sese tum demum deo acceptos magistratus esse, cum religionem Christianam fideliter curant, promouent, & tuentur, idololatriam uero & falsam doctrinam abolent & dissipant. Malam autem persuasionem principum animi. inseruerunt Pontificij primates, persuadentes illis non pertinere ad eos uel minimam religionis administrationem, sed omnem administrationem spiritualibus reliquendam esse. Nonnulli adeo contemptim de Christianis magistratibus loquuntur, ut plerisque uideri posset, iniustas tantum opes, & carceres, ac reliqua huius generis sub eorum potestate contineri. Verum sacræ literæ nos longe maiora illis tribuere docent, & eos quoque docent in omnibus in quibus possunt fideliter ecclesiam Christi iurare debere.

Quomodo dominus in Euangelio iusserit nõ resistere malo: item Christianũ hominem posse ius dicere & iudicio cõtendere: ac ius dicere, rem esse deo acceptam. Cap. 4.

Communis quoque Anabaptistarum doctrina est, Christianum non resistere ui & iniuriæ, ideoq; non opus habere iudicijs, ac neminem Christianorum iudicio coram magistratu contendere. Est autem hæc ipsorum doctrina ualde perniciosa. Quid enim perniciosius esse potest, quam rempublicam bene constitutam sublati iudicijs euertere? Verum aiunt longe aliam esse ipsorum sententiam quam nos interpretemur: Christianos enim debere tanta perfectione præditos esse, ut malo non resistent, sed uolenti tunicam capere dimittant & pallium: & ita sponte iudicia tolli ac concidere. Verum cum hæc perfectio non habeatur,

Christia-  
nos posse  
iudicio con-  
tendere.

18.

ADVERSUS ANABAPT.

quod Anabaptistæ quoque norunt, & inter seipfos experiuntur eam non posse haberi, & tamen illi nihilominus in sua pertinacia perseverent ac clament, inter Christianos non modo nulla iudicia esse debere, sed eos quoq; qui ius dicunt peccare in deum: nonne iudicia infamant & uituperant, reijciunt & tollunt, & quoniam perfectionem hanc inter homines non possunt constituere, omnium turbarum in populo authores sunt? Errant autem hoc loco potissimum in his rebus. Primum quod longe aliter rem animo concipiunt & imaginantur (ut supra quoq; monuimus) quam res ipsa et experientia doceat. Et si enim aliqui id assequuntur, ut iniurias, fraudes, & bonorum spoliationem, æquo animo ferant, ita ut neq; dicto neque factò repugnent: tamen longe maior eorum numerus est qui ferre nolunt, neq; etiam æquum existimant, ut res suas quas iure seruare possent, negligentia sua amittant. Hanc autem infirmitatē manere etiam in pijs & fidelibus, & sese exerere cum dictis tum factis, ita ut Christiani magistratu opus habeant, supra i. cap. huius libri ostendimus. Itaq; cum Christianus iniuria affectus, & corpore uel opibus lesis, seipsum non ulciscitur, sed quemadmodum Paulus docet, dat locum iræ, et iudicio agit, ut iudices tanquam dei serui, dei etiam uice litem dirimant, & uindictam sumant: quid nam de tali factò statuent Anabaptistæ, an pronuntiabunt hunc qui hoc fecit non esse Christianum? Quid igitur de D. Paulo statuemus, qui non tantum à Iudeis uim passus, contumeliose tractatus, & in templo cæsus est, uerum ad mortem requisitus, ipse autem contra absque ulla sui ipsius uindicta, defensionis causa ius à Romanis postulauit, & eorum iure usus est: quin etiam cum Festus Iudææ præses in iudicando nutare & fluctuari uideretur, Romam ad Cæsarem prouocauit. Num uero Paulus, qui iudicio usus est, Christianus fuit an non? Si Christianus

Christiana-  
nos posse  
iudicijs uti.

Act. 21. 23.  
24. & 25.

Christianus non fuit, cur adeo à spiritu sancto in scripturis laudatur? Si autem Christianus fuit, ut etiam reuera fuit, non omnes damnandi erunt qui iudicio contendunt, neq; dicendum est Christianos non posse ius dicere, aut iudicio agere, item Christianos non opus habere iudicijs.

Secundo Anabaptistæ non animaduertunt, neque se doceri patiuntur, eam ecclesiæ rationem esse & fore usque ad extremum iudicium, ut semper palea immixta sint tritico & zizania unà cum bono semine ad iudicium usque crescant. Itaque propter malos & hypocritas, qui inter bonos, probos & simplices uersantur, deus iudicia instituit ad tuendos bonos. Itaque omnibus temporibus iudicia in ecclesia fuerunt. Quod autem Christus in Euangelio eum reiecit, qui rogabat ut fratrem hereditatem secum partiri iuberet, non ideo factum est ab eo, quod arbitria & iudicia damnare uoluerit, sed ideo quod non pertinebat ad ipsum ut arbiter & iudex esset controuersiarum de bonis temporarijs. De qua re supra 1. cap. scripsimus.

Verum ex aduerso obijciunt Anabaptistæ, se non posse neque etiam uelle sanam doctrinam & uerba Christi relinquare, qui dicat: Audistis quod dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego uero dico uobis, ne resistatis malo: sed quisquis te ceciderit in dexteram tuam maxillam, obuerte ei & alteram: & ei qui uult tecum iudicio contendere, ac tunicam tuam capere, dimitte & pallium. Hanc autem doctrinam (aiunt Anabaptistæ) non aliter intelligere possumus, quam Christianis facienda esse que dominus hoc loco præcipit. Quod si ea faciunt, tum nullis iudicijs opus est: si non faciunt, non possumus eos pro Christianis agnoscere qui doctrinæ domini repugnant. Nos uero non hoc ab illis postulamus ut uerba domini relinquunt, sed ut illis in uero sensu utantur, non abutantur, &

Mali semper bonis immixti sunt in ecclesia. Matth. 13.

Luce 12.

Dominum dicere, Nolite resistere malo.



ADVERSUS ANABAPT.

alios scripturarum locos cum his domini uerbis conferant. Non obstat, quo minus ipsi aut alij qui iniuria afficiuntur, nemini ea de re conquerantur, sed ut ea que dominus iubet etiam secundum literam (si modo possunt) præsent. Quod si quis seipsum non ulciscitur secundum domini doctrinam, sed iudicio contendit, hic non est infamandus quod non sit Christianus. Quoniam dominus ante commemoratis uerbis Matth. 5. magistratus non abrogat, neque iudicia tollit aut prohibet, sed discipulis tradit uerum intellectum legis, & eum renouat contra falsam Scribarum & Phariseorum interpretationem. Docebant enim Pharisei, eos qui ab alijs iniuria affecti essent, posse ultionem de aduersario sumere, quandoquidem deus talionem lege sua concesserit. Attamen deus in lege talionem & ultionem ac poenam magistratus non in eius qui læsus est arbitrio & potestate posuit. Quamobrem hoc loco dominus docet, non esse hanc legis sententiam, ut singuli in proprijs causis propria potestate se ulciscantur, sed neminem malo debere resistere. Maligno autem dupliciter resistitur. Primum cum animaduertimus aliquid mali nobis imminere, ueluti cum uidemus nos spoliandos, aut cædendos, aut alia ratione lædendos, & cauemus ne deprehendamus nos ipsi aut nostra bona ab illis qui nos conantur lædere: ueluti cum secedimus, ac nostra bona illis subducimus, interim non pugnamus cum illis qui nos lædere conantur, neque eos lædimus aut uim illis inferimus. Maligno autem hoc modo resistere non illegitimum aut à domino uetitum est, nisi literam contra sanum sensum urgere uelimus. Secundo modo maligno resistitur, si iniuria aliqua affecti, cum uel corpus nostrum aut fama ac fortune læse sunt, uel & manu non tantum nostra conseruare & nos aduersus alterum defendere uolumus, uerum etiam ipsum lædere conamur aut penitus interficere. Ita autem

De uero  
sensu uerbo-  
rum domini  
in Matth. 5.

Quomodo  
resistatur  
maligno.

autem malo resistere, & huiusmodi conatus & uindicta repugnat deo diuinæq; legi. Ideoq; Christus adeò non uult nos resistere malo, ut magis in animo nostro statuamus, & ita affecti simus, ut malimus potius plura pati, quàm nos ipsos ulcisci & aduersarium ledere, etiamsi insontes simus, modo cauere possimus, ne damnum datum nostra culpa au-geatur. Et in hunc sensum reliqua à domino subiunguntur, Quisquis ceciderit te in dexteram tuam maxillam, obuertere ei & alteram: & ei qui uult tunicam tuam capere, dimitte & pallium. Qui igitur ab alio leditur, ita Christiana patientia firmatus sit, ut potius quàm se ulciscatur, animo paratus sit paria aut maiora pati. Non autem iubet dominus ut absque causa tibi maiorem molestiam concilies. Nam Christus ipse & Paulus cum eorum uterque in iudicio uapulasset, non ulti sunt seipsos, neque tamen alteram maxillam obuenterunt, sed uerbis arguerunt temeritatem eorum à quibus cæsi fuerant. Similiter Paulus cum Iudei iniusta ui eum opprimerent (ut supra quoq; meminimus) non restitit malo, sed paratus fuit plura pati: nihilominus tamen causam in iudicium Romanorum deduxit, neque aduersus legem dei, aut Christi doctrinam, Nolite resistere malo, quicquam peccauit. Nam cum magistratus leges habeat de uindicta & defensione diuinitus datas, Christus autem deo & ipsius legibus ac institutis non aduersetur, & ea non tollat Matth. 5. sed tantum doceat quomodo singuli priuatim se gerant, interim magistratui suum ius integrum seruet, quemadmodum ex alijs dictis & factis domini apparet: non peccant iudices contra Christi doctrinam cum ius dicunt, neque etiam contra hanc peccant qui seipsos non ulciscuntur, & iniurias quibus afficiuntur patienter ferunt, causam tamen suam ad iudices (quibus uin-

Doctrina  
Christi,  
Matth. 5.  
non tollit  
magistra-  
tum.

ADVERSUS ANABAPT.

dicta à deo ut ipsius seruis commissa est) deserunt, ac sententiam dei illic quaerunt, & ei acquiescunt.

De uero  
sensu uerbo  
rum Pauli,  
1. Cor. 6.  
de iudicijs.

Ad hunc locum pertinent ea quæ à Paulo scribuntur 1. Corinth. 6. cap. quo loco non simpliciter uetat iudicio contendere propter res temporarias, tanquam id malum sit & illicitum, sed Corinthios reprehendit, quod impatientes essent, qui nihil pati uellent, sed nimium ad iudicia festinarent: deinde quod iniuriam facerent, & damno afficerent, ac insuper malas causas in iudicia Ethnicorum afferrent, & in eis se ita gererent, ut magnam præberent occasionem Ethnicis uituperandi Euangelium. Hec omnia Paulus reprehendit, non tamen obstat quo minus suas contro- uersias ad arbitros referant, & eorum iudicio ac sententiæ committant. Imò iubet fideles & prudentes uiros (nam quæ de insipientibus loquitur, pudoris causa illis dicit, ut ipse testatur) eligere ad quos suas contro- uersias deferant. Non quod hoc instituto legitimum magistratum Corinthio- rum suo iure priuare uelit, sed ut offensiones tollat. Quod si- passim in ecclesijs iudicia bene instituta habentur, quæ à iu- ris fidelibus, honestis & prudentibus administrantur, quis non agnoscat hoc non pugnare cum diuina lege & apostoli- ca doctrina?

Contra stu-  
diū & mor-  
bum litis  
gandi.

Interea tamē fateor mihi admodū improbari, quod Chri- stiani adeo frequenter iudicio cōtendunt, ac sese in sumptus ingentes & magnas molestias conijciunt, & simul etiā ma- gistratui molesti sunt. Quare merito Christi consilium lau- damus, qui ita discipulis suis consuluit: Esto amicus aduersa- rio tuo cito dum es in uia cum eo: ne quando te tradat ad- uersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in custo- diā conijciaris, Matth. 5. Hortamur interea homines, si quæ contentiones inter eos oriantur, ne facultatē & occasionē præbeant



præbeant Satanae, ut maius odij & inuidiæ incendium exci-  
tet, sed ut amice rem componant, aut si id non fieri potest, ut  
dei sententiam in iudicio expectent, & ea audita, quiescât.

Quemadmodum uero multi in eo peccant, quod ad liti-  
gandum & contendendum nimium ppenfi sunt, ita etiã mul-  
ti iudices, lucri causa, litibus delectantur, & sententiam dis-  
ferunt, neq; causas legitimum finem adipisci patiuntur. Qui  
grauiter hoc facto coram deo rei sunt, quibus etiam prophe-  
te graues poenas minantur. A iudicibus deus requirit, ut  
utrinq; partem diligenter & benigne audiant, non accipi-  
ant munera, non respiciant personam in iudicio, ut causas le-  
gitime agant, & quamprimum fieri potest, finiant, homini-  
bus pacem & tranquillitatem restituant, omnem iniuriam  
arceant, &c.

Iudicia talia & huiusmodi iudices deo probantur, & ab  
ipso instituti sunt. Hoc enim Sapientia testatur in Prouerbij  
Solomonis, his uerbis: Per me reges regnant, & principes  
iuste decernunt. Per me principes & omnes potentes in ter-  
ra gubernant. Quare regere et ius dicere, diuinum opus est,  
& sententiæ quæ ex timore dei iuste feruntur, dei sententiæ  
sunt: quemadmodum supra ex Iosaphati uerbis patuit, qui ita  
loquitur: Videte quid faciatis. Non enim hominis exercetis  
iudicium, sed domini: is enim in medio est iudicij: quare sit ti-  
mor domini uobiscum. Certum uero est pios iudices, eo ipso  
quod senatorum aut iudicum munere funguntur, rem publi-  
cam bene gubernant, & sancte ius dicunt, non minus deo ser-  
uire quàm si in templo orarêt, eleemosynas largirentur, aut  
alia quædam bona opera facerent. Imò ius sancte dicere &  
tueri, non postremum locum obtinet inter præcipua bona ope-  
ra. Quid enim adeò uehementer deus per prophetas urfit,  
quàm iudicium & iustitiam? Esaias bona opera quæ ab ho-  
minibus magni fiunt, ueluti sacrificia & alios ritus ecclesia

Contra iu-  
dices qui  
sententiã in  
longũ tem-  
pus differũt

Iudicia ex  
deo esse.  
Prouer. 3.

2. Chro. 19.

Iudices  
deo seruire

Esaiæ. 1.

ADVERSUS ANABAPT.

sticos reijcit, & ostendit quenam bona opera deo maxime placeant, ac ait: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere perseuerse, discite benefacere. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, uiduarum querelas audite. Eodem modo Zacharias loquitur: Hæc ait dominus exercituum, deus: Iudicium uerum iudicate, & misericordiam & miserationes facite unusquisq; cum fratre suo. Et uiduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari, et malum uir fratri suo non cogitet in corde suo. Quis autem credat bona hæc opera deo in nouo Testamento displicere? Quare qui iudicia tollunt, illi etiam simul auferunt magnam partem bonorum Christianorumq; operum, & sepem auferunt ab ouili, ut lupi faciliorem aditum habeant ad oues lacerandas. In summa, nihil est quod dominus tam diligenter in Euangelio docuerit, quam proximo benefacere, cum iuuare, amare, tueri, illi consulere: hæc autem omnes homines dei beneficio facere possunt, præcipue tamen qui magistratum gerunt. Quare ipsa ueritas solide confirmat, iudicia non aduersari Euangelio, sed posse ac debere etiam in ecclesia esse. Ac subinde quoq; ex scripturis declaratur, doctrinam nostram de magistratu ueram, solidam, & deo acceptam esse, Anabaptistarum uero dogmata de magistratu, sacris literis, paci et tranquillitati, iustitiæ & æquitati aduersari. Det ipsis deus ut hæc agnoscant, & eos ab inuicta pertinacia liberet.

Interpretatio præcepti, Non occides. Ite Christianos magistratus in ecclesia iure posse aliquem gladio occidere. Cap. 5.

Christianis  
non licere  
occidere.

Præterea de magistratu hæc quoq; docent et dicunt Anabaptistæ, Christianos non occidere, neq; carceribus aut gladio punire, sed tantum excommunicatione. Dicit autem  
Sunt

sunt huius dogmatis partes. Prior, Christianos non occide-  
 re. Altera, Christianos tantum punire excommunicatione,  
 non alijs multis, aut carceribus, aut glaudio. Ad confirman-  
 dum uero suum dogma, adducunt præceptum dei, Non occi- 1.  
 des: & addunt etiam quàm graue peccatum sit humanum 2.  
 sanguinem effundere: item gladium Mosis, & imperium ac 3.  
 coactionem Mosaicam inter Christianos sublatam esse. Præ 4.  
 terea cum ecclesia spiritualis sit, non debere ipsam uti carna-  
 li gladio: præsertim cum Paulus dicat, arma nostra non esse  
 carnalia. Adducunt item omnia quæ de charitate copiose in 5.  
 sacris literis traduntur, & aiunt, charitatē non pati ut quis  
 quam occidatur. Repetunt etiam uerba domini, Nolite resi 6.  
 stere malo: & quorundam apostolorum exempla afferunt, 7.  
 ueluti Iacobi & Ioannis: illi enim cum uellent ignem è caelo  
 euocare, & incēdere uicum Samaritanorum, qui dominum  
 hospitio excipere noluerant, reprehensi sunt à domino, &  
 dictum est illis, Nescitis cuius spiritus sitis: Filius enim homi- 8.  
 nis non uenit ut perdat animas, sed ut seruet. Item Petri exē-  
 plum afferunt, qui in horto, districto gladio dominum defen-  
 dere conatus est, sed à domino reprehensus, hanc responsio-  
 nem accepit: Conuerte gladium tuum in locum suum: omnes  
 enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Cum ergo do-  
 minus in nouo Testamento gladium recondere iusserit, non  
 amplius esse distringendum in ecclesia. Atq; hæc sunt præci-  
 pua argumenta Anabaptistarum contra gladium magistratuum,  
 quibus probare uolunt Christianis non licere quen-  
 quam occidere: quæ nos ordine expēdemus, & deo adiuuan-  
 te confutabimus.

Præceptum domini, Non occides, uetat ne quisquam alte  
 rum occidat priuata potestate, ex malis affectibus, inuidia,  
 odio, ira, spe commodi, aut propter damnum acceptum, aut  
 ex humana uoluntate. Ideoq; in hoc præcepto magistratus

Interpretas  
 tio legis,  
 Nō occides  
 1.



ADVERSUS ANABAPT.

excipitur, quippe qui non priuata potestate, aut ex humana uoluntate, sed ex dei mandato & precepto occidit, non cupiditate uindictæ, nõ ex ira aut auaritia, sed propter communem iustitiam, ad tuendos bonos, & publicam pacem & fidelitatem populi conseruandam. Quod si cui hæc interpretatio non satisfacit, cogitet deum, qui sibiipso non est contrarius, non ferre leges contrarias, qui tamen non tantum preceptum hoc hominibus dedit, Ne occidito, sed etiã diserte præcepit, Maleficum non patieris uiuere. Non possunt autẽ hæc leges conciliari, nisi priorem, Ne occidito, omnibus hominibus datam esse intelligamus, qui non habent singularem aliquam et expressam uocationem: alteram autem, Maleficum nõ patieris uiuere, magistratibus datam esse. Deus enim qui omnibus hominibus iram et priuatam uindictam prohibuit, eo quod ipsi committenda sit ultio, hic magistratum instituit, & in bonum humani generis suum uindicandi & puniendi munus illis commisit, ac præcepit, ut iustis supplicijs dei nomine ultionem sumant de omnibus improbis. Atq; sic deus neq; sibiipso contrarius est, neq; etiam cõtrarias leges tulit.

Exod. 20.  
Exod. 22.

Quomodo  
magistratus  
se gere-  
re debeat in  
occidendo.

Ioan. 19.

Quamobrem illi qui magistratum gerunt, certo nosse debent, ipsis ut occidant à deo mandatum esse: diligenter autem ipsos cauere oportet, ne quenquam occidant, quem nõ antea dominus & uerus iudex deus ipse in coelis condemnarit, & hanc suam uoluntatem in uerbo suo patefecerit. Et enim cum Pilatus arbitraretur se habere potestatem occidendi dominum aut conseruandi in uita, respondet illi dominus, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset superne. Itaque non decet magistratum dicere, se esse ius, se uelle suo arbitrio occidere aut in uita conseruare quem cunque libuerit. Talis enim à dei ordinatione recedit, & tyrannus ac homicida est. Sed potius magistratui cogitandum est, ne quid in iudicando ex sua opinione faciat, & maxime

in occidendo: ac quoniam non merum imperium habet, sed alteri domino subiectus & dei seruus est, deum timeat, petat ab eo sapientiam ut eius spiritu regatur: ac diligenter consideret, quænam præcipue deus punire iubeat, ueluti hæc sunt quæ post latas leges duarum tabularum commemorantur.

Qui immolauerit dijs alienis, occiditor. Qui habuerit spiritum uaticinantem, & magos & ariolos secutus fuerit, occiditor. Qui falsam doctrinam contra deum, sub ipsius nomine docuerit, occiditor. Qui maledixerit deo, & blasphemaauerit nomen domini, occiditor. Qui percusserit patrem aut matrem, & contumax aduersus illos fuerit, occiditor. Qui hominem occiderit, etiam ipse occiditor. Qui mœchatus fuerit, occiditor. Qui cum iumento coierit, aut concubitu contranaturam se polluerit, uel incestum commiserit, occiditor. Et alia huius generis plura, Leuitici 20. & alibi in scriptura commemorantur. Qui autem propter tale aliquod scelus à magistratu occiduntur, hi ex dei iudicio occiduntur, qui iam ante eos condemnauit. Itaque iudicium in eos, dei iudiciū est & ultio, qui magistratu utitur, ut per eum iusta sua iudicia exequatur, ut quod malum est puniatur, & bonum conseruetur & peragatur. Quare non est quod iudices in tali causa sibi metuant, quasi unius aut plurium eade peccent in deum. Iudicium enim non hominum, sed dei est, qui maleficos occidere iussit. Ac sæpe in causis capitalibus à deo dicitur et repetitur, (quemadmodū supra monuimus) Sanguis eius, hominis scilicet fontis quæ magistratus occidit, sit super ipsum, aut super caput eius, nempe quod sanguis aut culpa non in magistratum redundat, ut illi metuendum sit, ne deus effusi sanguinis pœnas ab ipso repetat.

Verum etiam est effusionem sanguinis graue peccatum esse, quod ultionem è cælo postulat, nequæ à deo multū & impenitum dimittitur: uerum hoc de innocenti sanguine intel-

Exod. 20.

Leuit. 20.

Deut. 13. 18

Leuit. 24.

Deut. 21.

Num. 36.

Leuit. 20.

Magistratus qui occidit, sibi eo nomine nõ metuat.

Lib. 3. c. 7.

Sanguinem fundere graue peccatū esse.

ADVERSUS ANABAPT.

ligendum est, non de fontibus. Quinetiam reuera omnes pro  
 bi iudices dolent cum sibi sanguinem fontium fundendum es  
 se uident, ac misericordia commouentur erga miserum homi  
 nem qui peccauit, & suis sceleribus mortem sibi accersuit:  
 attamen cum tale est facinus, ut non sit misericordie locus,  
 & deus iudicium urget ac occidere iubet, tum obtemperat  
 iudex uoci domini, ac eum occidit, quæ alioqui, si iure & dei  
 uoluntate fieri posset, mallet in uita conseruare. Certum natu  
 que est, iudices cum non damnant quos deus damnare iussit,  
 ac ille sunt circumstantie facinoris, ut is non mereatur mise  
 ricordiam, tum eos ignoscendo grauiter in deum peccare.  
 Solomon nanque Prouerb. 17. cap. ait, Qui iustificat (hoc  
 est absolut) impium, & qui damnat iustum, uterq; abomina  
 bilis est apud deum. Cum deus Saulem iussisset Amalechitas  
 unâ cum rege delere, & nihil relinquere, & Saul regi, re  
 busq; preciosis pepercisset, neq; obtemperasset uoci domi  
 ni, à domino reiectus est. Similiter cum Achabus Syrorum  
 regem, non quemadmodum deus illū iusserat, punisset, ipse  
 cum populo suo in locum Syrorum & Benhadadi, qui dam  
 nati fuerant, substitutus est, ita ut Achabus cum suis à Benha  
 dado & Syris cederetur, in uindictam eius quod Syros non  
 punierat quemadmodū dominus illi præceperat. Rursus cum  
 Achabus occidisset Nabothum, qui nō erat damnatus à deo,  
 sed ex priuato affectu ab ipso occisus fuerat, ut eius horto  
 potiri posset, deus grauiter huic cædi Achabi indignatus est.  
 Ita etiam deus grauiter indignatus est, cum à Saule 83. sacer  
 dotes unâ cum uxoribus & liberis occisi essent infontes, &  
 absq; iussu dei, ex ira & odio. Ex quibus facile colligi potest  
 quando magistratui interficere liceat, aut non, ac nihil impe  
 diente præcepto hoc Ne occidito, nihilominus magistratus  
 secundum uerbum dei occidere posse.

Verum hæc omnia Anabaptistæ uno uerbo reijciunt, et  
 aiunt

Mosis &  
 magistra  
 tus gladiū  
 nō esse sub  
 latum.



munt, hæc quæ allata sunt ad Mosaicum gladium, et ad impe-  
 perium & coactionem Mosaicam pertinere, à quibus Chri-  
 stiani liberati sunt. Sed his respondemus, gladium & capita-  
 lem poenam quæ à magistratu infertur, non per Mosem de-  
 mum institutam esse tãquam ceremoniam aliquam legem,  
 quæ Christi tempore cessaret, sed ab initio lex hæc, ut natu-  
 ralis & omnibus temporibus necessaria, à deo est instituta.  
 Nam omnes ueteres magistratus ante Mosem ex dei manda-  
 to, gladio usi sunt, & homines maleficos occiderunt. Hanc  
 autem legem deus Israeliticis quoq; legibus inseruit, ac gladi-  
 us nõ tanquã Mosaica coactio ablatu et abrogatus est Chri-  
 sti aduentu, quia politiam & naturæ legem non abrogauit.  
 Quid uero clarius esse potest, quemadmodum etiam lib. 4.  
 cap. 3. docuimus, Pauli uerbis, qui nos satis de hac re instru-  
 it, cum ait, legem iusto positam non esse, sed contemporibus  
 & ijs qui subijci nequeunt, impijs & peccatoribus, nefarijs  
 & profanis, patricidis & matricidis, homicidis, &c. Quæ-  
 obrem Christiani, quando non sunt homicidæ, parricidæ, sce-  
 lesti & malefici ac facinorosi, liberi sunt à lege & poena, seu  
 ut illi loquuntur, ab imperio & coactione Mosaica: qui aut  
 malefici & facinorosi sunt, non sunt liberi à lege & poena.  
 Atq; huc spectat quod Paulus scribit ad Romanos: Nam ma-  
 gistratus non sunt terrori pro bonis operibus, sed malis. Vis  
 autem non timere potestatem? quod bonum est facito, & fe-  
 res laudem ab ipsa: dei enim minister est tibi in bonũ. Quod  
 si feceris quod malum est, time: non enim temere gladium ge-  
 stat, Rom. 13. Quare capitalis poena in ecclesia manet. Quin  
 & fideles qui ita grauiter labuntur, & propter sua scelera  
 subijciuntur gladio ac plectuntur, ac in hac calamitate poe-  
 nitentiam agunt peccatorum, & ueram ac firmam in Chri-  
 stum fidem habent, non ideo desinunt membra esse sanctæ ec-  
 clesie, sed potius cũ latrone illo in æternã uitam recipiuntur.

ADVERSUS ANABAPT.

Gladiū cor  
poreum est  
se in spiri  
tuali eccle  
sia.

Agnoscamus præterea, ecclesiam spiritualem esse, nempe  
quæ illuminetur, confirmetur & regatur spiritu dei, atque  
secundum spiritum, non secundum carnem uiuat: non ta-  
mē hinc sequitur, eos qui in ecclesia eiusq; membra sunt, pla-  
ne esse spiritus, & nullis amplius carnalibus rebus uti. Quæ  
admodum uero fideles, qui uere nominantur et sunt spiritua-  
les, nihilominus propter carnem quam ad mortem usq; se-  
cum circunferunt, cibo, potu, uestitu & alijs carnalibus &  
temporarijs rebus opus habent, & cum his rebus utuntur,  
nihilominus in ecclesia sunt, neq; eam carnalem faciunt: ita  
etiam fideles (sicut ante probauimus) defensione gladij or-  
pus habent, attamen uerus usus gladij in ecclesia ipsam non  
facit carnalem, neq; spiritualis ecclesia reiicit usum corpo-  
rei gladij. Quæ uero à Paulo 2. Cor. 10. de spiritualibus ar-  
mis scribuntur, intelligenda sunt de armis ministerij ipsius,  
aduersus falsam doctrinam, & omne id quod aduersus deum  
extollitur. Non autem propterea magistratui in ecclesia  
suum gladium quem ex officio habet, adimit. Quem admo-  
dum uero discrimen officiorum merito seruatur, ita etiam al-  
ter gladius propter alterū non est reiiciendus aut dānandus.

Christianam charitatem non hoc postulare ut  
nemo occidatur aut puniatur: & in ecclesia non  
modo excommunicationem esse, sed alias quoq;  
multas corpori irrogari. Cap. 6.

An propter  
charitatem  
nemo puni-  
tus sit aut  
occidendus.

**D**E charitate, cuius prætextu Anabaptistæ gladium tol-  
lere conantur, ita respondemus, Christianam charita-  
tem tam non tollere ius gladij, ut id potius confirmet. Magis-  
tratus enim à deo constitutus, non tantum charitatem exhibe-  
re debet paucis fontibus, facinorosis & perniciosis homi-  
nibus, sed etiam, imò multo magis magnæ multitudini inson-  
tium, præsertim ijs qui iniuria afficiuntur. Quæ enim hæc  
charitas

*charitas* esset quæ maleficis hominibus nõ tantum parceret, uerum etiam ipsos hac uenia insonitibus immitteret? Perinde quasi non sufficiat eos alijs antea nocuisse, nisi liberentur ut adhuc amplius noceant. At ais dimittendos esse inultos ut in posterum non male agant. Et is qui eos dimittit, non ideo dimittit ut amplius noceant, sed ut in uita maneant & pœnitentiam agant. Sed aliter deus uerbo suo præcipit iudicibus, nempe ut commissa peccata puniant, & non ex charitate condonent spe emendationis: nisi causa aliqua eius modi circumstantias habens iudici offeratur, ac ita seipsam excuset, ut salua coram deo conscientia soniti ueniam concedere possit. Hoc autem non in iudicis opinione & arbitrio positum est, sed ut factum ipsum modeste & accurate expendatur secundum ius & æquum, & diligenter prospiciatur ne dum uni consulitur, in eo erretur & multis fiat iniuria. Nam si facinosum iudex spe emendationis dimiserit, & is (quod plerunque fieri solet) se non emendauerit, sed plus etiam mali & damni dederit quam unquam antea, quis poterit hanc ueniam & charitatem laudare? Cum item facinososi non puniuntur, improbi autem homines, quos hæcenus metus pœne coercuit id uident, augentur & confirmantur perniciosi homines, ac honesti & insonites homines ab improbis nebulonibus, prætextu ueniæ & charitatis, cõtra morẽ ueræ charitatis iniuria afficiuntur. Quæ aut ex Paulo afferuntur, *Charitas* patiens est, comis est, non cogitat malum, omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet, &c. non excludunt pœnam. Nam eodem loco Paulus inquit, *Charitas* non gaudet iniustitia, gaudet autem ueritate. Ideoque charitatem non cæcam & stultam esse uult. Solomon quoque charitatem & pœnam coniungit, cum ait: Qui parcit uirgæ, odit filium: qui autem amat eum, castigat eum cito. Agnoscimus quidem magnum discrimen

Prouer. 13.



ADVERSUS ANABAPT.

esse inter castigationem & capitale supplicium. Interim tamen fateri oportet, quod sicut patris castigatio in bonum ce dit filio, neque charitati aduersatur: ita etiam cum magistratus iure occidit, non tantum id uni homini, sed toti reipublicæ salutare esse, idcōque non esse charitati contrarium. Quamuis enim is qui occisus est, homicidæ morte non reuocatur in uitam, nihilominus tamen iusta eius mors multos improbos in republica à cædibus deterret, atq; ita mors hominis fontis, quodammodo multos in uita conseruat. Quare subinde ostenditur iustam pœnam non aduersari charitati, ac charitatem ueram non abrogare pœnas à deo constitutas. Verum non modo in hac causa, cum de pœnis agitur, sed alijs in rebus charitate quàm plurimi turpiter pro sua libidine abutuntur. Nam homines prodigi, & qui sua consumpserunt, qui otiosi uolunt, & interim quotidie inebriari, si quid illis desit, nō pudet eos ab honestis & diligentibus patribus familiæ auxilium petere, & charitatis illis admonere, qua sic charitatis iure teneantur sumptus illis ad luxum suppeditare: neque cogitant se non minus amare debere eos à quibus auxilium petunt, neque illis debere molestos esse, aut damnum & iacturam illis conciliare, sed potius ita cū illis agere quemadmodum in pari causa se cum agi uellent. Qui certe nollent, si rem familiarem bene administrassent, alterum prodigum ex charitate debere, nisi hoc, ut alij alios diligatis: non tantū de auxilio ferendo loquitur, sed etiam de illis qui aliorum subsidio opus habent, ut utrinq; mutuam sibi charitatem debeant.

Abusus charitatis.

Nolite resistere malo.

Christi autem uerba, Nolite resistere malo, supra abunde exposita sunt: nempe, dominum non loqui de diuina uindicta commissa magistratui, sed de priuata uindicta, que ex uincuiusque affectibus oritur: quare Christus non admittit magistrat

gistratui gladium, neque prohibet iustas & legitimas pœ-  
 nas. Similiter Ioannis & Iacobi exemplum nihil ad magi-  
 stratum pertinet: illi enī ex ppria & humana offensione, at  
 que uindictæ cupiditate, Samaritanorū uicū incēdio perdere  
 uolebant, ac hanc eorum uoluntatem dominus reprehendit,  
 quoniam uocati erant ad ammittendam gratiam, nō autem  
 ut gladium gererent. Deinde quod facere tentabant, ex i-  
 psis ortum erat & à deo prohibitum: quod autem hi qui ma-  
 gistratum gerunt, legitimas pœnas de aliquo sumunt, id non  
 ex se faciunt, sed à deo illis præceptum est. Neque alia aut  
 diuersa ratione dominus Petrum iussit districtum gladium  
 recondere, quippe qui non ad pugnandum & gestandū gla-  
 dium, sed ad prædicandum uocatus esset. Quod autem Chri-  
 stus iussit eum gladium auferre, ideo fecit, ut illi ac reliquis  
 in horto re ipsa ostenderet, pugnam eorum nihil prodesse, se  
 uero ipsos, Apostolos inquam, absque ipsorum pugna tueri,  
 & ab inimicis defendere posse: idcōque ipsos de defensione  
 sicuti etiam de uictu, non debere anxie sollicitos esse. Itaque  
 Petrus non publicum magistratus gladium recōdidit, sed pri-  
 uatum, quem quisque hominum absq; uocatione, propria po-  
 testate dstringit. Quin & reuera, qui propria potestate ex  
 affectibus dstringit gladium, absque necessitate, hic diuinæ  
 pœnæ obnoxius fit. Si uero dominus, cum Petrum gladium  
 recondere iussit, uoluit in nouo Testamento nullum penitus  
 ne magistratus quidem gladium dstringi, quare Paulus ma-  
 gistratui dat potestatem dstringendi gladij? An non Paulus  
 in nouo Testamento fuit? An non Christianis scripsit episto-  
 lam, quam Romanis scripsit? Quamobrem cum decimo ter-  
 tio capite ad Romanos scribat, Potestas nō temere habet gla-  
 dium: nam dei minister, ultor ad iram ei qui quod malum est  
 fecerit, &c. hinc sic hoc negotium concludo, & dico gladi-  
 um magistratui à deo mandatum, non ueritum esse, itaq; licet  
 re illis occidere.

Petri gladi-  
 dium recō-  
 dit.

Lucæ 22:

ADVERSUS ANABAPT.

An Christi-  
fiani tantū  
excomuni-  
catione puni-  
ant.

Alter a parte 19. dogmatis docent Anabaptistæ, Christianos peccata aliorum non carceribus, multis, uel gladio punire, sed tantum excommunicatione. Neque debere aut posse magistratum esse in ecclesia, uerum quemadmodum apostolorum temporibus tantum ministri ecclesiæ seu doctores fuerunt, & ecclesia siue populus, ita nunc quoque esse debere. Quoniam uero nos superius firmis ac ueris argumentis probauimus, posse Christianos magistratum gerere, et hoc suum munus seruare in ecclesia, ac satis ostendimus, quænam huius rei ratio fuerit apostolorum ætate, illis quæ diximus contenti erimus, nihili facientes sermones Anabaptistarum nullis solidis rationibus confirmatos, quos illi subinde ex affectibus absque ullis argumentis proferunt. Vtile equidem esset Anabaptistis, si non liceret eos carceribus & pecuniarijs multis punire, maiores enim turbas facilius excitare possent. Quis autem non uidet quid sublato gladio sequatur? Plerique enim à quibus metuendum est, quique impure uiuunt, ita animo affecti sunt, ut etiamsi centies excommunicentur, nullam excommunicationis rationem habeant, imò turpius excommunicati quàm ante uiuunt. Itaque nihil aliud hinc quàm turpitude & turbæ atq; dissidia sequentur. Quare uos uestra doctrina ecclesiarum, quæ bene institutæ sunt, horribilem dissipationem instituitis. Nam quod dicitis Gentiles extra ecclesiam gladio uti posse, in ecclesia tantum excommunicatione esse debere, temere & absq; ratione dicitis, & simul spoliatis ecclesiam bono illi à domino concesso. Satis iam ante probauimus, semper in ecclesia nonnulla esse, quæ non possint alia ratione commodius quàm per magistratū emendari. Quod autem fingitis Euangelicam ecclesiam, & absq; uitio, tantum paucorum hominum, multaq; de illa garritis, quæ tamē nusquā reperitur, et interim nihilominus ecclesiæ, quæ ex bonis & malis collecta est, ut Christus docuit,



cuit, auxilium & defensionem tollitis, perinde facitis ac si quis muro nondum ad tectum educto, fulcra quibus tectum nitere nititur, subtrahat.

Si autem diligenter à uobis queratur, ut ad confirmandam doctrinam ostendatis, ubinam Christus facinorosos excommunicari (sicuti uos omnes excommunicare uultis) non multa exempla proferre poteritis. Peccatrix enim erat mulier illa Lucae 7. item publicani plures, praesertim Matt. et Zachaeus: peccatrix fuit mulier adultera, peccator fuit Petrus & alij plures, quando uero horum aliquem excommunicauit, uel quandiu excommunicati fuerunt? Iuxta uestram duram & austeram rationem, uix se Christus excusare uobis poterit. An uero nullo

Multas corporis in ecclesia irrogatas fuisse.

multae corporis fidelibus aut infidelibus in ecclesia irrogatas sunt? Quid igitur de singularibus factis summorum apostolorum Petri & Pauli dicetis? Petrus enim Ananiam & uxorem eius Saphiram propter ipsorum peccata non excommunicauit, sed diuina uis subita morte puniit. Dicite Anabaptistae, an non hoc in ecclesia factum sit? an non in illis factum qui Christianorum nomen habebant? an non ab illo factum sit, qui syncretus Christianus fuerit? an non illi corpore poenas lucent?

AA. 5.

Quod si hoc Petri factum non fuit iniustum, quod concedendum est, nolite damnare magistratum qui facinorosos carceribus, multis, gladio, pro criminum qualitate punit. Nam ut hoc faciant, non minus quam Petrus à deo potestatem acceperunt. Paulus uero seductorem et impostorem Bariebu, qui se illi coram Sergio Paulo praeside opposuerat, plenus spiritu sancto excacauit. An non haec quoque corporis multa fuit?

AA. 13.

Deus itaque, qui in ecclesia per Petrum & Paulum corporis multas irrogauit, nunc quoque per magistratum punit, quem in hunc finem instituit & ecclesiae dedit, ut per eum operetur & puniat quacunque ratione commodissimum & ecclesiae utilissimum fuerit. Verum hac de re plura sequentibus capi

ADVERSUS ANABAPT.

tibus scripta sunt. Multa etiam de maleficorum supplicijs, quæ à magistratu irrogantur, scripsi in Sermonibus meis, De ead. 2. Serm. 8.

Homines contumaces, ad bonum & ad uerbum dei licere cogere: & responsio ad Anabaptistarum argumenta, quibus probare conantur neminem ad fidem cogendum esse. Cap. 7.

Neminem cogendum ad fidem, aut propter fidem puniendum vel occidendum esse.

20.

Vigesimum Anabaptistarum dogma est, neminem ad fidem ulli ui cogendum esse, neque etiam quenquam propter fidem puniendum aut interficiendum esse. Acriter autem ac totis uiribus hoc loco contendunt Anabaptistæ, & multi alij cum illis, in ecclesia unicuique liberum esse debere, ut agat & credat quod ipsi uisum fuerit. Spectat autem tem denuo hic conatus ad ingentia & intolerabilia dissidia, turbas & excidium, ita ut si sequamur horum contumaciam & peruersorum hominum opiniones, breui non in urbibus modo, sed in singulis uicis plus quam duodecim religiones habituri simus. ita ut tandem nihil omnino credere, peculiaris secta & religio futura sit. Cum uero nos unicam ueramque fidem docemus (non enim plures contrarie religiones simul ueræ esse possunt, sed unica tantum ac uera Christiana religio seu fides est) ac omnes hortamur ut sectas deserant, & unicam ac ueram Christianam fidem, Euangelio confirmatam, amplectantur: item cum Christianos magistratus hortamur, ne patiantur unumquemque dogmata nuper excogitata, quæ adhuc ignota, neque confirmata sunt, spergere, & peculiarem ecclesiam instituire contra unicam & ueram ecclesiam: hæc inquam, cum nos docemus, contra nos quasi parricidas aliquos uociferantur, nos sanguinarios appellant, qui omnium eorum sanguini insidemur, qui non cuncta credere uoluerint quæ nos credimus et docemus. Nos ne  
ro non

ro non aliam doctrinam aut fidem urgemus, quam eam que confirmatur diuinis literis, prophetarum, Euangelistarū & apostolorum, que uni Christo fedit, & huic omnem gloriam tribuit: quam fidē omnes uere fideles ab initio habuerūt. Ne que aliorum opes aut sanguinem sitimus ac sanguinarij sumus, sed hoc contendimus omnibus uiribus, ut Christiana unitas seruetur, neq; in multas sectas homines separentur, ex quibus offense, animorum alienationes, dissidia, seditiones et cedes in populo excitantur, que omnia multifariam ex Anabaptismo orta sunt, ut supra primis duobus libris ostendi. Quamobrem sanguinis effusionem cauere cupimus, & Anabaptistas ipsos, modo sibi consuli patiantur, ab exitio liberare conamur. Quamuis autem magistratum iubemus perniciosos homines multare, qui sanari nolunt, & totam ecclesiam in exitium secum adducere conantur, nō tamen ideo crudeles & sanguinarij sumus, quemadmodum nec alij pij doctores qui eadem ante nos docuerunt.

Duæ autem partes sunt dogmatis ante commemorati: Prior, neminem ad fidem ulla ui cogendum esse. Altera, neminem propter fidem multandum aut occidendum esse. De priori parte ita scribunt: Christianū & apostolicum Euangelium non desiderat neq; docet quenquam ui cogere ad doctrinam, concionem & communionem: ac Paulus execratur ea quæcunque aliter docentur. His respondemus: Euangelicam & apostolicam scripturam, ac sanam rationem non ob stare aut uetare, quo minus indocti & indociles atq; contumaces homines doceantur, instituantur, et ducantur atq; cogantur à malo ad bonū. Itaq; neq; Paulus neq; quisquā apostolorum hoc execratus est: sed illi uerbis Pauli ad Galatas capite primo abutuntur. Ea enim que Paulus scribit de Euangelio, quod ipse inter Gentes et ubiq; prædicarit, nempe solam fidem in Christum iustificare, id illi figmentis Anabaptisticis

Ad bonum  
& ad fidem  
ueram licet  
cogere.



## ADVERSUS ANABAPT.

accommodant, quasi Paulus execratus sit omnia quæ Anabaptistarum doctrinæ aduersantur, cum tamen ipsorum doctrina cum Pauli scriptis pugnet, quemadmodum subinde in hoc opere ostendimus.

Fidē esse  
gratuitū dei  
donum, i-  
deoq; nemi-  
nem ad fidē  
cogi debe-  
re.

Præterea aiunt ideo neminem ad fidem cogendum esse, quod fides sit gratuitum donum dei, quod solus deus cordibus electorum largitur. Quod si quis fide caret, non data est illi à deo, ideoque non est e numero electorum: quid igitur opus est hunc ad fidem, qua caret, cogere? Hoc autem adeo firmum fundamentum esse arbitrantur, ut nullo modo labefactari aut conuelli possit. Nos autem illis respondentes, primum fidem distinguimus (quemadmodum etiam supra libro tertio capite sexto fecimus) alia enim fides uera est, alia falsa. Ad falsam fidem nemo cogendus est: ad ueram homines cogi possunt. Præterea coactio non est unius generis. Aliquando enim homines firmis argumentis coguntur, ut audita institutione animum mutant, quandoquidem nemo his refragari potest: per quæ dum docetur, efficaciter antea conuictus & superatus est. Quandoque uero maligni & contumaces homines, qui reuera argumentis conuicti sunt, sed ex pertinacia cedere nolunt, neque uerbis sibi persuaderi patiuntur, duriori castigatione adiguntur ut id quod uerum & bonum est amplectantur. Huiusmodi autem coactiones bonæ sunt, & præclara exempla habent sacrarum literarum. Alia uero coactio est tyrannica, quæ nullis iustis causas habet, quando debacchando & minando res atroxes et iniusta ui cogitur quis ad id quod malum est & iniustum. Huiusmodi coactio deo aduersatur, ideoq; nemo ita cogendus est.

Fides homi-  
nibus à deo  
datur.

Vera præterea fides à nullo hominum dari & cordibus fieri potest: sed est liberum dei donum, quod tantum electis suis largitur, sicuti Ioan. 6. et 10. cap. scribitur. Verum non hic hæ-

hic hærendum est, ut non ulterius progrediamur, & cul-  
 pam nostræ infidelitatis deo imputemus, & dicamus nos es-  
 se excusatos, quia deus non dederit nobis fidem, Quid enim Rom. 11.  
 debet tibi deus? aut quid prior dedisti ei ut ita repetere pos-  
 sis? Multo minus in eo nobis hærendum erit, ut perscrute-  
 mur ad quid æterno dei consilio electi simus: nam quia pro-  
 missiones dei uniuersales sunt, omnes uocant & bona illis  
 pollicentur: et ad hæc Christus iussit petere, dicens: Petite,  
 & accipietis: quærite, & inuenietis, &c. Matth. 7. & Lu-  
 cæ 11. & præterea etiam dominus iussit Euangeliū prædi-  
 care omnibus creaturis: bene sperandum est de gratia & Marci 16.  
 misericordia dei, & ardentè precandum ut uera fides do-  
 netur & augeatur, & simul sperandum est, nos ex electo-  
 rum numero esse. Et præterea cum dominus dixerit, Qui Ioan. 2.  
 ex deo est, uerbum dei audit, & deus etiam hoc ordine uti-  
 tur, ut interne in corde trahat per spiritum sanctum, exter-  
 ne fidem plantet prædicatione uerbi, sicuti Paulus testa-  
 tur, dicens: Fides ex auditu est, auditus autem per uerbum  
 dei: adeunda sunt conciones Christianis, audiendum est uer-  
 bum dei, & medium per quod deus dat fidem, non est con-  
 temnendum & abiiciendum, ac interea disputandū de sum-  
 mis imperscrutabilibus & absconditis iudicijs dei. Hac au-  
 tem ratione externi ordinis, etsi fides cordibus non possit  
 inferi, tamē nihilominus homines uocandi & mittendi sunt  
 ad sacras conciones diuini uerbi, & cogendi si contumaci-  
 ter reluctantur. Facere autem hæc debent seniores & ma-  
 gistratus, et omnes illi qui imperium habent in contumaces.  
 Hoc enim non tantum omnes prudentes ipsa æquitas docet, Deus magi-  
 stratum iu-  
 sed apertum & expressum dei mandatum hac de re habe-  
 tur. Quarto enim præcepto primæ tabulæ, cum deus sabba-  
 thum sanctificare iussisset, addit, Non facies ullum opus, ne-  
 que tu, neq; filius tuus, neq; filia tua, neque seruus tuus, aut  
 bet contumaces ad  
 bonum co-  
 gere.

ADVERSUS ANABAPT.

ancilla tua, aut iumentum, aut peregrinus qui intra portas tuas habitat, hoc est, qui sub imperio & potestate tua est. Hoc autem dei mandatum quatenus fidem & charitatem spectat, non est abrogatum. Quis uero parentum aut preceptorum hos puerorum sermones ferret, si dicerent, Discere & prudentiam assequi, dei donum est, cui hoc non est datus, nihil uirgis & preceptis efficietur: quare non est quod me uirga castiges, uel mandatis ad bonos mores & studia ac scholas cogas. Parentes & magistratus non patiantur se ab instituto abduci contumacium hominum obiectione, qui aiunt, Fides est liberale donum dei, ideo nullis legibus urgenda est. An non probitas, quod non fur, non latro aut malefactor es, donum est dei? Num igitur si talis à magistratu deprehensus excusare se uelit, & dicat, se non habuisse donum hoc à deo, ideoque non esse puniendum, magistratus huius excusationem suscipiet? Quamuis igitur fides liberum dei donum sit, nihilominus tamen homines legibus cogendi sunt ut uerbum dei audiant, & contumaces puniendi.

Donatistæ ante 1100. docuerunt, neminem ad fidem cogendum esse.

Rursus autem in hac causa, cum neminem ad bonum & ad fidem cogi uolunt, produnt Anabaptistæ suam imperitiam rerum ueterum, quandoquidem ueteres hæreses benesopitas & uerbo dei conuictas, instinctu diaboli in lucres uocant, & Donatistis ueteribus Anabaptistis per omnia similes sunt. Contra quos ante 1100. annos scriptis pugnauit D. Augustinus: cuius sententiam in eorum gratiam, qui hæc magna ex parte ignorat, adscribam, quamuis hæc etiam in alijs libris commemorauerim.

Augustinus aliquando in hac sententia fuit, neminem cogendum esse.

Itaque D. Augustinus epistola ad Vicentium 48. probat, ui corrigendos esse hæreticos, & inter alia sic scribit: Nam primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos



apertos hereticos noueram: sed hæc opinio mea non con-  
 tradicentium uerbis, sed demonstrantium superabatur ex-  
 emplis: nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum  
 tota esset in parte Donati, ad unitatē catholicā timore legū  
 imperialium conuersa est, quam nunc uidemus ita huius ue-  
 stræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam suis  
 se credatur. Ita alia multæ, quæ mihi nominatim commemo-  
 rabantur, ut ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa re-  
 cte intelligi posse, quod scriptum est: Da sapienti occasio-  
 nem, & sapientior erit. Item: Non omnis qui parcat amicus  
 est: nec omnis qui uerberat, inimicus. Meliora sunt uulnera  
 amici, quàm uoluntaria oscula inimici. Melius est cum seue-  
 ritate diligere, quàm lenitate decipere. Item: Et qui phrene-  
 ticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus  
 ambos amat. Quis nos potest amplius amare quàm deus? et  
 tamen nos non solum docere suauiter, uerumetiam salubri-  
 ter terrere non cessat. Putas neminem debere cogi ad iusti-  
 tiam, cum legas patrem familiās dixisse seruis: Quoscunque  
 inueneritis, cogite intrare. Idem quoq; Augustinus Sermone  
 33. de uerbis domini secundum Lucam: Heretici nolunt co-  
 gi, & dicunt, Voluntate nostra intremus. Coge, inquit, in-  
 trare. Foris inueniatur necessitas, nascitur intus uoluntas,  
 &c. Huiusmodi interpretationibus ueterum irascuntur An-  
 abaptistæ in suo libello, & eas nostras esse arbitrantur,  
 eum tamen non nostræ, sed ueterum sunt, cum quibus malo  
 quàm cum Anabaptistis sentire. Quamuis hoc dictum, Com-  
 pelle intrare, nunquā ita interpretatus sim, quod mea com-  
 mentaria testantur.

Quandoquidem uero etiam alia firmiora argumenta ab  
 Augustino afferuntur de ui cogendis ad bonum hominibus, Paulus ubi  
ad fidē ad-  
ductus est  
 adhuc alium eius locum adferam, ex epistola 50. ad Bonifa-  
 cium Comitem, in qua ita scribit: Vbi est quod isti (quem ad-

ADVERSUS ANABAPT.

modum etiam Anabaptistæ nostri) clamare consueverunt. Liberum est credere uel nō credere, Cui uim Christus intulit quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum autem est quomodo ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus qui solo uerbo uocati sunt in Euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorē. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent, si perditii filij coegerunt alios ut perirent? Hactenus D. Augustinus.

Coactione  
sunt hypo-  
critæ.

Sed hic non acquiescunt Anabaptistæ, sed aiunt coactione fieri hypocritas, qui suppliciorum metu simulant se uerbum dei amare, longe autem aliter animo affecti sunt. Itaque eam quæ legibus & ui fiat charitatem coactam esse, quæ a deo nihili fiat. Verū respondemus, satius esse malos & contumaces se continere, non turbare bonas leges & instituta, non malitiam suam exequi, sed unā cum probis seruare bonas leges, quā palam id quod bonū est oppugnare, & bonas leges ac homines probos turbare, & illis molestos esse. Vtrum enim uobis melius esse uidetur, aliquem metu supplicij non furari, rapere, latrocinari, quæ tamen appetit facere, ideoque hypocrita est: an eundem nolle hypocritam esse, sed malitiam suam exerere, & facere quicquid libuerit? Quinetiā certum est, metu & ui homines quādoque in uiam reuocari, ut initio inuiti hoc faciant & hypocritæ sint, uerum postea dum ui coercentur, eō adducuntur, ut deinde sponte ex animo ea faciant, & gratias agant illis qui ipsos coggerunt: agnoscunt enim se funditus perituros fuisse, nisi alij ipsis ui obstitissent. Cōstemur deum ultroneū & spontaneum ministrum requirere, & uolentam ac coctam charitatem exiguam laudem mereri: interim tamen id quod

quod ante ostendimus cōfiteri oportet, ex inuitis & coactis ultronea & spontanea promptaq; corda fieri. Atq; hac de re denuo D. Augustini uerba afferamus, quibus refellit Petilianum hæreticum, lib. 2. cap. 83. Petilianus Donatista dicebat, Absit absit à nostra conscientia, ut ad nostram fidem aliquem compellamus. Huic respondet Augustinus, & ait, Num ergo pergemus & eadem sentiemus cum hæreticis? An potius dominum in scripturis hæresim plantare dicemus, quando minis & flagellis cogit ad bonum? David, Bonum mihi, ait, est domine, quod humiliasti me. Et Ieremias, Corripuisti me domine, & mansuefactus sum sicut uitulus indomitus. Quod si nemo ad bonum cogi debet, quare sapientissimus Solomon toties liberos castigare iubet? Qui parcit uirgæ, inquit, hic odit filium: cum percutis cum uirgâ, uitam eius à morte tueris. Præterea quotidiana experientia testatur, & ipsa natura docet, uehementes in homine affectus esse, qui nisi medicina adhibeatur, & frenum iniiciatur, seipsum & alios secum perdunt, qui tamen mediocri castigatione seruari possent. Dum homines insani & non suæ mentis compotes sunt, uim & coactionem uituperant: sed intellectu adepti, & cernentes à quibus malis liberati sint per eos qui ui ipsos coercuerunt, gaudent se adeo salutariter castigatos esse, & uim, quæ illis adhibita est, laudant, quam antea adeo grauius uituperauerant. Atq; hæc est D. Augustini sententia ex eius scriptis collecta.

Præterea uero aiunt Anabaptistæ, dominum simpliciter iussisse Euangelium prædicare, & neminem ad id cogere. Difficile etiam nobis fore, si omnes Turcas, Iudæos, & infideles ad fidem cogere uelimus. Respondemus, Dominum equidem iussisse prædicare Euangelium, quod & apostoli fecerunt, nemineq; coegerunt, nisi quatenus uis et potentia ue-

Dominum  
iussisse Euangelium  
prædicare,  
& neminem  
ad id cogere.

ritatis cogit. Interea tamen ex Euangelio docuerunt, sicuti



## ADVERSUS ANABAPT.

etiam Euangelio continetur, unumquenq; in sua uocatione debere bonum promouere, & cunctos ad iustitiam adducere: præcipue autem hoc magistratus officium esse, ut ad hoc efficiendum potestatem suam conferat. Non autem præcipitur à deo magistratui, ut Turcas ac cæteros infideles non subiectos suo imperio, cogat & bellum illis inferat. In ueteri Testamento principes populum sibi à deo subiectum gubernabant, neq; aliarum gentium hac ratione curam agebant, sed eas suo arbitrio regere & credere permittebāt: id quod nunc quoq; pij magistratus faciunt. Quod si commode reborum Christi propagare possunt, nulli sumptui, operæ et labori parcunt. In summa, magistratus curat ut suis Euangelium prædicetur, quod si huic fidem habeant, id ad eorum salutem facit: sed si aliqui non modo non credunt, sed etiam se opponunt, & doctrinam euangelio contrariam uel aut dolo inducere conantur, & dissidia in ecclesia excitant, ac ita authores harum rerum etiam in magistratū & diuina eius instituta peccant, tum iure magistratus hos turbulentos & contumaces homines coercet & punit pro ipsorum merito. Atq; hoc non proprie est coactio ad fidem, sed turbulentis, contumaces & rebelles homines sic cōpesciuntur & coercentur, ut pax & tranquillitas conseruetur. Sequitur nūc quæstio de supplicijs.

Responsio ad præcipua argumenta Anabaptistarum, quibus probare conantur, neminem religionis causa puniendum aut occidendum esse.  
Cap. 8.

Neminem propter religionem multandū aut occidendum esse. **A**ltera pars uicesimi dogmatis Anabaptistarum hæc est, Neminem religionis causa multandū, aut capitis supplicio afficiendū esse. Nos aut eodem modo, quemadmodum supra, respondemus, neminem propter uerā fidem puniendum

alendum aut occidendum esse, sed falsæ religioni esse ob-  
stendum, nec tolerandam esse, si fieri potest: blasphemus ue-  
ro & perniciosos seductores etiam occidi posse pro crimi-  
num qualitate, de quo postea dicemus. Nunc autem Anaba-  
ptistarum argumenta cōmemorabo, quæ ab illis adferuntur  
ad probandum, non licere ullo tempore quenquam fidei cau-  
sa multare aut interficere, & quàm breuissime ad singula  
respondebo.

1. Christiani, aiunt, non possunt contra charitatem fa-  
cere: fidei autem causa punire aut occidere, est contrarium  
charitati: ergo Christiani neminem fidei causa puniunt aut  
occidunt. Responsio. Eodem modo sequeretur, pœnas &  
capitalia supplicia latronum, blasphemorum, seditiosorum,  
& facinorosorum hominū contraria esse charitati, & ideo  
neminem amplius supplicio afficiendū esse. Sed supra sexto  
capite huius libri demonstravi, charitatem non tollere sup-  
plicia seu pœnas facinorosorum hominū. Quæro autem hoc  
loco, an non conuenientius charitati fuisset, si initio tumultus  
Monasteriensis in Vuestphalia, pauci seditiosi nebulo-  
nes, & omnium malorum authores, capti & in carcerem  
coniecti, aut pro ipsorū merito multati fuissent: quàm quod  
postea dum nemo fidei causa multatur, tam horrenda multo-  
rum cædes necessario fuit facienda, aut permittendum ut  
Anabaptistæ eruptione facta omnia longe lateq; igni & fer-  
ro vastarent?

2. Paulus docet unumquemq; alterius onus portare, &  
infirmū in fide humaniter assumere & instituere, non mul-  
tare, in carcerem coniscere, aut interficere. Responsio.  
Docemus nos quoq; equum esse, ut Christiani aliorum ma-  
lis afficiantur, & fideliter eos iuuent, ac infirmum in fide  
ferendum esse, & humaniter instituendum. Pœna autē non  
infirmi, sed contumaces, peruersi, indurati & perniciosi

Charitatē  
non tollere  
supplicia.

Alter alte-  
rius onus  
portet.  
Galat. 6.  
Rom. 14.

ADVERSUS ANABAPT.

Rom. 13.

homines afficiendi sunt, qui bonitate non modo non emenda-  
dantur, sed deteriores fiunt, neq; cessant simplices & infir-  
mos ledere. Quamuis autē scriptum sit, Alter alterius onera  
portate: tamen etiam scriptum est, potestatem non temere  
re gladium gestare.

Fidem esse  
rem spiri-  
tualem, i-  
deoq; non  
posse gla-  
dio puniri.

2. Tim. 2.

3. Fides & infidelitas sunt res inuisibiles & spirituales,  
abditæ in hominum cordibus, ita ut ne ecclesia quidem  
hæc iudicare possit: cur ergo civilis magistratus illa suppli-  
ciji corporalis gladij subijcit? Responsio. Quando falsa  
fides siue hæresis in animo abditata latet, à nemine nisi à solo  
deo iudicari potest: si autem erumpit, & serpit ut gangrena,  
ita ut non tantum probi homines inficiantur, sed deus  
quoq; & uerbum eius blasphemetur & aperte laceretur,  
tunc magistratus officium est ut hæc aperta maleficia puni-  
at. Imò diligentius & studiosius cauere & uetare debet,  
quàm si carnalia flagitia essent. Præterea magistratus non  
tantum iudicat de impœnitentibus Anabaptistis ex incredu-  
litate cordis ipsorum, sed ex apertis & sceleratis facinori-  
bus. Non enim simpliciter errant, neq; unum tantum ipsorum  
scelus est, sed primum peccant falsa fide, quam alij quate-  
nus possunt instillant, præterea ueræ fidei & ueritati con-  
uitantur. Deinde in sanctam Christi ecclesiam peccant, à qua  
absq; iusta causa deficiunt, & in ecclesia turbas, sectas, &  
grauia dissidia excitant. Præterea alia quoq; mala committunt,  
ueluti quod non obediunt civili magistratui diuinitus  
instituto. Inter se namq; coniurant, ne iusiurandum à magis-  
tratu accipiant, & obedientiam spondeant, aut si hoc fecerint,  
ne seruent. Nam magistratui iusiurandum præstare  
peccatum esse arbitrantur. Plerunq; aduersantur magistratui,  
& quotiescunq; facultatem & occasionem habent, res  
ipsa se opponunt. Grauius etiam in matrimonium & alia  
res externas delinquant: ita ut non opus sit aliquid spirituale  
& occulte



occultum in illis punire. Nam Paulus aperte ait, eos qui se magistratui opponunt, resistere ordinationi diuine, & condemnationem sibiipsis ferre. Ita ut hoc loco magistratus scriptam contra eos sententiam habeat.

4. Supremi iudicis munus est, zizania à bono semine separare, quod Christus nouissimo demum die faciet. Querentibus enim seruis à paterfamiliàs, Vis ne abeamus & colligamus zizania? Respondit illis paterfamiliàs: Non, ne quando dum colligitis zizania, eradicetis simul cum eis triticum. Sinite simul crescere utraq; ad messem: & in tempore messis dicà messoribus, ut colligant zizania, & ligent ea in fasciculos ad exurendū ea. Quandoquidē uero zizania sunt filij illius Mali, seu falsi doctores, & dominus aperte præcepit, Sinite simul crescere, nō debet magistratus supplicijs et caedibus zizania eradicare. Responsio. Hac ratione omnis castigatio et pœna tollitur, ut nemini quicquā uetare liceat, sed bona & mala absq; contradictione simul crescere pati oportebit. Quoniam uero hoc cum cōmuni sensu, cum iustitia & æquitate, & cum multis alijs scripturarum locis pugnat, & causa esset turbarum & omniū malorū, ad quæ tamen Christus non iuuat, et multo minus ea iubet, necesse est alium sensum esse huius loci quem illi ex Euangelio adduxerunt. Docet autē eo loco dominus, quæ nā conditio & forma ecclesiæ futura sit in hac uita: nempe, nunquam in his terris in ecclesia tantum uiros bonos fore, sed semper ad finē usq; mundi fore malos immixtos bonis. Cum autē mali non possint penitus extirpari, nō ideo debere fideles ab ecclesia se separare, sed in bono perseverare, ac nosse deum suo tempore malos puniturum esse. Nō autem uult dominus ut mali nunc nō puniantur, cum id utiliter fieri potest. Nā cum exceptione iubet zizania non eradicare, nempe cum metuentum est, ne simul quoq; bonum semen eradicetur, hoc est, ne

Zizania  
separare à  
bono semi-  
ne & era-  
dicare.  
Matth. 13.

ADVERSVS ANABAPT.

pœna probis & pijs plus damni quàm comraodi afferat. Quamobrem cum in puniendo non est periculum ne maius ali quod malum sequatur, sed potius bonum ex pœna speratur, cur ea non utendum esset? Neq; tamen castigatione & pœna tantum profici potest, ut non etiam Christus ueniens multa mala & malos reperiat, quæ per angelos colligat ad exurendû: neq; est quod quisquâ arbitretur posse omnes impios ante iudiciû eradicari, ut etiã supra ostendî lib. 1. cap. 2. Itaq; mea sententia simplicissima responsio est, quæ ad hanc obiectione dari potest: non aduersari iudicio supremi iudicis qui maledictos et benedictos separabit, id quod ecclesia hereticos excludit, & anathemate damnat, ac magistratus eosdẽ opibus, corpore aut uita multat. Nã deus ipse iussu castigare & punire in ecclesia ad finẽ usq; sæculi. Interea tamen ecclesia nunquam ita purgari poterit, ut omnia zizania eradicet, sed Christus Iesus qui solus nouit corda, cum uenerit in gloria sua, perfectam separatione faciet. Ea etiã quæ ministri ecclesiarû & magistratus non potuerunt agnoscere, damnare atq; punire, non latebunt iustum iudicem in die magni iudicij. Quoad uero hæc fiant, ministri docendo, magistratus castigando & puniendo pergãt: hoc tamẽ uicisse semper spectent, ut omnia fiant ad edificatione ecclesie, ne semen bonum unã cum zizanijs eradicetur.

Tit 3. Hæreticum uitandum esse.

5. Paulus satis nos instruit quomodo nos in ecclesia erga hereticos gerere debeamus, dicens: Hereticum hominem post unam & alterã admonitione deuita: sciens quod euersus sit qui eiusmodi est, & peccet, ut qui suo pte iudicio sit condemnatus. Paulus hereticum uitare iubet, non torquere, punire & occidere. Responsio. Paulus ministros instituit quomodo suum officium administrent, & quomodo se erga hereticos gerere debeant: huic autẽ Pauli institutioni merito oës ministri acquiescunt: attamen magistratui, qui peccatorem

ficrem dei uocationem habet, gladius seu ius puniendi non ideo adimitur, neq; prohibetur ministro quo minus magistratum sui officij admonere possit.

6. Cum apostoli Hierosolymis in concilium adducti essent, ac periculū mortis illis immineret, surrexit Gamaliel, & ait: Et nunc dico uobis, abstinete ab hominibus istis, & finite eos: quoniam si est ex hominibus opus hoc, dissoluetur: sin autem ex deo est, non poteritis dissoluere. Eodem modo si Anabaptismus aut reliquæ sectæ ex hominibus sunt, sponte corruent: sin autem ex deo sunt, supplicijs & cædibus non poterunt prohiberi. Ideoq; in fidei causis omnia libera permitti debent, neque quisquam puniri. Responsio. Hac ratione imperia omnia, supplicia & defensiones tollentur, & iniustæ ui atque libidini aditus patefieret. Nihil enim adeo iniquum aut iniustum cuiusq; urbi aut regioni contingere posset, de quo non posset dici, Si ex deo est, perficietur: si non ex deo est, sponte cessabit: quare nemo impediatur, &c. Hanc autem dei uoluntatem non esse, ubique sacræ literæ testantur. Quare Gamalielis uerba non sunt pro lege aut solida doctrina habenda, quomodo omnibus temporibus cum falsis doctoribus agendum sit: (neq; etiam apostoli falsi doctores erant) sed quæ ille dixit tantum præsentis causæ gratia dixit, hoc spectans ut apostolos in uita conseruaret. Quare qui uerba Gamalielis ulterius extendere, & alijs rebus accommodare uoluerit, hic seipsum in multa absurda conijciet.

7. Apostoli nunquam gladiū ciuilem implorarunt, neq; imperatores & principes rogarunt ut hæreticos punirent, & tamen nihilominus prædicatione sua Euangelium per uniuersum orbem propagarunt: ideoq; etiam hodie tantum prædicatio uerbi in ecclesia seruari debet, neq; ulli hæretici a magistratu puniendi sunt? Responsio. Idem argumentū

De Gamalielis contra  
lio in Actis  
& apostolorū  
cap. 5.

Apostolos  
nunquā pe-  
tisse à prin-  
cipibus, ut  
se defende-  
rent, aut as-  
lios puni-  
rent.



ADVERSUS ANABAPT.

consimili forma Donatistæ Augustino obiecerunt, qui illis prolixè respondit, maxime epist. 50. ad Bonifaciū comitem, in qua scribit aliam rationem fuisse apostolorū etate quā nunc sit. Nam apostolorum etate principes nondum in Christum crediderāt, sed aduersus eum pugnabant: post aut iuxta prophetarum uaticinia in ecclesiam Christi uenerunt: ideoq; domino in ecclesia non tantū ut Christiani homines seruiunt, sed ut Christiani magistratus, legibus, edictis, prohibendo, puniendo, defendendo. Qua de re superius secundo capite huius libri scripsi. Quamobrē cum nunc quoq; magistratus Christiani sint, debent ex officio Christo in ecclesia inseruire, defendendo bonum & puniendo malum.

Ecclesia  
Christi per  
secutionem  
patitur, non  
alios persequitur.

8. Vera ecclesia Christi hanc proprietatem habet, ex qua ipsam Christi esse agnoscitur potest, quod persecutionem patitur, ipsa uero non persequitur quenquam. Quod si non persequitur, sequitur hanc non esse ueram ecclesiam in qua magistratus Anabaptistas & alios hereticos, captiuitate, carceribus, & alijs supplicijs persequitur. Responsio. Hoc idem argumentum, ac simili forma, ueteres Anabaptistæ Donatistæ D. Augustino obiecerunt, quibus ille epistola ante commemorata in hanc sententiam respondet. Si ecclesia uera ipsa est quæ persecutionē patitur, non quæ facit, quam ecclesiam significabat Sara? an non Paulus docet Galat 4. eam uerae ecclesiae typum fuisse? Et tamē persecuta est, & eiecit ancillam Hagar, quæ falsam ecclesiam significabat. An non ergo uera ecclesia persecuta est? Si autē melius discutiamus, magis ancilla persequēbatur Sarā superbiendo, quā illam Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam, ista imponebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in Psalmo uocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertat

uertat donec deficiant? Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iusta, quam faciunt pij: & est iniusta persecutio, quam faciunt impij ecclesie Christi. Altera fit, ut reuocet ab errore: ista, ut precipitet in errorem. Hæc atque alia plura in eandem sententiam in hac epistola scribuntur. Alibi uero idem Augustinus scribit, Donatistas perdere animas quas in æternam mortem precipitent, & conueniri si ipsi temporaria morte puniantur.

Duplex  
persecutio,  
iusta & iniusta.

9. D. Martinus Episcopus diu à communionem quorundam episcoporum abstinuit, propterea quod petissent à Maximo Cesare, ut per Emodium præfectum Treuirensis, Priscillianum hæreticum cum socijs supplicio afficeret. Quamobrem concionatores nunquam assentiri deberent, ut quisquam à magistratu capitali supplicio afficeretur. Responso. Emodius præfectus Treuirorum Cesaris nomine Priscillianum cum alijs supplicio affecit grauissimis de causis, & si aliter fecisset, iniuste fecisset, nam magnorum scelerum & facinorum conuicti erant: nempe quod Gnostici essent, ac turpia & nefanda facerent. Quod autem hos homines D. Martinus defendit apud Maximum Cesarem, ac Ithacio magno & Ruso episcopis indignatus est, hoc immense eius benignitati imputandum est, quod forsitan tum (si modo non etiam aliæ causæ fuerunt) in eadem sententia fuit, in qua & D. Augustinus aliquando (ut diximus) fuerat, neminem ui coercendum esse. Verum postea exactius edoctus, sententiam mutauit, quemadmodum & alij episcopi Treuiris & in uicinia. Nam quod Seuerus Sulpitius in sua historia hoc quasi nouum & inauditum commemorat, ciuilem magistratum rerum ecclesiasticarum curam & administrationem sibi asciscere, exemplis Constantini & aliorum piorum principum, qui ante illa tempora uixerunt, abunde refellitur, de quibus tertio capite huius libri scripsimus. Præ-

D. Martinus noluit hæreticos aliter quam excommunicatione puniri.

ADVERSUS ANABAPT.

terea causa Priscilliani, propter quam capitali supplicio affectus est, etsi aliquo modo cum religione eius coniuncta fuit, tamen potius facinus aut aliqui crimen capitale fuit: quemadmodum nunc quoque in puniendis hereticis, tot accedunt externae causae, ut nō in uniuersum religionis causa estimari aut iudicari possit.

Pœnitentia  
erronei ho-  
minis expe-  
ctanda est.

10. Perniciosum est animæ hominis erronei si occidatur antequam pœnitentiam suorum peccatorū agat: ideoq; pœnitentia expectari debet, neque homo occidi, ne simul anima & corpore pereat. Sape etiam contingit aliquem in grauibus erroribus esse, qui tamen deinde eos reijcit, & ad sanam mentem redit. Sicuti D. Augustinus, qui aliquot annos in Manichæorum hæresi fuit, postea tamen conuersus, contra Manichæos scripsit. Responso. Si hoc argumentum ualeret, tum nulli latrones, prædones, seditiosi & facinorosi homines à magistratu interficiendi essent, sed uniuscuiusque pœnitentia & emendatio uitæ expectanda esset. Multi uero nollent pœnitere, tantum ut non supplicio afficerentur: atque ita unicuique liberum esset uiuere pro sua libidine absque ullo metu supplicij, quod aperte legibus & institutis dei aduersatur. Vbi uero spes est pœnitentiæ, & tales sunt personæ qualis D. Augustinus fuit, non existimamus seueriter agendum esse, neque etiam putamus omnes errores, & cunctos induratos, seductores, ac simplices homines æqualiter puniendos esse, sed in puniendo modus & æquitas seruanda est à iudice, de qua nunc scribemus.

De discrimine & moderatione à Christiano magistratu seruanda in supplicijs sumendis fidei causa: ac licere magistratui inobedientes multare & occidere. Cap. 9.



**Q**ua prudentia, diligētia, grauitate, sapientia, mode- Discriminis  
 ratione, iudices pœnā sibi à domino cōmissam exe- obseruato  
 qui & moderari debeant, alibi quoq; scripsimus, & modera-  
 ac docuimus bene seruandum esse discrimen personarum, tionē adhi-  
 criminum, & suppliciorum. Ingens enim discrimen est in bita punien-  
 personis eorum qui errant. Nonnulli enim Rabini sunt & dum esse.  
 principes atque authores falsæ doctrinæ, contumaces, arro- Personarū  
 gantes, confidentes, pertinaces, & admodum temerarij, hy- discrimen.  
 pocrite, & bene loquaces, ideoq; apti ad seducendum. Ac-  
 cedit huc grauitas uitæ, ita ut nihil nisi spiritum & sancti-  
 moniam spirare & gemere quoq; uideantur, & præterea  
 quoq; magnifica uerba & horrendas minas intonant, ita ut  
 uideantur plus quàm sancti apostoli nuper coelo delapsi. Ex  
 his aliqui etiāsi uerbo dei erroris conuincantur, pertinaciter  
 nihilominus in cōcepto errore perseuerant: in uno tantū ce-  
 dunt, quod magistratui promittunt, se fidē suam sibijsis ser-  
 uaturos esse, neminēq; docere, & ad fidē suā pertrahere uel-  
 le. Qui autē ita animati sunt et promissa seruant, institui au-  
 plus & temporis progressu lucriferi possunt, ita ut de illis  
 non sit desperandū. Aliqui uero nō tantū inuicta pertinacia  
 errorē conceptum retinent, sed eundem etiam spargunt, ac  
 postquā edocti & erroris conuicti sunt, nihilominus tamen  
 eundē tuentur, & se illū ubiq; aiunt cōfiteri uelle, & doce-  
 re ac prædicare, cōtemptis omnibus mandatis & interdi-  
 ctis. A deo enim sibi mandatū esse, ut hanc fidē annūntient,  
 & in mūdo plantent, tempestiue & intempestiue: itaque se  
 hoc facturos, & paratos esse corpus & uitā exponere pro  
 ea contra magistratus & omnes qui se illis opponant. Isti  
 tanquam certissima pestis ecclesie, religionis & reipubli-  
 cæ, in tempore omni diligētia adhibita coercendi sunt, ne  
 error eorum serpat ut gangrena, & plures pios homines  
 implicet, seducat & perdat.

## ADVERSVS ANABAPT.

Ex aduerso sunt nonnulli non rabini, doctores & sedu-  
 ctiores, sed homines simplices seducti ab his impostoribus,  
 qui potius errant ex stulto quodā zelo & imperitia quam  
 ex malitia. Hi passim sunt in ecclesijs ubi Euangelium Christi  
 non predicatur, quod tamen illi desiderant: quoniam uero  
 plurimum illis displicent falsa doctrina et uita turpitudine in  
 ministris, quærum Euangelium, & sepe hac occasione in  
 Anabaptistas incidunt, & quia Euangelij & Anabaptismi  
 discrimen ignorant, facilius seducuntur. Nam quia Anabapti-  
 stæ crassos errores in doctrina fidei, & turpia hominū fla-  
 gitia reprehendunt, admodū placent nouis his auditoribus.  
 Interea tamen Anabaptistæ perniciosam suam doctrinam  
 simul tradunt, laudant & ornant, atq; hac ratione imperiti  
 adhuc homines uenenum concipiunt, & Anabaptistæ fiunt  
 qui maluissent uerè Euangelici fieri. His proculdubio misere-  
 ricordia exhibenda est, neq; duriter & festinate cum illis  
 agendum. Quinetiam ardentè deus pro illis est orandus,  
 ac ipsi diligenter & fideliter instituendi, ut uerā fidem in-  
 telligant, & Anabaptisticum errorem clare agnoscant.  
 Quod si doceri se patiuntur, uenia est illis danda: & si non  
 statim se patiuntur doceri, nihilominus ex charitate cum il-  
 lis agendum est, si forte lucrifieri possint. Similiter nonnulli  
 simplices propter Euangelicorū concionatorū quos audiunt  
 ineptias in doctrina & uita, fastidium illorum concipiunt,  
 in Anabaptistis autem grauitatem uitæ (hypocrisim eorum  
 & graues ac perniciosos errores ignorantes) cernunt, ac  
 imaginantur sibi nihil nisi sanctimoniam & felicitatē esse  
 in Anabaptistica ecclesia, et hac ratione ad illam deficiunt:  
 cum his quoq; non est festinandū, & duriter agendū. Aliqui  
 etiam reuera non sunt Anabaptistæ, sed quia illis uehementè  
 displicet hominum libido & leuitas, ideoq; uitia atque  
 flagitia grauiter accusant, hanc ob causam à petulantibus  
 hominibus

hominibus Anabaptistæ nominantur & uituperantur: qui iure non sunt molestia aliqua afficiendi. Hæc autem de perfonarum discrimine dicta sint.

Ingens deinde discrimen est falsarum opinionum & doctrinarum, aliæ enim alijs grauiores sunt. Aliquæ plane impie, blasphemæ & turpes sunt, ne nominandæ quidem nedum ferendæ: cuiusmodi sunt illa dogmata, quæ similiter deum diuinâq; maiestatem, sanctam trinitatem, diuinam et humanam naturam, & redemptionem domini nostri Iesu Christi impugnant. Eodem modo nonnulla dogmata ad dissidium & interitum ecclesiæ spectant, item ad seditiones & euersionem bene constitutarum rerum publicarum, nisi in tempore illis occurratur. Cum his serio & grauius est agendum: ante omnia uero euidentibus & apertis testimonijs scripturarum ostendendum est, errores hos, quemadmodum accusantur, ita etiam reuera esse blasphemos, non ferendos, perniciosos ecclesiæ, & reipublicæ intolerabiles, qui ad seditionem spectent. Quod si hæc diuinis scripturis demonstrata fuerint, & impostores ac seductores erroris conuicti, tum blasphemii illi, uastatores ecclesiæ & rerum publicarum grauius ter pro rei qualitate puniendi sunt. Nonnulli autem errores non sunt blasphemii, neq; ecclesiam & respublicas bene constitutas dissipant, neq; pacem atq; tranquillitatem publicam euertunt: hi leuius, non statim capite, puniri possunt, sic tamen ut semper diligens institutio accedat: nihil enim ui à magistratu Christiano agendum est, nisi præcesserit uera & solida institutio. Hæc de errorum & cōtrariarum opinionum discrimine dicta sint.

Postremo loco ex his quæ dicta sunt, sequitur ingens oportere discrimen esse suppliciorum. Nam blasphemii, qui ecclesiam dissipant, qui respublicas euertunt, interim hæc non agnoscunt, nec ut reuera sunt, pro malis habent, sed pertina

Discrimen  
falsarū do-  
ctrinarum.

Discrimen  
suppliciorū



ADVERSVS ANABAPT.

citer errorem tueri conantur, neq; cessant contendere, erro-  
rem spargere, ac ubiq; apud omnes plantare, tales corpore  
et uita multari possunt. Non autem ideo sequitur unumquē-  
que qui errat, capitali supplicio esse afficiendum. Leues er-  
rores leuiter castigandi sunt. Quae uerbis & minis emenda-  
ri possunt, non opus habent grauiore poena. Modus in omni-  
bus rebus seruandus est. Praeterea multis pecuniarijs & car-  
ceribus magistratus uti potest, atq; captiuos in carcere deti-  
nere seductores & seductos, quousq; tractabiliores fiant, &  
secum amice agi patiantur, uel eos custodire, ne scabie sua  
quenquam inficiant, & homines quietos turbent. Verum ta-  
men pietas, & equitas, & sapientia, facile docebunt aequos iu-  
dices ex circumstantijs dijudicare, quomodo temerarij &  
confidentes impostores, quomodo item seducti homines tra-  
ctandi & puniendi sint. Viri enim boni omnia ad gloriam  
dei, ad conseruationem & edificationem ecclesiae, ad anima-  
rum salutem, ad pacem & tranquillitatem bonorum homi-  
num conseruandam facient.

Nō doceri  
crudelitate

Ex hac tractatione facile apparet, nos doctrina hac de  
supplicijs, nullius innocentis sanguinem sitire, sed ea docere  
quae deo accepta, ex uerbo ipsius desumpta, iustitiae & equi-  
tati cōgruunt, & ecclesiae Christi utilia atq; necessaria sunt.  
Iniuriam uero nobis illi faciunt, qui aiunt nos hac ratione dū  
supplicia tuemur, gladium illis porrigere, qui alioqui homi-  
nes persequantur & occidant, nunc autē eo magis seuiant.  
Non enim quia isti gladio abutuntur, dicere possumus gladio  
omnino non esse utendum. Vno multi abutuntur, certissimo  
ipsorum & aliorum hominum exitio, num uero ideo peni-  
tus à uino abstinendum est? Nullo modo persecutionem eos-  
rum approbamus, qui Euangelium, res bonas, & homines  
innocentes persequuntur. Imò dicimus iniustum & graue  
peccatum esse, quod ultionem è caelo postulet, si magistratus  
fident

fidem non infidelitatem, ueritatem non mendacium, innocentiam non malitiam, bonum non malum, iustitiam non autem iniustitiam persequitur. Imò hortamur eos ut respiciant dei gratiam & misericordiam, ac iustum Christi domini iudicium, qui breui uenturus sit ad iudicandum uiuos et mortuos, ac non tanta uehementia Euangelicam ueritatem persequatur, neq; pios & Euangelicos uiros, qui non sunt Anabaptiste, captos sub nomine Anabaptistarum, quasi Anabaptiste essent, occidant. Si fures afficiuntur supplicio, non puniuntur latronum titulo, sed quiuis punitur eius criminis titulo & nomine quod ipse de se confessus est. Quare deum metuite, parcite innocenti sanguini, quandoquidem uos quoq; apparebitis breui coram tribunali Christi, ut omnium eorum rationem reddatis, quæ pro magistratus officio dei nomine iudicastis.

Verum quoniã locus postulat, solidis ac firmis argumentis diuinarum scripturarum probabo, Christianum magistratum posse religionis nomine blasphemos & perniciosos in fide seductores, multare & occidere.

1. Manichæi, Donatistæ et ueteres hæretici, eius opinionis fuerunt, debere omnibus hæreticis ipsorum religionem inultam & impunitam esse. Sed hos D. Augustinus ex sacris literis refutauit, atq; ostendit magistratui iure licere punire falsam religionem.

2. Magistratus à deo institutus est, & in hunc finem gladium à deo accepit, ut publicam pacem, tranquillitatem & felicitatem promoueat & tueatur, & omnes eos puniat qui pacem, iustitiam & tranquillitatem turbant & euertunt. Cum igitur hæretici & falsi doctores atq; seductores publicam pacem, iustitiam & tranquillitatem turbent & euertant, à magistratu opibus, honoribus, corpore & uita p. minimum ratione multari possunt.

Magistratum Christianum posse in religionis causa punire & occidere.

ADVERSUS ANABAPT.

3. Magistratus ciuiliſ à deo poteſtatem accepit gladio feriendi blaſphemos, ſeditioſos, latrones, homicidas, magos, ſagas, adulteros & alios facinoroſos homines: quamobrem etiam poteſtatem à deo habet, ut in cauſa religionis manifeſtos, conuictos & impœnitentes ſeductores, ſeditioſos, et blaſphemos gladio feriat. Seductores nanq; ſeu hæretici, deo & ſanæ doctrinæ conuiciantur, homines à ueritate ad mendacia auocant, animas & corpora perdunt. His plerunq; coniuuncta ſunt, ſeditiones, diſſipatio concordiæ & bonorum morum, euerſio rerum publicarum, ingentes turbæ, et omnium rerum confuſio.

4. Deus ſuo populo legibus apertis & claris præſcripſit quid cū hæreticis agendū ſit: hoc eſt, cū illis qui diſſidia excitant in populo, & eū abducunt à doctrina diuinitus accepta, quæ ad unum deū homines ducit. Hos autem interficere iubet: & extant hac de re apertæ leges Deut. 13. & 17. & 18. cap. Neq; uero cogitari poteſt deum quicquam iniuſtum aut quod ſibi improbetur præcepſiſſe. Præterea etiam in lege blaſphemum, & alterum qui ex contemptu & impietate ſabathum uiolarat, uita multari iuſſit. Adhæc omnes norūt quid in huiusmodi cauſis fecerint pij magiſtratus, reges, ſacerdotes & prophete. Veluti quomodo reformauerunt pij reges Aſa & Iofias: quid Athaliæ fecerit Ioiadaſ pōtifex: quid ſacerdotibus Baalis Heliaſ ppheta: quomodo Helifeuſ regem Iehu unxerit, & is deinde regem Ioramum, Ieſabelem & uniuerſam Achabi familiam, omneſq; Baalitaſ dei mandato deleuerit, & quàm id factum deo acceptum fuerit. Superius quoq; abunde ſatis docuimus quatenus lex abrogata ſit: quod ſcilicet ea quæ ad fidem & charitatem pertinent, non ſint ſublata, inter quæ etiam ſupplicia referri debent: imò legem datam eſſe ad puniendos contumaces, blaſphemos & facinoroſos homines: ac ueteres ſanctos, qui magiſtratum

Leuit. 24.  
Num. 15.

2. Reg. 15.  
2. Chro. 25.  
4. Reg. 23.  
2. Chron.  
54. 23.  
2. Re. 18. 29



Magistratum gesserunt & principes fuerunt, eūdem nobiscum populum in eadem ecclesia esse.

5. Non autem solum magistratus & principes populi dei, sed potentissimi reges & monarchæ Gentium donati à deo luce religionis, grauissima de religione edicta ediderūt. Nāq; Nabuchodonosor, ut Danielis 3. cap. refertur, legem euulgauit, in qua his uerbis utitur: A me ergo positū est hoc decretum, ut omnis populus, tribus & lingua, quæcunq; locuta fuerit blasphemiam contra deum Sidrach, Misach, & Abednago, interficiatur, & domus eius uastetur. Septimo itē capite Esdræ, in edicto magni regis Artaxerxis, hæc uerba leguntur: Et omnis qui non fecerit legem dei & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, uel certe in carcerem, &c.

Principes  
Gentiles à  
deo illustra  
ti, punierūt  
in causa reli  
gionis.

6. Præterea apostoli homines contumaces in ecclesia et rebelles fidei punierunt, & corpore ac uita multarunt, sicut supra ostendimus. Petrus enim, quod omnes norunt, Ananiam & Saphiram interfecit, & Paulus Elymam excæcauit. Neque hoc nostro instituto aduersatur, quod aduersarij dicunt, hæc non esse facta à magistratu, sed ab apostolis. Nam si peculiari dei mandato apostoli hoc facere potuerunt, qui tamen longe aliam uocationem habebant: quanto magis id facere poterunt magistratus, qui publicam uocationem à deo habent ut gladio puniant? Sed apostoli (aiunt illi) nō usi sunt gladio, sed uerbo. Occidere per se idem est, quocunq; tandem modo aliquis occidatur, uerbis an uerberibus, an potione, aut quomodo tandem id fiat. Ananias certe & Saphira occisi sunt. Sed apostoli peculiarem in hoc facto reuelationem habuerunt? At magistratus publicum uniuersale & scriptum mandatum à deo accepit, ut homines facinorosos gladio puniat. Sed apostoli hos non punierunt religionis causa? Imò

Apostoli in  
ecclesia oc  
ciderunt, et  
aliquos,  
quod se uer  
bo dei op  
posuerunt,  
multarunt.

ADVERSUS ANABAPT.

Ananie & Saphiræ causam mere ecclesiasticam fuisse, Acta apostolorum testantur: & Paulus Elymam puniens, ait: O plene omni dolo & omni maleficio, fili diaboli hostis omnis iustitiæ, non desines pervertere vias domini rectas? Quis non uideat hunc seductorem ideo punitum esse, quod plenus dolo et iniustitia, non desinebat pervertere vias domini. Si quæras cum legitimus magistratus Sergius Paulus Proconsul adesset, ad quem hæc pertinebant, quare non potius Paulus adhortatus est Proconsulem ut ex magistratus officio Elymam puniret? Ad hoc respondemus. Plus in eo fuisse authoritatis quod Paulus ipse hoc fecit, quam si Proconsulem id facere iussisset. Etenim hoc modo Proconsul uidebat omnia quæ Paulus contra Elymam faciebat, singulari uirtute dei, non hominis mandato fieri: itaque hinc colligere poterat, deum uelle blasphemos, seductores, contumaces, & dissidiorum authores in religione puniri & coerceri. Verum quid multis uerbis & longa disputatione opus est, an non magistratus à deo constituti sunt pastores populi dei? Omnes scripturæ testantur ipsos esse pastores populorum. Quæro igitur, an pro bonis pastoribus haberi debeant, qui cum lupos uident gregem lacerare, & eos arcere possent, id non faciunt? Quare expendant quæso, hi qui magistratui gladium contra hereticos extorquere conantur, quo magistratum adigant. Caueant etiam omnes qui magistratum gerunt, ne si bi persuaderi patientur, ut lupos sinant in gregem Christi grassari, & hac ratione iudicium dei in se prouocent.

Imperatores Christiani, Constantinus, Gratianus, Valentinianus, Theodosius, Arcadius, Honorius, Valentinus & Marcianus, & alij plures, grauibus edictis prohibuerunt omnia impia dogmata & facta contraria uerbo dei. Velut quod præfectis, proconsulibus, præsidibus & omnibus in toto imperio magistratibus mandarunt, ut idololatriam prohibeant,

habeant, claudant templa idolorum, neq; quenquam in illis  
 sacra facere permittant: ut omnes heretici, nempe Mani-  
 chæi, Donatistæ, Arriani, Apollinaristæ, Eutychiani cū ipso  
 rum doctrina non ferantur, ut illis auferantur ecclesiæ, neq;  
 conuenire permittantur, ut comburantur eorum libri, ut illi  
 qui eos fouent ac hospitio excipiunt, grauiter puniantur, ac  
 ipsi concumaces & heretici multentur honoribus, opibus,  
 corpore & uita, exilio & alijs rationibus, ut malū tollatur.  
 Qui leges has cognoscere cupit, legat Cod. lib. 1. tit. 5. de hæ-  
 ret. de Manich. & Samar. item tit. 11. Sac. pag. Quinetiani  
 D. Augustinus 11. Tractatu in Ioannem docet, sua etate pios  
 Imperatores Donatistas ueteres illos Anabaptistas uita mul-  
 tasse, et inter alia ait: Si ergo Nabuchodonosor rex, gloriam  
 dedit deo, quia liberauit de igne tres pueros, quomodo Chri-  
 stiani reges non moueantur, qui seipsos liberatos de gehenna  
 per Christum norunt, ut gloriam Christi augeant & tuean-  
 tur? Et paulo post contra Donatistas loquens, ait: Aduersa-  
 rij nostri talia facere uolunt, & saltem talia pati nolunt. Nā  
 uidete qualia faciūt, & qualia patiuntur. Occidunt animas,  
 affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & tem-  
 porales se perpeti conqueruntur. Quoniam uero satis nunc  
 uigesimum Anabaptistarum dogma confutauimus, et proba-  
 uimus atque confirmauimus nostram doctrinam, iam dein-  
 ceps ad 21. dogma accedemus.

Licere Christiano magistratui bella gerere ad  
 defendendos suos subditos: ac Christianos magi-  
 stratui subiectos, debere magistratui in bellis ob-  
 temperare & illi suppetias ferre. Cap. 10.

**Q**uemadmodū in alijs dogmatibus de magistratu, ita Christianis  
 etiam hoc 21. dogmate spoliunt Anabaptistæ magi-  
 stratum gladio, & uiros bonos legitima defensio-  
 ne. non licere  
 bella gere-  
 re.



ADVERSVS ANABAPT.

ne à deo illis concessa & ordinata. Aiunt enim Christianos non defendere seipfos, ideoq; non belligerari, neque in ea re magistratui obtemperare. Itaque due sunt partes huius dogmatis. Prior, Christianos non belligerari neq; se defendere: Altera, si magistratus eorum operam in bello requirat, non obtemperandū esse, atq; omnino non belligerandum. Primā partē ex lege dei pbāc, Ne occidito, itē uerbis Christi, Ne resistatis malo: & si quis te percusserit in dextram tuā maxillam, obuerte illi & alteram: præterea Petri exemplo, qui cum in horto districto gladio pugnare uellet, iussus est à domino gladium recondere. Quoniam uero ad hæc loca scripturarum, supra respondimus, ea responsione contenti nunc erimus: & dicimus, omnia hæc testimonia non confirmare id quod per ipsa Anabaptistæ probare uolunt. Adducunt præterea Esaiæ prophetiam de ecclesia, in qua gladij uertendi sint in uomeres, & lanceæ in falces: non enim posthac populum unum contra alterum arma sumpturum, neq; fore ut posthac belligerari discant. Lupos habitaturos cum agnis, & puerum unā in pascua abacturum uitulos & leonum castulos, uaccas & ursos in eisdem pascuis fore. Adiungunt deinde huic uaticinio, quæcunque passim in nouo Testamento de charitate & concordia scribuntur. His autem nos sic respondemus: Primum, omnes Christianos inter se mutuo amice, unanimiter & pacifice uiuere, ideoq; contra neminem gladium distringere, nemini iniuriam facere, aut bellum inferre. Qui etiam olim immanitate & crudelitate leones ac ursi fuerunt, Christiana fide recepta, benigni, humani & faciles sunt. Qui ante susceptam fidem nunquam inter se cōsentiebant, in communionem ecclesiæ optime conueniunt, ac omnes alteri faciunt quod sibi uellent fieri. Hæc omnia impleta esse uidemus, & quotidie adhuc in ecclesia Christi inter fideles impleri. Quoniam uero non omnes sunt fideles

De magna  
& uniuersa  
si pace ec-  
clesiæ Chri-  
stianæ ex 2.  
& 11. cap.  
Esaiæ.

et tam amice et beneuole inter se mutuo affecti sunt, sed magna hominum multitudo omni charitate et prudentia caret, atque ex mera libidine et temeraria ui bonos ac innocentes opprimit, et iniuria afficit, et interficit, ideo magistratus à deo institutus est ad defensionem honorum uiuorum, qui deo in pace et tranquillitate seruire desiderant. Atque hæc in eandem sententiam D. Paulus docuit, dicens: Nemini malum pro malo uicissim reddentes. Procurantes honesta coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus in pace uiuentes: (obseruandum autem est quod ait, si fieri potest, et quantum in uobis est) non uosmetipsos ulciscentes dilecti, &c. Rom. 12. Quoniam ultio dei est, cui eam committere oportet: deus autem eam magistratui cum gladio demandauit: itaque magistratus officium est, ut iniuria affectos tueatur, id quod Paulus statim post hæc uerba 13. capite clarissime docet.

Nihil autem hoc loco dicam de non necessaria et merce naria militia, in quam multi se precipitant, non necessitate aliqua, aut ex obedientia, sed ex mera libidine. Neque etiam exponam causas, propter quas Christiano magistratui bellum gerere liceat, aut non liceat: quam item periculosum sit bella gerere, etiam cum iusta causa est, quandoquidem etiam illi sepe numero uicti fuerunt: item quod iuxta uulgare pro uerbum, mala pax etiam bono iustoque bello anteponenda sit. De his enim rebus omnibus, et alibi et ab alijs etiam multa conscripta sunt. Itaque hoc loco tantum breuissime probabo magistratum Christianum (in summa necessitate cum non aliud auxilium restat, et cedere suo iure atque ignoscere nihil prodest, cum nihil iurat ius et æquitas, sed mali homines ui et libidine populum perdere conantur) debere ex officio pro uiribus innocentes homines bello et necessarijs armis tueri: neque deum hac re offendi, quandoquidem non

## ADVERSVS ANABAPT.

tantum concessit, sed iussit magistratum hoc facere.

Christianū  
magistratū  
posse & de-  
bere belli-  
gerari.

1. Cum magistratui potestas à deo data sit (sicut supra probauimus) ut gladio coerceat latrones, seditiosos & perniciosos homines, siue pauci siue plures fuerint, quare non etiam posset iure gladij illis obsistere qui milites quidem nominantur, illos autem quibus bellum inferunt, non patiantur iure agere, ideoq; nihil aliud sunt quam cohors quaedam quæ aperta & manifesta ui, contra ius & æquum, innocentes homines aggredi conatur? Tales autem homines ex aduerso ui repellere & superare, aut seditiosos ac uiolentos gladio in iudicio punire, reuera idem est.

2. Præterea cum deus iusserit magistratum tueri subditorum bona & facultates atq; patrimonium, quæ res minoris momenti sunt, quis non animaduertat magistratus officium esse multo magis tueri maiora bona, religionem, libertatem, uitam, honorem, & ipsam patriam ac homines & quæcumq; ipsorum sunt: quæ quidem omnia iniusto bello diripiuntur & funditus dissipantur?

Abrahamus bellum  
gessit.

3. Ideoq; semper pij magistratus, reges & principes, aduersus iniustam uim bella gesserunt, & innocentes homines gladio & contraria ui tutati sunt. Abrahamus pater noster, q̄ etiã nostræ fidei pater nominatur, instructo exercitu quatuor orientales reges aggressus est, & eosdē auxiliare deo, uicit, ac Lothum fratruelē suum unã cum alijs captiuis liberauit. Cum igitur Abrahamus bellū gesserit, non est dicendū Christianis non licere belligerari: quoniã Abrahamus, ut supra ostendimus, Christianus fuit. Ad eò autē deus à iustis bellis non abhorret, ut etiã ipse leges bellicas suo populo dederit Deut. 20. Et nunc etiam per seruos suos magistratus, operatur, per quos suos defendit et tuctur. Quin & ob hanc causam scripturæ bella domini esse aiunt, ac ipsum confirmare brachiū preliantiū, docere manus eorum ad bellū, dare et auferre



ferre corda, & uictoriam ac salutem omnemq; fortunã belli esse ex caelis. Moses ppheta & dux populi dei, ac Iosue eius dem populi princeps à deo constitutus, grauia bella gesserunt aduersus Amorræos, & Chananeos & deus per ipsos populo suo salutem dedit, hostes uero suos punijt. Multi quoq; in Israele præclari iudices fuerunt, qui contra hostes dei & populi ipsius fortiter pugnarunt, & oppressos liberarunt, & pacẽ atq; tranquillitatẽ eis restituerunt. Quin & summi pphetae Samuel & Heliseus curã belli habuerunt. Bella uero fidelium & clarissimorum regum Dauidis, Ase, Iosaphati, Ezechia, & aliorum, item Ionathæ & Iudæ Machabei nobilissima sunt per uniuersum orbem, & sacrae literæ ipsorum operam & laborem commendant & celebrant. Pugnarunt autem ac bella gesserunt pro patria, pro uera religione, pro pijs hominibus iniuste oppressis, pro uiduis & pupillis, aduersus impiam, temerariam & iniustam uim. Hæc autem eorum opera scripturæ non nominant opera carnis, quemadmodum hodie Anabaptistæ facere solent, sed opera fidei: uerũ hac ipsa de re audiamus testimonium D. Pauli, qui ad Hebr. cap. undecimo ita scribit: Et quid prætere a loquor? deficiet enim me tempus, commemor autem de Gedeone, de Barac & de Sampson, & Iephte, necnon Dauid & Samuele ac prophetis: qui per fidem (haud dubie ueram, de hac enim Paulus hoc capite loquitur) expugnauerunt regna, exercuerunt iustitiam, affecuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, exercitus exterorum in fugam uerterunt. Ex his autem uerbis Pauli facile etiam hoc apparet, in nouo Testamento, sicut superius quarto libro monuimus, bene ac idonee nos uti posse exemplis ueterum sanctorum: neq; Paulum in Anabaptistarũ opinione fuisse, defensionẽ, qua uis ui repellitur, tolli cru-

Moses et Iosue belligerarunt.

Iudices Israelitici populi belligerarunt.

Reges & prophetae belligerarunt.

Belligerari opus esse a dei.

ADVERSUS ANABAPT.

ce Christi, cum ex Davidis historia notum sit, quomodo crux  
& defensio simul coniungantur, & idem quotidiana expe-  
rientia doceat.

Quid sentis  
endū sit de  
bellis uete-  
ris Testa-  
menti.

4. D. Augustinus testimonia aliquot scripturarum con-  
gessit, quibus contra Manichæos pbat, belligerari nō esse ne-  
fas, itaq; eius uerba adscripsi ex 22. cap. lib. contra Faustum  
Manichæum ca. 74. Nec bella per Mosem gesta miretur aut  
horreat, quia & in illis diuina secutus imperia, non se uicis,  
sed obediens fuit: nec deus cum iubebat ista, se uiebat, sed di-  
gna dignis retribuebat. Quid enī culpatur in bello? An quia  
moriuntur quandoq; morituri, ut dominantur in pace uicti-  
ri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum: no-  
cendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus atq; impla-  
cabilis animus, feritas rebellandi, libido dominādi, & si qua  
similia, hæc sunt quæ iure in bellis culpantur, quæ plerunq;  
ita culpantur, ut etiam iure puniantur. Aduersus uolentiam  
resistentium, siue deo, siue aliquo legitimo imperio iubente,  
gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eorum  
humanarum ordine inueniuntur, ubi eos uel iubere tale a-  
liquid, uel in talibus obedire iuste ordo ipse constringit.  
Alioquin Ioannes cum ad eum baptizandi milites ueni-  
rent, dicentes: Et nos quid faciemus? responderet eis, Ar-  
ma abijcite, militiam istam deserite, neminem percutite, uel  
necate, prosternite neminem. Sed quia sciebat, eos cum hæc  
militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis,  
& non ultores iniuriarum suarum, sed salutis publicæ de-  
fensores, respondit eis, Neminem concusseritis, nulli calum-  
niam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. Sed quia  
Manichæi Ioannem aperte blasphemare consueuerunt, i-  
psam dominum Iesum Christum audiant, hoc stipendium iu-  
bentem reddi Cæsari, quod Ioannes dicit debere sufficere mi-  
liti. Reddite, inquit, Cæsari quæ sunt Cæsaris, & deo quæ  
dei

dei sunt. Ad hoc enim tributa præstantur, ut propter bella necessario militi stipendium præbeat. Merito & illius centurionis dicentis, Et ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites, & dico huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit: fidem laudauit, non illius militiæ desertionem imperauit. Hæc Augustinus. Qui plura desiderat legat eiusdem libri 75. & septuagesimum sextum caput.

5. Si deus omnia bella adeò improbaret, ut Christianis magistratuum defensione uti non liceret, tum Paulus defensione Romanorum militum non esset usus, multo minus bellicam hanc defensionem à Tribuno petiisset: sed Acta apostolorum docent, Paulum statim cognita cõiuratione, quæ contra ipsum facta erat, rem Tribuno renuntiasse, qui confestim eum equo impositum, additis 70. equitibus & 400. peditibus armatis & instructis, noctu Hierosolymis Antipatrida, & inde ad præsidem misit: quibus omnibus Paulus ut singulari dei beneficio, cum gratiarum actione usus est. Itaque non tantum licet Christianis uti magistratuum defensione, sed magistratus quoque Christiani exemplo Romanorum infidelium, qui adeò fortiter Paulum tutati sunt, monentur, ut eodem modo infantes tueantur, quandoquidem illi hoc facto magnam coram deo & hominibus laudem meruerunt.

Paulus militum defensione usus est.

6. Bella gessisse Christianos & militasse antiquis temporibus (cum fides longe ardentior esset quàm nunc sit) etiam in causis religionis, docet Eusebius libro nono, capite octauo ecclesiasticæ historiæ. Etenim Armenij (qui antea Romanis amici, & sæpe in bello utiles fuerant) cum eos Maximinus Cæsar cogere uellet, ut Christianam fidem, quam uniuersa gens magna religione colebat, in idololatriam mutarent, & demonia loco dei colerent, ex amicis hostes facti sunt, &

Veteres Christianos belligerasse Anno domini 240.



ADVERSUS ANABAPT.

se ad bellum contra ipsum pararunt, ac sponte suscepto bello strenue & fortiter ipsum aggressi sunt, &c. Factum hoc ueterum Christianorum longe uehementius est, quam id quod nos pijs principibus militamus, aut eorum defensione utimur. Possent etiam alia eiusdem generis exempla afferre piorum principum, Constantini, Theodosij, & aliorum ex Paulo Orosio, & Augustino libro quinto de Ciuitate dei, sed his contentus ero, spero enim argumenta ante adducta si delibus sufficere.

Anabapti-  
stas docere  
publice per  
niciosa ino-  
bedientiam

Altera pars 21. dogmatis de bellis, perniciofa est ac sedi-  
tiosa & reipublica intolerabilis. Docent enim Anabapti-  
ste, subditos non debere obsequi magistratui, cum in bellis,  
hoc est, in summa necessitate, opera & auxilio eorum uti  
uolunt. Quare hac una in re, si in ceteris id uidere nolunt,  
principes & omnes magistratus animaduertant, quam illis  
non sit ferendus Anabaptismus. Nam cum summa necessitas  
urget, & magistratus id exequi uolunt quod precipuum est  
in ipsorum munere, ut bene instructi ui necessaria hostem  
repellant, et homines ipsis à deo commissos, senes, adolescen-  
tes, mulieres, infantes, & famam, corpora & fortunas au-  
xilium populi tueantur: & ideo etiam totius populi salus, ho-  
nor, corpora, fortune, libertas & domus atque patria in  
summo discrimine uersatur: tum uero pestilens perniciofa,  
& intolerabilis Anabaptistarum secta maiorem populi par-  
tem militiae idoneam infecit, neque leue auxilium & adiu-  
mentum hosti parauit, eo quod multis persuasit Christianis  
non licere ut se defendant ac bella gerant: imò si magistra-  
tus iubeat ut se aduersus hostem iuuenus, non esse obtemperan-  
dum, hanc enim inobedientiam deo placere. Hac autem ratione  
pij principes produntur, atque cum se satis instructos esse ar-  
bitrantur, magnam hominum partem Anabaptismus abri-  
puit.

puit Quinetiam exercitus ex hoc peruerso, corrupto et m-  
 ticuloso populo conscriptus, animo caret, neque quicquam  
 laude dignum cum eo effici potest, sed tantū ignominia &  
 dedecus conciliatur.

Atque hæc Anabaptistica doctrina, quæ in bello non obe-  
 dire docet, non tantum est contra rempublicam & iusiu-  
 randum datum, sed cum ipsa natura, charitate, fide, æqui-  
 tate et humanitate pugnat. An non enim magistratus innocē-  
 tem sanguinem ab hostium incurfione tueri debet? Num  
 omnia gladio & incendijs uastari patientur? Num specta-  
 bunt senes & honestos uiros contumelijs et iniuria affici, æ-  
 gros homines & integra nosodochia euerti, ecclesias &  
 scholis destrui, infantes occidi, uirgines & matronas ab  
 impuris nebulonibus stuprari, decus & honestatem omnem,  
 pacem & felicitatem, religionem, œconomiam & poli-  
 tiam subuerti & pessundari? Certe qui in tali rerum statu  
 auxilium ferre deberet, neque id facit, sed tantum otiose  
 spectat, aut fugit, neque ad mortem usque suppetias fert,  
 hic neque homo, neque Christianus est. Nonne enim lupis  
 & ursis irruentibus & lacerantibus mulieres ac infantes  
 obsistendum, & illi arcendi essent? Quo enim loco deus  
 defensionem prohibuit, & unumquenque pati iussit ut di-  
 laceretur? Dicite autem nobis, quid à lupis & ursis diffe-  
 rant milites illi, qui abiecta pietate, iustitia, æquitate & hu-  
 manitate, crudelitate summa & impudenti temeritate ho-  
 rum loco utantur? Neque enim frustra sacra literæ rapa-  
 cium animalium nominibus, homines rapaces & immanes  
 appellat. Quod si magistratus officium est, ut summis his  
 necessitatibus famam, opes, uitam & corpora discrimini  
 exponant, & subditos, deo auxiliante, tueantur: cur non  
 etiam ex aduerso subditorum officium esset, magistratum

Quam pers-  
 niciofa sit  
 inobedien-  
 tia in bello.

ADVERSUS ANABAPT.

fideliter opibus, corpore & uita iuuare? Hostem enim  
 magistratus absque contraria ui non potest repellere: so-  
 lus autem absque auxilio nihil efficere potest. Quare di-  
 uino iure illis obediendum est & iuuandi sunt. Hanc obe-  
 dientiam in ecclesijs nostris docemus, & uiros bonos  
 hortamur, ut in tali necessitate animam suam, ut Ioan-  
 nes inquit, hoc est uitam, animose pro fratribus expo-  
 nant. Docemus etiam à deo petendam sapientiam, cor &  
 uoluntatem, uires & robur, & eos iubemus seipos deo  
 offerre, ac sibi ante oculos ponere libertatem, religionem,  
 famam & honorem, uxores, liberos, fortunas, ut ita  
 cum magistratu animosi & consolatione pleni in ipsam  
 mortem pergant, siue uoluntate dei hæc ad uictoriam fa-  
 ciant, siue ad miseram cladem: hoc enim deo committendum  
 est, ac nos toti ab eius uoluntate pendere & illi acquiescere  
 debemus.

1. Ioan. 3.

Exempla  
 ueræ obedi-  
 entiae in bel-  
 lo.

Hoc autem modo testantur sacræ literæ populum Israe-  
 liticum, quotiescunque duces tuba illis expeditionem denun-  
 tiassent, animo magno & consolatione pleno armatum  
 conuenisse ad principes suos, & illis fidem atque obe-  
 dientiam ad mortem usque præstitisse, & hoc Paulus, ut  
 supra monui, fidei opus nominauit ad Hebræos capite unde-  
 cimo. Fidelis etiam & pius miles fuit centurio ille, Matthæi  
 8. & Cornelius Act. capite decimo. Quamuis autem nulli  
 alij Christiani milites nominatim commemorentur in Actis  
 apostolorum, multi tamen nihilominus initio ecclesiæ fue-  
 runt, qui Gentibus militabant, maluissent autem Christianis  
 magistratibus seruire. Nam ecclesiastica historia docet, Chri-  
 stianos et deo dilectos homines militasse in castris Rom. Qua-  
 de re consuli potest Euseb. lib. 5. cap. 5. ecclesiasticæ historie:  
 quo loco commemorat precibus Christianorum militū exerci-  
 tum



tum Romanum, qui in mortis periculo constitutus erat, mirabiliter seruatū esse, & hostes cœlitus fulminibus & tempestatibus, quemadmodum olim temporibus Iosue, uictos & prostratos esse. Iosue 7.

Quamobrem decet subditos, cum omnibus alijs in rebus que ad magistratum spectant, illi obtemperare, tum maxime in bellicis necessitatibus libenter & magno animo militare, & in reliquis bellicis rebus obedire. Ita etiā cohortes Christianorum militū in Romano exercitu obedientes fuerunt, nisi cum ad idololatriam cogebantur, aut ad Christianos & ueram fidem persequendam: in alijs rebus se neutiquam opposuerunt. Interea tamen Christiani in ecclesia indefinenter orent deum, ut eos à bellis & seditionibus seruet ac tueatur. Quantumcunq; enim felix sit belli exitus, multa tamen mala & nefanda in eo cōmittuntur, præsertim ab hominibus qui pietate carent, neq; magistratui in uniuersum obtemperant, & priuatum lucrum, non publicam utilitatem, spectant. Ideoq; ea que hæcenus de bello scripsi, non scripsi quod bellis delecter, sed ut indicarem pijs hominibus ad quid magistratui suo diuino iure obstricti sint, & quomodo se gerere debeant si bella exoriantur. Mouit autem me ut hæc dicerem perniciosa & intolerabilis doctrina Anabaptistarum, qui adeò aperte & impudenter subditos inobedientiam & perfidiam docent, & hac ratione cum totam rempublicam tum priuatim quàm plurimos homines ledunt. Spero autem nostram de hac causa doctrinam, ita explicatam & scripturis confirmatam esse, ut omnes cerant ipsam ueram & iustam esse, Anabaptistarum uero falsam & iniustam: ideoq; ne nunc quidem ullam iustam causam habere Anabaptistas quare à nostris ecclesijs secessionem faciant.

Quando miles  
lites nõ ob-  
temperant.

Pro pace  
ad deũ cons-  
tra bella o-  
randum est.

## A D V E R S V S A N A B A P T .

Christum iusiurandum non uetasse Matth. 5.  
sed peierationes & execrationes: item quid sit  
iusiurandum, quare detur, ac utile & necessarium  
esse: & Christianos posse absq; peccato iusiuran-  
dum iurare. Cap. 11.

Christianis  
non licere  
iusiurandū  
iurare.

22.

**I**nter Anabaptistarum dogmata, quæ Magistratui aduer-  
santur, restat adhuc 22. de iureiurando, de quo sic docent  
Anabaptistæ: Christianorum sermonem debere esse, etiam  
etiam, non non: ideoq; eos non iurare iusiurandum, ac pecca-  
atum esse si quis iusiurandum iuret. Ad confirmandam au-  
tem suam doctrinam his Christi uerbis utuntur: Audistis  
quod dictum fuerit antiquis, Non peierabis, sed reddes do-  
mino iuramenta tua. Ego uero dico uobis, ne iuretis omnino,  
neq; per cælum, quia thronus dei est: neq; per terram, quia  
scabellum est pedum eius: neq; per Hierosolyma, quia uerbs  
est magni regis. Neq; per caput tuum iurabis, quia non pos-  
tes unum capillum album aut nigrum facere. Estu autem ser-  
mo uester, etiam, etiam: non, non. Quod autem supra hæc  
redundat, à malo est. His Christi uerbis adiungunt ista Iaco-  
bi, Ante omnia fratres mei, ne iuretis neq; per cælum, neq;  
per terram, neq; aliud ullum iusiurandū. Sit autem uestrum  
est, est, & non, non: ut ne in hypocrisim aut in condemna-  
tionem incidatis. His autem duobus testimonijs continetur  
omne robur Anabaptisticæ doctrinæ de iuramento. Reliqua  
enim argumenta quibus utuntur, nullius momenti sunt, quæ  
facile à quouis solui possunt.

Iacobi 5.

Christum  
non uetare  
iusiurandū  
Matth. 5.

Duo uero hæc scripturarū loca negamus legitimum ius-  
iurandum uetare & peccati damnare. Iacobus enim repe-  
tit doctrinam quam à domino acceperat. Dominus uero, cuius  
ius uerba interpretanda sunt, ut hæc causa de iuramento il-  
lustretur, is ergo, sicuti supra quoq; monuimus, expresse tes-  
tatur, se non uenisse ut legē soluat, sed ut impleat. Quam  
obrem

obrem sequitur necessario, dominum cum legum quarundam mentionem facit, nolle eas abolere aut reprehendere, & aliquid contrarium antiquis legibus statuere. Tantummodo ea sustulit quæ Scribæ, Deuterotæ & Pharisei falsa interpretatione legi addiderant: & uerum ac ueterum legis sensum indicat. Martion blasphemus et perniciosus hæreticus, docuit doctrinam Filij repugnare doctrinæ Patris: Patrem præcepisse iusiurandum, Filium uetare. Manichæi quoque docuerunt omnino non licere iurare. Hi autem omnes ante aliquot sæcula à pijs, doctis & fidelibus ecclesiæ ministris scripturis conuicti sunt: nostri uero Anabaptistæ harum rerum ignari, non à bono aliquo spiritu excitati, eadem denuo in controuersiam uocant. Fieri autem non potest ut Filius contraria Patri doceat. Vnius enim eiusdemque sunt essentiæ, ac unum eundemque spiritum habet: quæ cum ita sint, uerba Christi Matth. 5. non sic intelligenda sunt quasi omne iuramentum uetent. In lege namque Leuitici 19. scribitur, Non peierabis per nomen meum, neque prophanabis nomen domini dei tui. Consentit autem hæc lex cum 3. præcepto decalogi, Non temere aut in uanum usurpabis nomen domini dei tui. Hanc legem Scribæ et Pharisei ita interpretabantur: docebāt

Matth. 23.

populū, si iurarent per nomen domini, & ea seruarent quæ ita iurassent, id satis esse: quod si aliqui per cælum aut terram, aut per alias creaturas iurent, non uiolari legem, neque peccari in deum. Dominus uero ex aduerso docet, Deum legem istam, Non peierabis per nomen meum, prohibuisse omnes peierationes, etiam illas quæ non expresse per nomen eius, sed per creaturas fiunt. Quia enim res illæ à deo creatæ sunt, & ipsius honori seruiunt, aliquo modo etiā per deum iuratur, cum per cælum aut terram iuratur. Cælum enim thronus dei est, & terra scabellum pedum eius, Hierosolyma ciuitas eius: neque etiā debere hominem per caput suum

Hæreticorum dogmata de iuramento.



ADVERSVS ANABAPT.

aut alia membra iurare, quandoquidem totus homo ita in dei potestate est, ut ne minimū quidem in corpore suo, hoc est pilum, suo arbitrio mutare possit. Deinde etiam docet dominus, quomodo in quotidiano sermone homines sese gerant: nempe, ut dediscant iurare, & se assuefaciant, ut etiam & non seruent: ac alios quoque sic assuefaciant, ut cum etiam dicunt, hi quibus cum agunt, id pro etiam habeant, & cum non dicunt, ut omnes non esse agnoscāt. Addit autem dominus, Quod autem supra hæc redundat, à malo est. Quis uis autem facile uidet hæc non ad iusiurandum & iudicia spectare.

Quomodo dominus iurare omnino prohibuerit.

Huic interpretationi Anabaptistæ nulla ratione contrarie dicere possunt, quandoquidem uerbis scripturæ congruit: in eo autem errant quod inter iurandum non distinguunt. Non enim omne iuramentum peccatum est. Neque enim omne iuramentum est eiusdem generis. Cum autem illi uociferantur, Dominus iurare omnino prohibuit, & quicquid supra etiam & non abundat, à malo est: respondemus, omnino iurare à domino prohibitum esse eo modo quo ipse interpretatur, neque per cælum, neque per terram. Quibus uerbis se declarat de quibus iuramentis loquatur, et non de iureiurando, cuius lōge diuersa ratio est. Quin etiam dicimus, omnia iuramenta quæ ab hominibus ex uitioso affectu fiunt, uitiosa & prohibita esse, & ita iurare dominus omnino prohibuit. Recte autem Anabaptistæ eos reprehendunt, & indeum peccare aiunt, qui ita iurant per deum, per passionem dei, per cælum & terram, per elementa & sacramenta, per diuos, Valentinum, Quirinum, &c. Ita enim iurare contrarium est deo & doctrinæ Christi, qui nos sic agere & loqui docet, ut etiam sit etiam, & non non, & nihil præterea iurare. Quod si his Anabaptistæ contenti essent, neque longius progredierentur, non possent in hac re culpari aut damnari.

Hoc

Hoc enim quod faciunt, uniuscuiusq; Christiani hominis officium est, ut alterum quem execrari, iurare et abuti nomine dei audit, arguat, & moneat, ut huiusmodi iuramenta omittat & fugiat. Certum enim est uulgo homines impijs his & diabolicis iuramentis grauius deum offendere, ac deum ad puniendum hoc scelus, bella, famem et alias poenas irrogare. Dolendum etiam est concionatores & magistratus sua potestate gladij adeo negligenter operam dare, ut prohibeantur huiusmodi iuramenta, quibus deus ac sancti, & insigniores creaturae, item sacramenta & instituta dei contumelia afficiuntur. Neq; enim tantum barbari milites, sed ciues & opifices, imò concionatores ipsi, matronae, uirgines, pueri & puellae iurant. Atq; execrabilis ac diabolicus mos & consuetudo iurandi adeo inualuit, ut multi non animaduertant se iurare. Nihil in deo, in Christo, & in sacramentis adeo singulare & occultum est, quod non cum contumelia proferatur. Iuuenes namq; & adulti per dei uir- tutem & potentiam, passionem, uulnera, crucem, & alia innumera iurant. Haec omnes absq; dolore & molestia audiunt, & haec adeo uulgo & turpiter fiunt, ut multi singulis uerbis iuramentum addant, quin ita haec immixta iam sunt quotidiano sermone, ut nihil bonum aut malum pronunciaripotest, nisi passionis aut crucis aut alio nomine addito. Obseruate quæso quis tandem status sit extremorum temporum, quod nullo unquam tempore adeo frequentes blasphemiae in deum fuerunt atq; nostra aetate. Vos quoque qui populi curam geritis, animum rei aduertite, ut tam horribilis prophanatio & scelus hoc coerceatur. Concionatores contra haec iuramenta & blasphemias concionentur, ostendant hominibus quam grauius peccent, & sibi diuinam ultionem absq; dubitatione ulla concilient. Magistratus uero dei nomine ad dei gloriam asserendam gladium distringant,

## ADVERSVS ANABAPT.

aduersus omnes blasphemos, & delinquentes moneant, castigent, puniant, edictis, uerbis, factis, & multis opum, honorum, corporis & uitæ. Si enim uos dei honorem neglexeritis, tum deus uicissim uos non defendet à contumelijs, neque uobis honorem & tranquillitatem largietur. Patres autem & matres familiã non patiantur liberos & familiam iurare & execrari, & imprimis caueant ne ipsi deum blasphement: ita autem deus inter nos habitabit.

Iuramentum discrimina.

Sed ut ad interpretationem uerborum Christi reuertamur, cum inquit omnino non iurandum esse, obseruandum est uarias esse iurandi formas: id quod inde cognosci potest, quod quibusdam scripturæ locis deus iurare iubet, in alijs autem iurare prohibet. Nam aliud est iuramentum publicum, quod in iudicijs usurpatur, & à magistratu exigitur. Veluti cum magistratus obedientiam requirit, & ad eam iuramento obstringit, tu uero obtemperas, & iuramentum præbentem præeunte uerbis magistratu. Aliud uero priuatum iuramentum est, cum non in iudicio neque coram magistratu, sed ex nobis ipsis sponte ex charitate & fide iuramus, in bonum proximi ut eum certum aliqua de re & quietum faciamus: ueluti cum David Ionathæ, & uicissim Ionathas Davidi iurauit: uel ex affectu et ira aut praua consuetudine iuramus, & nomine dei uane abutimur, non in bonum, sed potius in detrimentum proximi. Quæ primo commemorauimus iuramenta non sunt illicita, sed hæc postrema. Prima enim non pugnant cum charitate, sed cum ea sunt coniuncta: charitas autem interpretatur legem. Temeraria autem iuramenta & execrationes charitati & legi repugnant, & prohibentur à deo, cum inquit omnino, omnino inquam, non esse iurandum. Quamobrem etsi iusiurandum est iuramentum, distinguere tamen id ab alijs iuramentis & execrationibus oportet. Neque enim iureiurando alteri mali aliquid à deo optamus, sed

Iusiurandum ab alijs iuramentis distinguendum esse.



sed inuocamus deum & testē facimus. Alia uero iuramenta ex affectibus & nobis ipsis oriuntur, et contra deum fiunt. Iusurandum uero à magistratu datur, & in bonum proximi fit. Quare cum lex res bonas & utiles non prohibeat, neque Christus ea quæ ad politiam pertinent damnauerit, ac iusurandum in republica utile & necessarium sit, non est à Christo prohibitum, sed tantum alia iuramenta & execrationes.

Quo autem causa iurifurandi melius intelligatur, ac omnes intelligant Christianis licere iusurandum accipere, inò iurare iusurandum non esse peccatum, sed eos peccare qui nolunt à magistratu iusurandum accipere, uel acceptū non seruant, breuiter exponam quid de iureiurando sacræ literæ doceant. Iusurandum est legitima & concepta inuocatio dei, qua deū testem facimus, nos ea quæ ante cōmemorata sunt, & nos conceptis uerbis repetimus, ea inquā quæ à nobis dicenda uel facienda sunt, uere & fideliter facturos & dicturos. Hebræi testem nominant Ed, & testimonium Edah, & quoniam uero testimonium iureiurando confirmatur, fortè ab Hebræo nomine Ed nomen Germanicum Eid deductum est. Instituit uero deus ut iusurandum fiat conceptis uerbis, & externa cerimonia aut certo ritu adiuncto. Verba concepta quibus magistratus iuranti præit, hæc sunt, Firmiter & uerè hæc seruabo, his satisfaciam, fideliter & absq; dolo malo, ita me deus iuuet. Nititur autè hæc iuramenti forma, sacrarum literarum testimonijs: nam Ieremie 4. scribitur, Et iurabis, Viuit dominus, in ueritate, iudicio, & iustitia, ac populi benedicent tibi. Continentur autem his uerbis cōditiones ueræ legitimi iurifurandi. Primū enim duntaxat per deum iurandum est, & quidē per deum uiuentem, non per alios deos aut creaturas. Hoc autem in nostra formula seruamus, dicentes, Ita me deus iuuet. Iuran-

Quid sit  
iusurandi.

Forma iusurandi.

Conditio-  
nes iusurandi.

ADVERSUS ANABAPT.

dum uero esse duntaxat per dei nomen diserte testantur sacrae literae, Exodi 23. Iosue 23. Ierem. 5. Soph. 1. cap. Deinde iurandum est in ueritate, nempe, ut non corde dolum meditemur, sed corde & ore sincere iuremus, et ea quae iurauimus constanter fideliter & uere seruemus. Praeterea iurandum est in iudicio, id est, certo cum iudicio, praemeditate, prudenter, cum aequitas postulat, non leuiter. Postremo iurandum est in iustitia, nempe quae iusta sint, nihil iniustum contra deum & ipsius uerbum. In his autem omnibus non utendum est dolo malo, sed fideliter, honeste & sincere agendum.

Cerimonia iurandi.  
Gene. 14.

Cerimonia siue externus ritus adhibetur in iureiurando, quod manus tolluntur. Est autem hic ritus uetustissimus: nam Abrahamus quoque iurans, manus ad deum in caelum sustulit. Orantes etiam cum deo nos committimus, tollimus manus, in signum quod corda nostra ad deum spectent; quod illi dedamus, quod eius auxilium & subsidium petamus, quod nos quasi manu porrecta illi obstringamus, & confiteamur, eum dominum nostrum & deum esse, coram cuius oculis constituti simus, qui nos seruare aut perdere possit. Ac reuera iusiurandum non est execratio aut uulgare iuramentum, sed inuocatio dei, qua nos deo committimus, & eum testem facimus, ut unicum nostrum summumque bonum, a quo auxilium petimus, ut ea quae iureiurando a nobis exiguntur recte & bene exequi possimus. Ideoque cum iusiurandum datur, omnes consurgunt, capita nudant, & omnia magna grauitate fiunt.

Ad quid iusiurandum datum sit.

Concessit autem deus iusiurandum magistratui in auxilium, & omnibus hominibus in bonum: ac certum nominatumque finem habet iusiurandum, ut sit firmum uinculum quo homines inter se colligentur, & in obedientia contententur: item ut unumquemque extimulet ad officium obendum,

dam, & id præstandum quod iurauit: præterea ut iudices in causis grauibus cum nõ possunt certum aliquid inuenire, homines iureiurando ad cõfessionem ueri urgeant. Sic nanq; deus Exod. 22. iubet iusiurandũ illis dari, qui depositũ perdidērūt. Deus enim, cui omnia occulta nota sunt, qui est scrutator cordium, fidem & perfidiam rependit, ut merito in rebus dubijs & occultis ipse testis fiat. Quamobrem Paulus ad Hebræos 6. cap. ait, iusiurandum esse certitudinem in rebus dubijs, & omnis controuersie finem ad confirmationē: ideoq; deum quoque per seipsum iurasse, ne de promissione gratiæ & salutis hæredes promissionis dubitarent.

Quapropter ueteres non dederunt aut exegerunt iusiurandum nisi in grauibus causis. Duabus enim rebus iusiurandum uile & contemptum fit, cum in rebus leuibus quauis de causa, & cum leuibus hominibus datur. Quamobrem ueteres magna grauitate in hac re usi sunt, & discrimen seruauerunt, ac in testimonijs dicendis iusiurandum exegerunt. Nõ autem prohibuit deus testimonium dicere, sed falsum testimonium prohibuit: nec nomen dei usurpare, sed temere & inuanius usurpare uetauit. Deinde in iudicijs rerum amissarum, si quæ suspiciones essent, iusiurandũ exegerunt: sicut iam ex 22. cap. Exodi ostendi. Præterea subditos ad obedientiam, & magistratũ ad suum munus obeundũ iureiurando obstrinxerunt. Pij reges & principes, Asa, Iosias, Esdras et Nehemias unã cum populo sese iureiurando obstrinxerunt ad obediendum uerbo dei, & ueram religionem ac reformationem retinendam. Abrahamus iurauit suis confœderatis, & illi uicissim Abrahamo iurarunt. Propter has igitur causas & consimiles magistratus iusiurandum exigere potest à subditis, & illi uicissim magistratui iurare possunt.

Facile autẽ ex his intelligi potest, iusiurandum omnibus hominibus non modo utile, uerum etiã necessarium esse. Hac

Quibus de causis ueteres iusiurandum dederunt.

Iusiurandũ utile & necessarium esse.



ADVERSUS ANABAPT.

enim ratione ueritas uirtutū præstantissima in mundo conseruatur, quæ in tantum deo probatur, ut fidos & ueraces homines, qui fidem & iusiurandum seruant, semper magnis præmijs affecerit: contra autē infidos ac periuros & perfidos homines, ueluti Zedechiam regem Iuda & aliquot myriades Idæorum, grauissimis supplicijs puniit. Deinde deus ipse iureiurando glorificatur. Nā sicuti ille solus scrutator est cordiū, seruator & ultor, ac solus inuocari & coli uult, ita iubet ut tantū per ipsius nomen iuremus. Iureiurando in eadē religione cōtinemur. Iureiurando omnes qui aliquo munere funguntur, astringuntur ut officiū faciunt. Iureiurando pacta, cōtractus, promissa firmanur. Iureiurando sæpe lux alia qua offertur iudicibus, ut certius de rebus iudicare possint. Iureiurando cōtrouersia dirimuntur, et quies ciuibus restituitur. Hæc omnia simul Anabaptistæ tollunt, quando adeo pertinaciter urgent, iusiurandū non licere à quoquam exigere, aut cuiquā iurare: qua ex re prudentes facile conijciunt, quā intolerabilis sit Anabaptistarum secta. Sublato enim iureiurando è reipublica, nonne uinculum soluitur quo totum corpus reipublicæ & iusti imperij continetur?

Digest. lib.  
32. tit. 2.

Iusiurandū  
iurare, non  
esse peccatum.

Cum igitur hæc uera & solida sint, sequitur non esse peccatum iusiurandū exigere, aut illud iurare, ideoq; Christianis licere iusiurandum iurare. Ut autē hoc euidentius appareat, rationes aliquot nostræ doctrinæ exponam. 1. Iusiurandum est inuocatio & obtestatio summi boni: quoniam uero Christianis licet deum inuocare, et testē facere, licet etiā iurare. 2. Iusiurandū est inter præcipuas res quæ ad magistratum pertinent, quia autem scriptura iubet magistratum obtemperare, uult etiā ut iusiurandū, si exigat, præstemus. 3. Ea quæ deus ipse facit & iubet non sunt peccata, sed iusta & bona. Deus autem ipse iurauit, & nos in nomine suo iurare iussit: igitur per nomen dei iurare nō est peccatū, sed bonum.

bonum & iustum. Deum autē iurasse Gen. 22. & passim in prophetis & Psalmis scribitur, ac à Paulo Hebr. 6. cap. Quod aut nos iurare iusserit, Deut. 6. & 10. cap. apparet.

4. Qui peccant non laudantur. Qui autem iurant per dominū, laudantur, sicut Psalmo 63. scribitur, Qui per ipsum iurauerit laudabitur. Igitur iurare non est iniustum. 5. Nemo in sancto monte domini habitabit qui contra deum agit. Qui autem proximo iurat & seruat illud, habitabit in tabernaculis domini, Dauide teste Psal. 15. Quare iusiurandū non est contra deum. 6. Præclara exempla habemus sanctorum dei, qui iusiurandū iurarunt absq; peccato, quamobrem nos quoq; non peccamus, si eodem modo quo ipsi iuremus. Abrahamus enim, Isaacus, Iacobus, Dauid, propheta & Paulus apostolus iurarunt, & deum testem fecerunt. De Paulo testimonia extant Rom. 9. 2. Cor. 1. & 12. 2. Thes. 1. cap. & c. 7. Postremo extant in prophetis uaticinia Christianos iuratos in nomine ueri dei, Esa. 19. & 45. cap. & apud eundē 65. cap. sic scribitur: Qui benedicet se in terra, benedicet se in deo ueraci: & qui iurauerit in terra, iurabit in deo ueraci.

Quamobrē ex uerbo dei sequitur, eos potius peccare qui non tantū inobedientes magistratui iurare nolunt, sed alios quoq; hoies ab obedientia abducūt, sicut Anabaptistæ faciunt: itē eos peccare grauius in deum, qui quod bonum & iustū est iurāt, sed id non seruant. Quos deus uindictabit: quemadmodū ubiq; scripturæ & historiæ testantur, Deum semper periueros grauius ultum esse: ut alibi ostendimus.

Itaq; his omnibus quæ nō modo de iure iurando, sed de magistratu in uniuersum disputauimus, spero nos talibus testimonijs diuini uerbi, quibus contradici non possit, euidenter ostendisse, doctrinā nostrā de iure iurando, & alijs contrariis inter nos dogmatibus ad magistratum spectantibus, esse

Notte iustū  
randum ius  
rare, peccatū  
tum esse.

## ADVERSUS ANABAPT.

Christianā, iustā, & consentire uerbo dei, neq; nos quicquā falsi nostras ecclesias docere, cuius uitandi causa Anabaptistas (ut falso obijciunt) secessionē facere oportuerit à nostra ecclesia, et nouā instituire. Simul etiā apparet Anabaptistarum secessionē & doctrinā perniciosam, seditiosam, & intolerabilē esse multis modis. Quare aut à prauo desistant, aut grauiores pœnas à deo expectent. Atq; hoc loco quintū librum finiemus.

## ADVERSUS ANABAPTISTAS LIBER VI.

De sacrosancto Baptismo, & eius origine; itē unicū duntaxat esse uerū Baptismū, inchoatū à Ioāne Baptista, à Christo autē simpliciter absq; multis cerimonijs discipulis mandatū, ut eo omnes gentes baptizentur. Cap. 1.



**S**EXTO & ultimo huius operis libro tractauimus illa dogmata, quibus Anabaptistæ ministerium nostrū accusant, quod non tantū male doceamus, sed Sacramenta quoq; non recte administramus: quare se cogi ut à nostris ecclesijs secessionem faciant, & peculiare ecclesias instituant, in quibus sacramenta recte administrantur illis tantū quibus debentur. Primo autem nobis Baptismum, deinde Cœnam domini obijciunt. Accusant autem nos quod infantes nuper in lucem editos, qui ratione & intellectu carent, baptizemus, cum tamē Baptismus paruulorum Pontificem & Diabolum auctores habeat. Quare sicut hactenus duo et uiginti Anabaptistarū dogmata, iuuante deo, erroris conuici, & nostrā doctrinam testimonijs scripturarum cōprobaui & illustraui: ita nunc quoq;

Infantes nō esse baptizandos.



quoq; spero me, auxiliante deo, tria, quæ adhuc restant, do-  
gnata Anabaptistica, ueritate expugnaturum esse, et defen-  
surum doctrinam Euangelicam & apostolicam.

Quoniã uero alibi de Baptismo domini nostri Iesu Chri- De origine  
Baptismi.  
sti, & quæstionibus quæ de illo mouentur, copiose ex sacris  
literis exposui quid Christiano sentiendum sit: nunc tantũ  
breuiter illa cõmemorabo quæ nostro instituto seruiũt: nem-  
pe, quæ sit origo Baptismi, ac duntaxat unicũ uerum Baptis-  
mum esse. Prædictũ uero est à sanctis prophetis, ante Chri-  
sti domini ueri Messie aduentũ uenturũ Heliã præcurso-  
re, singularẽ concionatorẽ, qui uia domino paraturus sit, homines scilicet præparando  
& adhortando, ut seruatorem præsentem recipiant, & ita  
salui fiant. Euangelistæ autẽ & apostoli testantur, Ioannem  
Zachariæ filium, fuisse Heliã & præcurso-rem Christi.  
Angelus enim Gabriel Zachariã (ut Lucas scribit) ita allo- Lucæ 1.  
cutus est: Vxor tua Elizabeth gignet tibi filium, et uocabis  
nomen eius Ioannem: erit enim magnus coram domino: &  
sp̃itu sancto implebitur etiam ab utero matris suæ. Mul-  
tosq; filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum:  
nam ipse præcedet in conspectu eius, cum sp̃itu & uirtute  
Heliæ, ut cõuertat corda patrũ in filios, & contumaces ad  
prudentiã iustorum: ut paret domino populũ instructũ. Si-  
militer Marcus Euangelium suum inchoat: Principiũ Euan-  
gelij Iesu Christi filij dei (fuit) ut scriptum est in prophetis:  
Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui para-  
bit uiam tuam coram te, &c. Quamobrẽ Ioannes à deo mis-  
sus uenit, & prædicare cœpit nouum fœdus, hoc est, euan-  
gelium, et simul quoq; aqua baptizauit. Nouum autẽ fœdus  
est plena remissio peccatorum per Christũ: qui nouum po-  
pulum non tantum ex Iudæis, uerum etiam ex Gentibus col-  
legit: sicut etiam Ioannes dixit, Deum ex lapidibus suscitatu

ADVERSUS ANABAPT.

rum sibi Abrahami filios. Baptismus itaq; uerum signum est  
 fœderis in nouo Testamēto seu fœdere : quod ipse omnibus  
 dedit qui erant in fœdere : hi autem fuerunt omnes illi qui  
 prædicationi ipsius de Christo crediderunt , & poenitentia  
 egerunt : nec illi tantum , sed omnes nati ex his qui ita bapti-  
 zati erant. Neq; enim nouum fœdus ueteri inferius esse po-  
 test, in quo infantes continebantur , & signum fœderis acci-  
 piebant : ideoq; etiam in nouo fœdere infantes signi fœderis  
 participes sunt. De quo postea plura scribemus. Itaq; Ioan-  
 nes primus dei mandato Baptismum inchoauit : sicut rursus  
 Marcus testatur, dicens : Baptizabat Ioannes in deserto, &  
 prædicabat Baptismum resipiscentiæ in remissionē peccato-  
 rum. Et ipse Ioannes, Qui misit me (inquit) ut baptizarem  
 aqua, &c. Hæc igitur est Baptismi origo , cuius gratia Io-  
 annes Baptistæ cognomen accepit : alia ratione quam à mul-  
 tis Germanice illi Tduffer, Baptistæ, dicuntur, qui rectius  
 Widertduffer, Anabaptistæ, nominantur.

Ioan. 1.

Apostolos  
 baptizasse  
 Ioannis  
 Baptismo.  
 Jo. 3. et 4.

Neq; uero alium, sed eundem quem & Ioannes Baptismū  
 discipuli domini postea administrarunt, sicut Ioannes Euan-  
 gelista testatur dicens : Venerunt autē ad Ioannē discipuli, et  
 dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu testi-  
 monium dedisti, ecce is baptizat, et omnes ueniunt ad eum.  
 Et alibi idem Euāgelista scribit : Vt ergo cognouit dominus  
 audisse Phariseos, quod ipse plures discipulos faceret & ba-  
 ptizaret, quam Ioannes : (quanquam Iesus ipse non baptiza-  
 bat, sed discipuli eius :) reliquit Iudeā & abiit rursus in Ga-  
 lileam. Post resurrectionē igitur cum dominus antequam ce-  
 los conscenderet, discipulos iussit aqua baptizare, non alium  
 aut nouum baptismum instituit, sed eum quem Ioannes in-  
 choarat iussu dei, apostolos in totum orbem propagare, &  
 omnes Gentes baptizare iubet. Distinguunt equidem nonnulli  
 nulli inter Ioannis Baptismum & Christi, quem ille discipu-  
 lis ad-

Christus nō  
 instituit no-  
 uum Baptis-  
 mum.  
 Marth 28.  
 Marci 16.

lis administrandū cōmisit. Verū sacræ literæ diserte testan-  
 tur, unicū tantum Baptismum in ecclesia Christi esse: sicuti  
 Paulus ait, Vnū est corpus, & unus spiritus, sicut & uocati  
 estis in unā spē uocationis uestre. Vnus dominus, una fides,  
 unū baptisma. Vnus deus & pater omnū, qui est super oīa,  
 & per omnia, & in omnibus uobis. Vnū autē corpus est, et  
 una ecclesia, ac unus spiritus Ioānis & discipulorū Christi:  
 quare unum etiā ipsorum est baptisma. Certū præterea est  
 Christū Iesum eodē quo nos & nos uicissim eodē quo ille ba-  
 ptismo baptizatos esse: nā & frater noster est, & solos nos  
 sanctificat, & sacramenta omnē suā uim ab ipso habet. Chri-  
 stus autē à Ioāne Baptismo eius baptizatus est, Baptismo in-  
 quam quē Ioannes dabat, qui tanē dei erat: quare Ioānis &  
 Christi seu apostolorū Baptismus idem est. Quin etiā omnes  
 cōstemur, Baptismum esse sacramentū, et doctrinā tanquā  
 sigillū coniungi. Eadē autē fuit doctrina Ioannis & discipulo  
 rum Christi: itaq; non diuersa signa seu sacramenta eorū do-  
 ctrinæ fuerūt addita. Quod si quis forsā dubitat an eadem  
 fuerit Ioannis & Christi atq; discipulorum eius doctrina,  
 audiat Matthæum qui ita scribit: Temporibus illis affuit Io-  
 annes Baptista, prædicans in deserto Iudææ, dicensq; Resi-  
 piscite, appropinquauit enim regnū cælorū. Ioannes autem  
 Euangelista diligenter cōmemorat testimonia quæ Ioannes  
 Baptista Christo nō tantū absenti, sed coram præsentī dedit,  
 digito eum demonstrans, ac dicens, Ecce agnus ille dei, qui  
 tollit peccatum mundi. Quo loco etiam aperte concionatus  
 est de diuina Christi natura, quem pater seruatorem nobis  
 dederit, ut in ipso omnē plenitudinē habeamus: itaq; qui in  
 ipsum credunt, peccatorū remissionem & æternam uitā ha-  
 bere: qui autē nō credunt in ipsum, periisse in æternū. Atq;  
 hæc est summa doctrinæ noui Testamenti: quam autē aperte  
 Ioannes hanc prædicarit ex 1. et 3. cap. Ioannis Euangelistæ

Vnicū dum  
 taxat esse  
 baptismū.  
 Ephes. 4.

Ioannis &  
 discipulorū  
 Christi ea-  
 dem doctri-  
 na fuit.

Matth. 3.  
 Ioan. 1. 3.



ADVERSUS ANABAPT.

cognosci potest. Cum his nunc cōferantur ea quæ Euangelis-  
 ste de doctrina Christi & apostolorum scripserunt. Marcus  
 enim ita scribit, Postquā autem traditus esset Ioannes, uenit  
 Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni dei, & di-  
 cens, Impletū est tempus, & appropinquat regnū dei: respici-  
 scite & credite euangelio. Idē Euangelista refert Christum  
 post resurrectionē dixisse discipulis, Profecti in mundū uni-  
 uersum prædicate Euangeliū omni creaturæ. Qui credide-  
 rit, & baptizatus fuerit, seruabitur: qui uero non credide-  
 rit, cōdemnabitur. Ex hac aut collatione testimoniorū facile  
 apparet, Ioānis, Christi et discipulorū eius doctrinā seu præ-  
 dicationē eandē fuisse, quippe cuius duo summa sunt capita,  
 resipiscentia seu uitæ emendatio, & remissio peccatorū in  
 nomine Christi: hæc aut summa sunt totius noui Testamēti.  
 Quemadmodū uero Ioannes aqua in Christū baptizauit  
 ad resipiscentiā & remissionē peccatorum, ita etiam aposto-  
 li aqua ad resipiscentiam & remissionem peccatorū bap-  
 tizarunt. Nam de hac re Marcus quoq; (si quis forte dubitat)  
 testimoniū perhibet. Baptizabat, inquit, Ioannes in deserto,  
 & prædicabat baptismū resipiscentiæ in remissionē pecca-  
 torum. Lucas uero in Actis apostolorū ita scribit, Dixit autē  
 Paulus, Ioannes quidem baptizauit baptismō resipiscentiæ,  
 dicens populo ut in eū, qui uenturus erat post ipsum, crede-  
 rent, hoc est, in Christū Iesum. Cum his cōfer ea quæ de apo-  
 stolorum Baptismo, quomodo ipsum fidelibus cōtulerint, in  
 Actis scribūtur: illic enim Petrus ita loquitur, Resipiscite, et  
 baptizetur unusquisq; uesterū in noīe Iesu Christi in remis-  
 sionē peccatorū: et accipietis donū spiritus sancti. Quod autē  
 Ioānes in Christū, apostoli in nomē Patris, Filij & Spiritus  
 sancti baptizarunt, non est quod quenquā moueat. Nā etiā  
 apostoli simpliciter in Christum baptizasse scribūtur. Qui  
 enim Christū noīat, unctū nominat, itaq; & eū intelligere  
 oportet

Marci 1.

Lucæ 24

Act. 19.

Act. 2.

In Christū  
 baptizare.

oportet qui ungit, nempe Patrē, & eū qui ungitur, Filiū, et ipsam unctionem, Spiritum sanctum. Etsi autem aliquo tempore Ioannes in uenturum baptizauit, post tamen etiam in presentem baptizauit, utpote quem etiam digito ostēderit. Cum uero ait, se quidē aqua baptizare, Christū autē baptizaturū Spiritu sancto & igne, non distinguit suū et discipulorū aquę baptismum, sed domino, ut dei filio, plus quā omnibus hominibus & ministris tribuit, nempe peculiarem baptismū qui illi cum nemine sit cōmunis, quem ipse solus confert, gratiam scilicet Spiritus sancti. Hanc enim ipse dat, quomodo, ubi, quando, & cuiusq; ipse uoluerit. Quandoq; enim eam cum externis signis confert, ut cum ignearum linguarum signo, quandoq; sine ullo externo signo. Hanc autem Ioannis sententiam fuisse dominus ipse in Actis docet, præcipiens discipulis ne abscederent Hierosolymis, sed ut expectarent promissionem Patris, de qua Ioannes dixerat, baptizandos esse igne seu Spiritu sancto, quod die Pentecostes factum est.

Ex his igitur omnibus manifestum est, unicum tantū Baptismum in ecclesia esse, qui ab illis à quibus administratus est quandoq; Ioannis, aliās Christi aut apostolorum Baptismus nominatur, unum tamen Christi Baptisma est. Quare concludimus, hoc uerum Baptisma esse, à deo initio per Ioannem institutum & inchoatum, quo Christus ipse baptizatus est, & idem discipulis commendauit, ut aqua baptizent omnes gentes in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, in remissionem peccatorum, &c. Iure igitur Baptismus mundatio & ablutio peccatorum nominatur, & signum noui fœderis, & lauacrum regenerationis. Deus enim nos per Spiritum sanctum ex gratia propter Christum à peccatis mundat, & æternum fœdus nobiscum facit, ac nos in suum populum, & in numerum filiorum suorum recipit, hæc autem dona nobis Baptismo, quem ministri conferunt, obsignat. Ba-

Act. 1.

Quodnā sit  
uerum ba-  
ptisma.

## ADVERSUS ANABAPT.

ptismo præterea in unionem corporis Christi colligimur, ut cum Christo & omnibus fidelibus corpus unum simus sub unico capite Christo. Præterea baptismo fidem confitemur, nos obstringimus, & recipimur quoq; ut Christo in mortem eius cum ueteri nostro homine conspeliatur, ut in Christo, & cum ipso resurgamus in nouam uitam. Quæ de re alibi copiose scripsimus.

Baptismū  
Christiano  
rū pocas  
cerimonias  
habere.

Habuit autem Baptismus statim ab initio, & omni etate apostolorum, pocas aut nullas ceremonias. Ioannes in Iordania non tantum reliquos, sed Christum quoque baptizauit. Sic Philippus quoque Eunuchum Aethiopem ex fonte uicino uia baptizauit, nulla consecratione, caractere aut simili aliqua re adhibita. Christum legimus orasse cum à Baptismo ascenderet. In Actis autē legimus, uerba & promissiones domini in Baptizando recitatas fuisse. Quamobrem ecclesie non sunt uituperanda quæ in Baptismo precibus utuntur & uerbum dei recitant, etiamsi nullas alias ceremonias habeant, quales postea additæ sunt, chrisma seu oleum, sal, spiritum, ac nonnullis in locis lac & mel, exorcismus eorum qui baptizandi sunt ut Satan ab illis eijciatur, & si quæ alia sunt huius generis. Antiqua enim simplicitas et usus Baptismi, qualis apostolorum etate fuit, cunctis sufficere debet: nullam aut aliam rem appetant aut adhibeant, quàm illas quibus apostoli usi sunt. In ueteri ecclesia ante Christi natiuitatem, inter res figuratas & res abolendas, fuit oleū seu chrisma, sed hoc Christus aboleuit, & suos uero chrismate spiritus sancti perfundit: itaq; hæc in re nihil nobis deest, neq; etiam externum chrisma quicquam curamus. Oculos & aures eorum qui baptizantur Christus interius aperit, ita ut non opus sit externa ceremonia, quæ circa hæc membra olim adhibita fuit. Multa enim Christus non ideo fecit ut imitemur, quæ nunc imitari absurdum est. Ad hæc cum Baptismus conferatur filijs



litis dei ad remissionem peccatorum, quid opus est ut adiuratione Satanae utamur? Quia enim is qui baptizatur à Christo ex gratia adoptatus est, hoc ipso liberatus est à Satana: & quia filius est dei, signum quoque filiorum dei accipit. Quia uero olim initio Christianae religionis adulti baptizabantur, querebatur ab illis an renuntiarent diabolo. Nunc autem inchoata religione, cum baptizati etiam liberos suos baptismo offerant, non opus est in Baptismo huiusmodi interrogatione, qua, haud dubie, ueteres quoque sunt usi in baptizandis infantibus, quippe quae tantum ad adultos pertinet, qui respondere possunt.

Quae autem hactenus scripsi de uera origine Baptismi, item quod duntaxat unus sit Baptismus in ecclesia Christi, qui initio à Ioanne, & postea ab apostolis ex Christi mandato datus est, ut signum noui foederis, & aqua sit in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, ad poenitentiam & remissionem peccatorum, neq; multas cerimonias habet: haec, inquam, praecipue Anabaptistarum causa scripsi, qui cum multa dicant & scribant de Christi Baptismo, nemo tamē ex his quae ipsi dicunt, intelligit quodnam sit uerum Christianorum baptisma, aut unde id ortum habeat. Ea nanque quae scribunt, a deo infirma sunt, & nullis rationibus solidis nituntur, ut facile appareat eos nullum firmum ac solidum suae doctrinae fundamentum habere.

Responsio ad praecipua argumenta Anabaptistarum, quibus probare conantur, non licere fidelium infantes in ecclesia Christi baptizare. Caput 2.

**D**Einceps praecipuum dogma, de quo inter nos & Anabaptistas disceptatur, aggrediemur. Cum enim quaeritur quisnam baptizandus sit, respondemus: Omnes bapti-

Quinā sint baptizādi.

## ADVERSUS ANABAPT.

zandos esse qui sint ex populo dei, siue ipsi Christum confiteantur et Baptismum petant, siue sint infantes ex fidelibus nati, quibus parentes ipsorum Baptismum petunt. Contra uero Anabaptistæ dicunt, infantes non esse baptizandos, imò Baptismum paruulorum ingens scelus esse. Quare nunc precipuas ipsorum rationes commemorabo, & ad eas breuiter respondebo.

Doctrinā et fidem debere præcedere, & deinde baptismum sequi.

1. Baptismus, aiunt, sic institutus est à domino Matth. 28. & Mar. 16. ut doctrina & fides præcedat, ac deinde Baptismus sequatur, ut illi baptizentur, qui doctrina eruditi sunt & credunt. Infantes autem non possunt doceri, neque credunt, ideoque non sunt baptizandi. Atque hoc est speciosissimum ipsorum argumentum. Præterea in libro quem in publicum ediderunt, hoc titulo: Adhortatio, ac certa & solida doctrina, cui nemo refragari potest, ad ueram Christianam & in æternum permanentem (en quàm tumidis & magnificis uerbis utuntur) confœderationem, &c. Scribunt, diligenter obseruandum esse, quod ante & post Baptismum doctrinæ mētio fiat, & Baptismus medio loco cōstituatur. Nam primum concione Euangelij fidem doceri oportere, & gratiam atque Baptismum offerri, quemadmodum scriptum sit, Omnis qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur. Deinde uero se qui alteram doctrinam, quomodo se baptizati gerāt, de qua scriptum sit, Docentes eos seruare omnia quæcunque uos docuerint, &c. His ergo contra respondemus, si ubique uerborum ordo seruandus sit, nos quoque loca proferre posse, in quibus aqua & id quod eternum est præcedat, & doctrina atque spirituale sequatur. Sed illis omisissis, dicimus, Christum utroque loco Matth. 28. & Mar. 16. mandasse discipulis, ut exeant in uniuersum orbem, cui Christi doctrina adhuc ignota erat, & ipsi adducāt omnes nationes: formā deinde & rationem descripsisse quomodo

Mar. 1.  
Ioan. 3.  
Matth. 3.

modo hoc agere debeant, nempe ut primum illis Euangelium prædicent, & si huic crediderint, ut tum eos baptizent, & deinde plenius instituant. Hoc autem tantum ad initium pertinet, ueluti si nunc aliqui ad Turcas abeant ut ipsos conuertant ad Christum, hos primum docere & instituere, non autem ante baptizare oporteret. Quis enim Baptismum reciperet ex eorum numero, qui nihil unquam de Baptismo audiverunt, & ignorant quidnam Baptismus sit. Verum nõ hoc loco consistendum est, sicut Anabaptistæ solent, ut non ulterius progrediamur: quid enim sequitur postquam homines edocti, crediderunt & susceperunt Baptismum, ac iam in nouo sunt fœdere? An nullam rationem suorum liberorum habent, num etiam ipsi sint in fœdere, num salus & dona dei ad ipsos quoque pertineant? Si accepta fide nullam horum rationem habent, feræ facti sunt, & longe deteriores quàm ante fuerint. Sed illi etiam quærent suorum liberorum salutem, & quia sciunt etiam infantes in nouo fœdere dei esse, eos quoque Baptismo, tanquam signo filiorum dei consignari & baptizari curant. Ita nanque Abrahamus primum se ipsum & adultos circumcidit, deinde uero infantibus quoque signum fœderis communicauit, cum sciret etiam infantes in fœdere esse. Quare etsi uerba Matth. 28. & Marc. 16. ad adultos tantum pertinent, quibus prædicari poterat ab initio antequam baptizarentur, atque etiam oportebat, non tamen ideo infantes excluduntur, ut eos non liceat baptizare. Cœnæ domini initio apostoli soli interfuerunt, quis uero hinc concludet, homines idiotas seu laicos & mulieres à cœna domini excludendos esse? Quod si literã mordicus retinere uoluerimus, non patiemur nobis persuaderi laicos & mulieres ad cœnam hanc pertinere: nulla enim plane horum mentio fit in prima institutione. Sin autem uerũ sensum, & certam domini sententiam quærimus, & intelligimus Cœnam à do-



ADVERSUS ANABAPT.

mino institutam esse, ut sit commemoratio passionis eius, & publica gratiarum actio, quod corpore & sanguine suo fideles alat ad uitam eternam, facile omnes intellige: cœnant domini omnibus fidelibus datam esse, non tantum ministris, sed etiam laicis & mulieribus, quamuis nulla eorum mentio facta sit nominatim in institutione: nam redemptio & gratiarum actio illis quoque communis est. Similiter si consideramus Baptismum esse signum fœderis in populo dei, et præterea nouimus infantes esse in populo dei & illi adnumerari, statuere inde oportet Baptismum quoque illis deberi, quãuis in Christi mandato Matth. 28. & Mar. 16. non fiat nominatim eorum mentio. Imò plane contraria ratione atque Anabaptistæ solent, ratiocinamur, Fideles sunt baptizandi: Infantes sunt fideles: deus enim ipsos pro fidelibus reputat, ut mox probabimus: igitur infantes sunt baptizandi. Facile autem quiuis animaduertit, illud quod de docendo scribitur, non magis ad infantes pertinere, quàm hoc, Qui non laborauerit, non manducet. Quod autem ipsi aiunt in eodem libro, si ea quæ Mar. 16. & Matth. 28. scribuntur de doctrina, nos tantum de adultis, non etiam de infantibus intelligamus, duos constitui Baptismos, unum eorũ qui rationis usum habent, alterum eorum qui nondum habent usum rationis, plane ratione caret. Nam eodem Baptismo, quo pater in ecclesiam receptus est, etiam liberos suos recipi curat, & eisdem deo cui se obstrinxit, etiam liberos suos obstringit. Ita nanque iussit deus patrem familiã omnem suam familiã deo, cui seipse commendauerit, adducere.

Exempla baptizatorũ ex scriptura. Matth. 3.

2. Obijciunt præterea eorum exempla qui baptizati sunt, inter quos in scripturis tantum adulti & fideles commemorantur, & nulla infantium sit mentio. Ita Matth. eum scribere omnem Hierosolymam egressam esse ad Ioannem Baptistam, & confitentem peccata sua ab eo baptizatam esse.

esse. Hoc autē nullo modo de infantibus intelligi posse. Rur-  
sus in Actis apostolorum scriptum esse, Qui uerbum liben- Act. 2.  
ter recipiebant, baptizabantur. Afferunt etiam aliorum ex-  
empla qui facta confessione baptizati sunt, nempe Pauli, Eu- Act. 9. 8. &  
nuchi, Aethiopsis, Cornelij, & custodis carceris Act. 16. cap. 10.

Responsio. Omnibus his exemplis, probatur eos baptizan-  
dos esse, qui fidem suam confitentur, non autem his proba-  
tur infantes non esse baptizandos. Infantes enim non minus  
sunt et numerantur in populo dei, quā q̄ confitentur fidem  
suam. Deinde ea est consuetudo scripturæ, ut ea quæ ad uxo-  
res ac liberos pertinent, non semper nominatim exprimat,  
sed sub maritorum ac parentum mentione complectatur. In  
federe nulla fit mentio mulierum, & tamen non ideo fue-  
runt exclusæ. Paulus inquit Patres transiisse per mare ru- 1. Cor. 10.  
brum, ac omnes in Mosem baptizatos esse, neque mulierum  
autem infantum mentionem facit, quis tamen ideo ipsos ex-  
cludet, ac non Patrum nomine & mentione cōprehendi exi-  
stimabit? Præterea Christi exemplo utimur, qui in infantia  
circuncisus est, et haud dubie, si Baptismus institutus fuisset,  
in infantia quoq; baptizatus esset: quandoquidem nō diu di-  
sculit, sed breui post inchoatum à Ioanne Baptismum, ipsum  
recepsit, & ab ipso baptizatus est. Quod autem Paulus Ba- Coloss. 2.  
ptismum circūcisionem appellat, nunc non commemorabo.

Quare cum Anabaptistæ aiunt, Christum tum demum ba-  
ptizatum esse cum natus esset annos 30. nihil probant: nisi  
forte neminem ante trigesimum ætatis annum baptizare uo-  
luerint.

3. Non minus uero urgent Anabaptistæ contra Bapti-  
smum paruulorum, significationem & obligationem Bapti-  
smi, atq; hoc argumentum magni faciunt: aiunt autem, Qui  
baptizantur, non tantū fidem suam confiteri debent, uerū e-  
tiā seipso obstringere ad deponendū ueterē hominē, et uiuē-  
dū in nouitate.

Infantes Ba-  
ptismi signi-  
ficationem  
& obliga-  
tionē intel-  
ligere &  
prestare nō  
possunt, i-  
deoq; non  
sunt bapti-  
zandi.

ADVERSUS ANABAPT.

dum in noua uita. Baptismus enim ueteris hominis sepultura est & resurrectio noui. Hæc autem mortificatio non tantum aquæ perfusione fit, sed ipsis operibus: infantes non modo hæc ipso opere non possunt præstare, uerum etiam mysterium mortis non intelligunt, imò has cœlestes res penitus ignorant, ideoq; non sunt baptizandi. Responsio. Quod Anabaptistæ infantibus fidelium Baptismum negant, & omnia ponunt in confessione, mortificatione ueteris hominis et noua uita, ideo fit quod (ut supra 4. libro aperte ostendi) parum admodum gratiæ & misericordiæ dei tribuunt, multum uero, imò omnia tribuunt nostris actionibus, nostris & operibus & meritis, aut nostræ prudentiæ. Hoc autem uel maxime sacro baptismo cõtrarium est, ut qui præcipue signum est fœderis, gratiæ & misericordiæ dei, ac testatur & obsequat nos à deo in gratiam recipi, absq; ullis nostris meritis, ex mera misericordia. Verum gratiam nos seruantem non multum curant Anabaptistæ, imò in ea Adhortatione, cuius supra mentionem feci, aperte scribunt, deum misereri infantum propter ipsorum ignorantiam & simplicitatem, reliquorum autem propter fidem & pœnitentiam. Vbi autem hac ratione locum aliquem habet gratia absque operibus? Non negamus, Baptismum esse sepulturam ueteris Adami, et resurrectionem noui hominis, sicuti Paulus docet Roman. 6. negamus autem hoc in omnibus qui baptizantur ante adesse & perfici oportere: an non hæc postea sequi possunt? An non enim infantes, qui tum cum baptizantur mysterium Baptismi non intelligunt, neque ueterem hominem sepeliunt, aut nouam uitam agunt, hæc eadem postea intelligere, & opere ipso præstare poterunt? Ideoq; Baptismus non frustra et inutiliter illis datur. Quin deus ipse iussit pueros octo dierum circuncidere, qui tamen mysterium spiritualis circuncisionis, neq; intelligebant, neq; re perficiebant, postea tamen per

Rom. 11.



per gratiam dei intelligere & perficere poterant. In Euangelio præterea scribitur, quosdam suos liberos Christo attulisse, ut pro illis oraret, illis benediceret, tangeret ipsos, et manus eis imponeret. Quid uero discipuli hac in re fecere? Indignati sunt illis qui ipsos afferebant. Quã ob causam? Haud dubie, non ideo quod infantes odio haberent, hoc plane in manu fuisse: uerum arbitrabantur frustra, & iniuria domino molestiam exhiberi offerendo infantes, mutos adhuc, & rationis usu carentes: quandoquidem uenerit ut ageret cum ijs qui rationis usum haberent, qui conciones eius audire, credere, fidem confiteri, & respiscere possent: cū autem infantes harũ rerũ nõ sint capaces, existimabant ipsos non asserendos esse ad dominum. Sed dominus discipulos increpauit, et dixit eis, Sinite puerulos uenire ad me, talium enim est regnum cælorum. Præterea etiã manus imposuit super eos & benedixit eis, quamuis id non intelligerent. Ideoque non dubitandum est dominum Anabaptistis quoq; indignari, qui ex eisdem causis nolunt infantes domino offerri, quod nõ facile alia ratione quàm per Baptismum fieri potest. Quæ uero dominus dixit & egit cum infantibus, efficacia fuerunt, neq; illis quicquam obsuit quod adhuc muti erant, & rationis usu carebant. Nisi forte Anabaptiste dicere malint, Christũ absq; fructu & frustra eis benedixisse? Mar 9. scribitur quendam adduxisse ad dominum filiũ suum, habentẽ spiritum mutum & surdum, ita ut neq; audire neq; loqui posset, nihilominus tamen, quamuis non posset audire uel loqui, aut orare & confiteri, sed à demone teneretur, hoc illi non obsuit. Patre enim ipsius ex uera fide inuocante dominũ & supplicante p filio, sanauit ipsum dominus. Scribitur quoq; in Euangelio deum auium curã habere, & eas prudentie ipsius & procurationi subiectas esse: num uero ideo, quia aues hæc nõ intelligunt, deus nullã earum curã habet? An non cæcus si-

Marci 10.

Math. 10.

## ADVERSUS ANABAPT.

igno aliquo insigniri potest, quod nihilominus est signum & ipse hoc gestare potest etiam si id non uideat? num uero si id uideret & agnosceret, ideo rursus eodē signo consignandus esset? imò si denuo consignaretur, an illud magis quā autē si gnum esset, an maiore efficaciam haberet quā cum ille adhuc cæcus eo cōsignatus est? Quare ratio hæc Anabaptistica cōtra Baptismum paruulorum confutata & euersa est.

Salutē po-  
sitam esse in  
libera dei  
electione.

4. Postremo aliqui argutiores Anabaptistæ ex arcanis scrinijs scientiæ, nouum argumentum pferunt, salutē tātum in libera electione dei, et æterna prædestinatione positā esse, sic ut tantum illi seruentur, quos deus ad id præsciuit & elegit. Qui autem electi sint, non apparere in infantibus, sed in adultis. Electos enim credere, eos autem qui non sint electi non credere. Itaque ne aberretur in signo populi dei, & id illis detur ad quos non pertinet, illis nempe, qui non sunt dei, neque ueri hæredes sunt salutis, expectandam esse iustam ætatem, qua quis suam fidem confiteatur, ut deinde leto animo absque ulla hæsitacione baptizari possit. Si quis enim ante rationis usum baptizetur, Baptismum profanari & suis ac canibus dari. Responsio. Denuo hoc loco apparet, Anabaptistas Baptismum constituere, partim in nostris meritis, partim in ministro, quem certum esse oporteat, an fidelis sit is qui baptizatur ab ipso, alioqui Baptismum non esse uerum & iustum: sed nos hoc supra lib. 3. refutauimus. Petri Baptistus uerus fuit, quāuis Simonis fides falsa fuisset. Neque is canem aut porcum, sed Simonem confitentem baptizauit. Multo minus uero nos porcos aut canes baptizamus, cū Christianorum liberos baptizamus. Cum autē Simon fidelis simulauerit, & ita baptizatus sit, an non hoc idem semper & nunc quoque fieri potest? Itaque facile apparet, quā solide de his rebus Anabaptistæ loquantur.

Ordo salu-  
tis,

Veruntamen ut exactius illis respondeamus, concedimus salutem

salutem pendere à libera dei electione & aeterna prædestinatione, & neminem nisi electos credere & seruari. Hæc enim doctrina semper recepta fuit in ecclesia, et confirmatur etiam apertis testimonijs scripturarū. Nam D. Petrus epistolam suā inscribit, electis ex prænotione dei Patris ad sanctificationem spiritus, ad obedientiam & asperionē sanguinis Iesu Christi. Et D. Paulus, Nouimus (ait) quod eos qui diligunt deum, omnia simul adiuuat in bonū: eos scilicet qui ex proposito uocati sunt. Nam quos præsciuit, eosdem & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui: ut is sit primogenitus inter multos fratres. Quos uero prædestinauit eos etiam uocauit: & quos uocauit, eos etiam iustificauit: quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Plura etiam in hanc sententiam scribuntur 9. cap. ad Rom. & 1. cap. ad Ephes. Verum hoc æternum consilium dei, est arcanum dei, nostrum autem non est in coelos ascendere & perscrutari mysteria dei: sed his quæ in uerbo ipsius diserte traduntur, contenti esse debemus. Itaq; cū in uerbo suo deus infantes suo populo annuntiet, non autem excludat, neq; etiā discipulos separationem facere iusserit, sed adducere sibi omnes Gentes, & Euangelium prædicare omnibus creaturis: nusquā in scripturis exemplum inchoasse, ac dixisse, Qui non sunt prædestinati & electi non seruantur, quare frustra illis prædicatur, absq; fructu sacramenta percipiunt, irritæ etiam eorum sunt preces: salus enim tantum ab electione pendet. Exemplum autem doctrinæ apostolicæ talia habemus, docuisse eos, deum diuitē & misericordē esse erga omnes qui ipsum inuocant, ac mundum ita diligere, ut filium suum dederit seruatorem omnium creditum, ideoq; in deum credendum esse, & orandum pro fide & spiritu dei, quem libenter orantibus concedat, iuxta suas promissiones, Luca 11. & Matth. 7. cap. Hoc apostolorum

1. Petr. 1.

Rom. 8.

Nō perscrutanda est diuina electio sed secundū expressum dei uerbum iudicādum est.

Rom. 9. 10.

11.  
1. Tim. 2.

&amp; 4.

Ioan. 3.



ADVERSUS ANABAPT.

**Matth. 21.** exemplum, & præsertim Christi, qui clamat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiẽ dabo uobis, concionatores sequuntur, ac salutem uniuersaliter omnibus hominibus annuntiant, ac omnes ad Baptismũ admittunt qui eum uel sibi uel suis petunt: neq; hic de electione diuina disputant, quam tamen firmiter credunt, ac sciunt dominũ so-  
**Ioan. 10.** lum nosse qui sui sint. Attamen interea ex uerbo dei iudicãt:  
**2 Tim. 2.** & quia scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur: Qui ex deo est, uerbum dei audit: Omnes qui ba-  
**Ioan. 8.** ptizati sunt, Christum induerunt: Qui ueritatẽ facit, uenit  
**Galat. 5.** in lucem, & c. ideo iure absq; ullo metu et pudore dicunt eos  
**Ioan. 3.** qui uerbum dei libenter audiunt, credunt, baptizantur, bona opera faciunt, esse filios dei, neq; interim respiciũt, an ali-  
 quid occultũ in eorum corde lateat, nobis incognitum: an ali-  
 quando aliã mentẽ habituri sint: an deus p sua uoluntate & iusto iudicio aliter illis uti uelit. Ecclesia enim de rebus præ-  
 sentibus & manifestis iudicat, ideoq; hos qui nolunt audire uerbũ dei, sacramenta contemnunt, & opera infidelium faciunt: hos, inquã, ait, cum hæc agãt, à deo reprobos & perditos esse. Infantes aut nõ possumus reprobos nominare, sed potius quia fœdere suo deus ipsos cõplectitur, bene non male de illis sperare debemus. Paulus etsi sciebat duntaxat electos confirmari in finẽ usq;, ut omnis generis bona opera perficiant, nihilominus nulla separatione utitur, sed communiter Philippensibus scribit, ac ait: Gratias ago deo meo in omni memoria uestri, semper in omni precatatione mea, super uestri in Euangelio participatione: persuasum habens hoc ipsum, quod is qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usq; ad diem Iesu Christi: sicut iustum est ut ego id sentiam de omnibus uobis, propterea quod animo teneã uos, & c. haud dubie Christiana charitate ipsos tenens animo. Quoniam uero Paulus hæc de omnibus Philippensibus scribit, inter quos  
 procul

proculdubio multi hypocritæ & reprobi fuerunt, cur non etiã nobis licet similem Christianã fiduciam & bonam spem habere, deum fidelem, benignum & clementẽ, qui ubiq; in sacris literis infantum diligentẽ rationem habet, & eos in fœdus suũ recipit, bene uelle infantibus illis qui nobis ad Baptismum afferuntur, ideoq; ipsos non reijciendos esse ob id quod ignoramus an electi sint nec ne. Iudicare enim debemus ex uerbo & uniuersali promissione dei, Ero deus tuus, & deus liberorum tuorũ, etc. Simite eos uenire ad me, quoniã ipso rum est regnum dei. Eadẽ ratione tollitur etiã illa Anabaptistarum obiectio, infantes qui ita bona spe baptizantur, sepe numero fallunt spem nostram, & cum adoleuerint, non sinceri Christiani fiunt, sed deficiunt ac faciunt opera diaboli, ideoq; non sunt baptizandi in infantia. Verum illis respondemus, Simonem etiam defecisse à Philippo, & tamen nihilominus baptizatum fuisse. Præterea scriptum est, Iacob dilexi, Esau uero odio habui, & ut Paulus ait, Nondum natis pueris, quum neque boni quippiam fecissent, neque mali, dictum est: Maior seruiet minori: & tamen nihilominus Esau circumcisus fuit. Quamobrem nos quoque baptizare possumus (non habita ratione liberæ electionis dei, aut futurorum euentuum) infantes, quicumque nobis à fidelibus ad baptismum offeruntur. Nam si futura semper in Baptismo spectanda essent, nunquam infantes baptizarentur, &c.

Responsio ad reliquas obiectiones Anabapt.  
contra Baptismum paruulorum. Cap. 3.

**R**eliquæ obiectiones, quibus Baptismum paruulorũ impugnant, leuiore sunt, neq; ita speciosa, itaq; in illis cõfutandis non diu immorabor. 5. Baptismus paruulorũ nusquam præcipitur expresse in scripturis, nusquam etiã in illis cõtinetur. Igitur cũ uerbo dei nihil addendum aut adimendum

Baptismus paruulorũ nusquam à deo præcipitur.

ADVERSUS ANABAPT.

fit, non licet infantibus baptizare. Verum ego uicissim ab Anabaptistis quaero, ut nobis ostendant manifestam legem quae uellet infantibus baptizare: nullam autem talem proferre poterunt. Sed hac ratione omissa, respondemus, nihil nos addere aut adimere uerbo dei, imò nihil absque dei mandato facere. Christus enim discipulos & eorum successores iussit nouum foedus aut salutem offerre omnibus gentibus, debere autem eos haec offerre praedicatione Euangelij & Baptismo. Mandatum uero Christi non tantum ex uerbis interpretandum est, sed ex mente et sensu eius qui dedit. Quare etiam si non scriptum est, Baptizate infantibus, ea tamen scripta sunt, quae hoc in se continent, ideoque nihil sit contra dei mandatum quando infantibus baptizantur: quemadmodum supra docuimus, eos nihil peccare coram Christi institutum, qui mulieres ad cenam domini admittunt, quanuis mulierum in prima coenae institutione non fiat expressa mentio, neque ullum mandatum extet de mulieribus ad mittendis ad cenam domini. Christi enim sententia & scopus est Matt. 28. apostolos praeparare debere nouum foedus in omnes gentes, non tantum sermone, uerum etiam Baptismo. Certissimum autem est infantibus fidei esse in nouo foedere: quare si Christi mandatum est, ut foedus inter homines praeparatur, non tantum uerbo, sed etiam Baptismo, cur infantibus à Baptismo arcedi essent? Qui etiam, ut supra diximus, fideles parentes hoc maxime expetunt, ut liberi sui eodem cum ipsis Baptismo deo et Christo inserantur.

An Baptismus paruulorum sit ex Pontifice ei ex diabo lo: item an Pontificis Baptismo baptizati simus.

6. Baptismus paruulorum à Papa inuentus & institutus est, quare omnes qui in infantia baptizati sunt, uel adhuc baptizantur, non Christi, sed Papae Baptismo baptizantur: neque pro baptizatis haberi debent, nisi denuo baptizentur. Cum uero nominandus est Pontifex huius mali author, tam inter se conueniunt Anabaptistae, quam olim consenserunt senes duo testimonium contra Susannam ferentes. Primi enim Anabapt. huius mali causam in Nicolaum quendam pontificem contulerunt.



contulerunt : in libro aut̄ quem Adhortationē nominarunt, Eugenium quendā aiunt Baptismum paruulorum confirmasse. Verum utraq; sententia æque falsa est. Nam etsi ante nominati pontifices ac alij nonnulli quasdā leges de Baptismo tulerunt, nihil tamen eas Christi ecclesia curat, quæ Baptismum, sicuti à Christo accepit, integrum inuiolatumq; retinet, sicuti 1. cap. huius libri ostendimus. Præterea uetustissimi Patres testantur Baptismum paruulorum in ecclesia fuisse ab apostolorū ætate, aliquot seculis antequā Romani pontifices ita adornati & in hac sede constituti sunt. Quod si quis hac de re ueterū scripta cognoscere uoluerit, legat Origenem lib. 5. in epist. ad Rom. in cap. 6. Cyprianum lib. 3. epist. 8. ad Fidum. Hieronymū ad Letā: et 3. lib. contra Pelag. Augustinum contra Donat. lib. 4. cap. 23. & 24. Chrysostomum apud Augustinum contra Iulianum lib. 1. cap. 2. Cyrilum cōment. in Leuit. 8. Postquā uero Anabaptistæ adeo turpiter hoc loco impingunt, neq; quicquā ueri contra hæc proferre possunt, denuo in eodem Adhortationis libro aiunt, etiam si Baptismus paruulorū ab apostolorum temporibus durarit & admodum sit uetustus, tamen alios quoq; errores uetustos esse, & ab apostolorum usq; ætate durasse. Quam aut̄ hæc responsio impudens et temeraria sit, cuius apparet. Cōiungere conantur Baptismum paruulorum alijs erroribus, quem tamen nunquam hactenus probare potuerunt erroneum esse. Sed ipsos interim reuocare oportet quod temere effutierunt, Baptismum paruulorum ex Pontifice & diabolo esse. Quod autem addunt eum esse ex diabolo, horribilis est blasphemia diuinæ ueritatis et sacri Baptismi, quæ nullo modo ferenda est. Quin potius ueteres historiæ & doctores tradunt, hæreticos iā olim scripturis cōuictos, Baptismū paruulorū negasse, & Anabaptis. instituisse atq; defecisse. Quæ de re alibi scribitur. Baptizati uero sumus Christi, nō aut̄ Papæ

ADVERSVS ANABAPT.

ApoC. 7.

2. Paral. 27

4 Reg. 16.

2. Paral. 28

Baptismo, neq; in nomen Pontificis, sed in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti. Quamuis autem Pontifices admodum foedauerint ecclesiam, nihilominus tamen conseruati sunt electi dei, atque Baptismus qui nomine dei datus est, non magis reiiciendus est, atque circumcisio qua Ezechias est circumcisus. Nam Iotham Ezechiae auus non contentus fuit templo dei & ueris sacrificijs, atque Achas pater eius sacram cathedram destruxit, templum domini clausit, & ingentem idololatriam commisit: nihilominus tamen Ezechias non est denuo circumcisus, sed contentus fuit circumcissione, quam miseris illis temporibus acceperat, & 23. annis iuuentutis suae habuerat. Quare igitur nos propter errores & uastationem Pontificia rebaptizari oporteret, cum Anabaptismus nihil aliud nobis conferre possit, quam ut denuo aqua ablusumur in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, quod ante factum est, & si nunc repeteretur, peccatum esset?

Baptismū  
paruulorū  
non esse falsum deum.

7. Baptismo paruulorū homines ad idololatriā abutuntur, seu falsum ex deo deū faciunt (aut in sua Adhortatione Anabapt.) quandoquidē in eo salutē constituunt. Persuadēt enim sibi ipsi infantē baptizatum Christianū esse, atq; si moriatur rectā in caelos migrare. Responsio. Nos ex Baptismo neq; nobis neq; alijs falsum deum fingimus. Nam id est falsus deus, quod à deo nos abducit, Baptismus autē paruulorū neminem à deo abducit, sed nos illi adducit & obstringit. Quare denuo sacrum Baptismum contumelia afficitis in graue iudicium uobis ipsis. Quod si hoc ignoratis, saltē nūc discite, nos Baptismo, tanquā externo elemento, non attribuere salutē, si cuti uos arbitramini, sed deo & gratiae eius, per meritum lesu Christi et sanctificationem Spiritus sancti: offertur autem haec salus, & representatur atq; obsignatur in Baptismo. Et quia deum ueracem agnoscimus, ideo de infantū salute, quae illis initio per promissionē pacta est, et deinde per Baptismū obsignatur.

designata, planè non dubitamus. Vos autem, quantũ ex hoc loco apparet, Anabaptista, de eorum salute dubitatis, & Christianorũ infantes baptizatos non agnoscitis pro Christianis, neque si moriantur rectà in cœlos migrare putatis. Ideoq; Baptismũ contemnitis, neq; dei uerbo creditis, quod docet deum etiam infantum deum esse, et talium esse regnũ cœlorum. En autem quàm uos egregie hanc causam agatis, qui adeo turpiter in errore uestro non hostes modo Baptismi, sed etiam salutis infantium deprehensi estis. Quamobrè ueniam à deo petite, redite ad ueritatem, & pœnitentiam egite. Plus satis enim sacrũ Baptismũ contumelijs affecistis.

6. Veruntamè illi in libro Adhortationis longius progrediuntur, atq; nihil est quod eos illic scribere pudeat, quare non omnia uerbotim, sed tantum summam breuiter commemorabo. Baptismus paruulorum (aiunt) uera origo, fundamentum ac radix est totius Antichristianismi, & abrogatio fœderis Christi. Ex hoc enim Monachatus exortus est. Quoniam enim Baptismi obligationem ignorarunt, uota sua & professiones quasi nouum quendã Baptismum instituerunt. Luxus, superbia, arrogantia, crapula & ebrietas ex paruulorum Baptismo oriuntur. Baptismus nanque porta est & aditus in ecclesiam, in quam nemo admittendus est, qui non ante diabolo renunciauerit, & fidem confessus fuerit: uerum hac re intermissa postquã infantes recepti & admissi sunt, & alij se pro alijs sponsores obtulerunt, ac fidem sponponderunt, perinde quasi postea in ipsorum potestate constitutũ esset fidem dare, cuius causa sponsores facti sunt: secuta est profanatio mysterij dei. Promittunt etiam se repugnaturus diabolo & uitijs: uerum uæ uæ miseræ sponcioni, propter ingentem blasphemiam, &c. Hæc & alia multa absurda & contumeliosa, scripta sunt in libro Adhortationis, cuius iam sepe mentionem feci. Circũferunt

De libro  
Anabaptistarũ, quem  
Adhortationem appellat.



## ADVERSUS ANABAPT.

autem miseri Anabaptistæ hunc librum, & sanctissimarum reliquiarum loco habent, cum reuera sit nullius precij, sed ita iure qui fastidiunt diuinam ueritatem, prauis hominum erroribus implicantur et seducuntur. Quicunq; uero huius libri authores fuerunt, temerarij & arrogantes fuerunt, qui multum sibi tribuunt, & sua omnia probant, & in nubibus ambulat tanquam cœlestes prophetæ, omnia difficilia & intricata faciunt (præcipue tamen Baptismi causam: in Cœnæ enim negotio aliquanto apertiores sunt, quamuis in ea quoq; aliquid peculiare habeant) sic ut si quis legere conetur, ita ut eorum sententiam bene assequatur, huic non una tantum lucerna opus erit. Nam cum multi alij errores de Baptismo eo libro traduntur, tum præsertim absq; omni pudore iam olim damnatus error Pelagij in ipso renouatur. Nullum enim peccatum agnoscunt nisi quod scienter committatur: & multa alia absurda mouent, quæ nunc omitto. Christianos autem homines bona fide hortor & moneo, ut hunc librum fugiant. Quamuis enim quædam in ipso bona contineantur, tamen ea alibi melius & minore cum periculo discuntur.

Quere supra lib. 1. cap. 11.

Pædobaptismū non esse radicē Antichristianismi.

Ad Anabaptistarum autē obiectionem breuiter respondendo, longe aliam radicem, originem & fundamentum Antichristianismi ostendi à Daniele 7. & 11. cap. & à domino nostro Iesu Christo in reuelatione Ioanni facta, quàm Pædobaptismum. Verum uerbis inflatis & ueneno turgentibus contra Baptismum paruulorum Anabaptistæ delectantur, ut hac ratione ipsum infamem, turpem & inhonestum efficiant, quo ipsorum Anabaptismus magis splendeat: atq; hoc illis comune est cum horribili illo cōuitatore dei Michaelæ Serueto Hispano, de quo supra scripsimus lib. 2. cap. 12. Baptismo uero paruulorum non tollitur nouum Christi fœdus, sed potius confirmatur. Etenim si hoc nouum Christi fœdus est,

Ierem. 31. Hebr. 8.

est, quod nobis propitius est, neq; peccatorum nostrorū meminit, atq; in huius rei signum omnes qui huius gratiæ participes sunt baptizantur, ideoq; etiam infantes baptizantur, quoniam huius gratiæ nō minus quàm adulti participes sunt, tum certe Baptismo paruulorum fœdus non tollitur, sed ab illis potius tollitur qui Baptismum paruulorū reiiciunt: imò arbitrantur nouum Christi fœdus non æque efficax & gloriosum esse atq; uetus fuerit, in quo fidelium liberi promissione & sacramentis comprehensi fuerunt. At nunc è contrario Anabaptistæ ita nouum fœdus astringunt, ut infantes nullum in eo locum habeant, neq; signum fœderis Baptismū consequi possint. Monachatus uero longe aliam originem quam Pædobaptismum, ueteres ostendunt, & imprimis Hieronymus in uita Pauli primi Eremitæ. Vota quoq; & professiones quæ nunc fiunt, non ita ab initio fiebant. Sed multa subinde dicunt Anabaptistæ, quæ nunquam probare & demonstrare possunt. Luxus, superbia, crapula et ebrietas nō ex Baptismo paruulorum, sed ex libidinoso & impuro corde oriuntur. Nam in Anabaptismo omnia illa fieri possunt, quæ impuri quidam homines in Pædobaptismo faciunt. Corinthij in cœna domini gulæ seruiebant, num uero cœna domini causa fuit & radix luxuriæ ipsorum? Quemadmodum uero Corinthij grauitè peccarunt, qui suas compotationes cœnæ domini commiscuerunt: ita non minus peccant impuri nonnulli homines cōpotationibus, crapula & ebrietate, quibus statim à Baptismo operam dant, & infantis baptizati nomine hæc conuiuia instituunt. Odit hanc turpitudinem deus, ac probi homines ab ea admodum abhorrent, neq; pij magistratus eam ferunt. Veruntamen propter quosdam abusus qui circa sacramenta contingunt, non ideo sacramenta ipsa uituperanda & abiicienda sunt, sed abusus tollendi. Hortor autem magistratus & ecclesiarum mini-

Abusus est  
ca Pædo-  
baptismū.

1. Cor. xxi

ADVERSVS ANABAPT.

stros, ut diligenter has computationes, quæ infantis baptis-  
zati nomine fiunt, & alios etiam Baptismi abusus tollant.

Quod si Baptismus porta est ecclesiæ, an non in domum,  
hoc est, in ecclesiam intromittendi sunt qui ad ecclesiã per-  
tinent, ueluti Christianorum infantes? Vita enim quæ se-  
quuntur Baptismum paruulorum, etiam circa Baptismum  
adultorum cõtingere possunt. Nam illi quoq; se mutare &  
male uiuere possunt. Num autem ideo nemo baptizandus  
est? Verum, ut diximus, culpa non est Baptismi, sed huma-  
næ malitiæ. Multa præterea inutiliter garrunt Anabap-  
stæ de sponsione quæ in Baptismo fiat, ac rem admodum ex-  
aggerant, eaq; abominanda faciunt, in quibus nulla est abo-  
minatio, ac satis declarant se ignorare quid nam aut qua de  
re loquantur. Etenim in nostris ecclesijs nullos sponsores  
postulamus qui de fide spõdeant, ac si in ipsis positum esset  
fidem postea donare, & c. sed tantũ testes in Baptismo adhi-  
bemus, qui testentur parentes petere ut infans signo fœde-  
ris in fœdus dei recipiatur, & externe coram ecclesia infi-  
gniat. Ideoq; minister in baptizãdo ipsos, ut infantis com-  
patres et cõmatres, alloquitur (unde etiam ueteri Germano-  
rum lingua *Geuatteren* Compatres nominati sunt) neque  
sponsionem ab illis exigit ut pro infante credãt, aut pro eos-  
dem contra diabolum pugnent: sed eos hortatur, ut si fortẽ  
antequã infans adolescat parentes eius moriantur, ipsi tum  
infantem symbolum fidei, & orationẽ dominicam doceant,  
& ita deo, cui in Baptismo oblatus est, adducant. Hanc au-  
tem ob causam à Germanis Testes, Baptismo adhibiti, *Göt-  
tinen* & *Gotten* à deo nominantur, quod ad diuinam uis-  
tam auxiliores & duces sint. Quid uero his turbis & cla-  
moribus in ecclesia opus est, quod *Væ ue* clamatis misera  
sponsione? & c. Iustius certe nos clamaremus, Proh miseros  
& peruersos homines, qui ea in re, in qua nihil tale est, tan-

De sponsio-  
ne quæ fit  
in Baptis-  
mo.



tam abominationem statuunt. Noui etiam hoc loco quid ueteres scripserint de eorum fide, qui infantes Baptismo offerunt: docuerunt enim horum fidē infantibus prodesse. Hoc autem non in uniuersum reiicio: ubiq; enim in Euangelio legitur, eos qui uera fide pro aliorum sanitate dominū adierunt, ab ipso benigne receptos, & ægros etiam humaniter sanatos esse.

Non tantum adultos qui fidem cōfiteri possunt, sed infantes quoq; ex ipsis natos, esse populum dei & in fœdere dei, ideoq; Baptismo signo fœderis consignandos esse. Cap. 4.

Posteaquam argumentis aduersariorum contra Baptismum infantum respondi, deinceps nostram doctrinam de Pædobaptismo explicabo, & cōfirmabo testimonijs scripturarum. Summam autem nostræ doctrinæ superius initio secundi capituli exposuimus: nempe, omnes in ecclesia baptizandos esse qui sunt ex populo dei, aut in nouo fœdere dei. Nam negari non potest, Baptismum signū esse filiorum dei, seu signū noui fœderis: quādoquidē ipsum dominus Matth. 28. & Marc. 16. nouo Testamento seu doctrinæ Euangelij coniungit: quemadmodum olim antiquo fœderi, quod nunc renouatum est, circumcisio à deo addita fuit. Quamobrem in hac re nulla est controuersia, de eo autem controuersatur, & in hoc status causæ consistit, qui nam populus dei, et in hoc fœdere dei sint. Hoc autem duabus rationibus cognoscimus. Primum ex cōfessione fidei. Hæc autem uel ex bono & sincero corde fit, ueluti cum Aethiops Eunuchus confessus est se credere Iesum Christum esse filium dei: uel fit ex falso & hypocritico corde, sicuti Simon se in Christum credere confessus est. Ecclesia itaq; secundum externā confessionem iudicat, & eos qui fidem confitentur siue ue-

Quin & sint  
populus  
dei.  
A&S.

ADVERSUS ANABAPT.

ro aut ficto corde id fiat, pro populo dei agnoscit, & in fœdere dei esse iudicat. Etenim homines externa confessione contentos esse oportet, corda autem scrutari nō hominum, sed solius dei est. Quandiu itaq; hypocrisis latet, & hypocrite non separant se ab ecclesia, uerum in ea manent, & palàm se fideles esse ferunt, tandiu tolerantur & in populo dei numerantur. Atq; hoc modo multi à Ioanne baptizati, hoc est, signo noui fœderis & populi dei obsignati sunt, quorum tamen interea hypocrisis & fraudes occultas coarguit. Philippus propter externam confessionem Simonem magum baptizauit, quem tamen Petrus postea increpauit, & dixit, cor eius non esse rectum coram deo, atq; non esse illi partem in hæreditate dei. Quare semper ministri eos recipere & tanquam populum dei baptizare possunt, qui Christum Iesum externe, ore ac moribus confitentur, ac Baptismum petunt, neq; opus est ulteriori disputatione de interno homine, quem deus sibi iudicandum seruauit. Interim tamen omnes docendi & monendi sunt, externam confessionem absque uera fide cordis nihil ad salutem prodesse, imò dominum omnem hypocrisis & hypocritas odisse, & puniendum esse: itaque sincere coram deo uiuendum esse, qui non possit à quoquā falli & decipi. Secundo agnoscitur populus dei ex diuina promissione: quos enim deus pro populo suo agnoscit, & se eorum deum fore ait, ipsos autem esse debere populum dei, hi proculdubio sunt populus dei & in fœdere continentur. Quis enim contradicet domino, et negabit hos ipsius esse quos ipse uerbo suo aperte suos esse asseuerat? Promissiones autem dei tales sunt, ut facile appareat, deum non tantum adultorum deum esse, qui ipsum uerbis et factis confiteri possunt, sed etiam infantum, qui ex fidelibus parentibus nati sunt, neq; adhuc uerbis aut factis deum confiteri possunt. Atque hanc sententiam confirmat eternam

eternum foedus, quod deus cum Abrahamo & semine eius in eternum pepigit. Etenim in illo aperte deus ait, Statuam pactum meum inter me & te, et inter semen suum post te in generationibus suis foedere sempiterno, ut sim deus tuus, & seminis tui post te, Gen. 17. cap. Quamobrē sic ratiocinamur, Quos deus pro populo suo & liberis atq; cōfoederatis agnoscit, hi sunt populus, filij & cōfoederati dei. Nā sicuti in Actis, cum Petrus Gentes nō agnosceret pro populo dei, A. A. 16. deus illi uisum quoddam misit, & id interpretatus est, ac dixit, Quae deus purificauit tu ne polluas, aut prophana & polluta arbreris Ita nos quoque dicimus, eos quos deus in foedus suum recepit, & pro populo suo agnoscit, à nobis non excludendos aut reiiciendos esse. Agnoscit aut deus pro populo suo et cōfoederatis suis infantes natos ex fidelibus parentibus: quare infantes à nemine ex foedere dei excludendū sunt, quasi nō sint de populo dei. Cum autem sint de populo dei, cur illis Baptismus signū populi dei denegaretur, quandoquidem circūcisio signum foederis puerulis octo dierum data est? Neq; impedit infantes suspecta quandoq; parentū fides. Quando enim petunt liberos suos baptizari, ea petitione minister contentus est, ut paulò ante de Ioanne & Philippo scripsimus, qui etiam hypoeritas baptizarunt. Impia uem uita Iotham & Achas non impedierunt circūcisionem Ezechiae, neque ille propter patris improbitatem deo minus gratus fuit.

Huic nostrae rationi de Baptismo paruulorum Anabapti-  
ste se infenso animo opponunt, & aiunt: Nos quidem ex-  
pectabamus ut concionatores Baptisinum paruulorum tan-  
quam noui foederis opus ex nouo foedere probarent, uerum  
illi contraria ratione antiquum foedus adducunt, quod anti-  
quatum & abolitum est, & hac ratione oculos simplicio-  
rum prastringunt. Omnino enim ueteris Testamenti res nō

Foedus cũ  
Abrahamo  
factū, eter-  
num esse.



ADVERSUS ANABAPT.

pertinent ad nouum populum, neq; frustra nouum fœdus,  
 nouum appellatur. Responsio. Scriptura expresse fœ-  
 dus quod cum Abrahamo deus fecit æternum nominat, & il-  
 lud inquit mansurum in æternum ipsi & semini eius. Quod  
 tamen de summis capitibus intelligendum est, ut alibi pro-  
 lixe & solide demonstraui, nempe præcipua capita nõ ab-  
 roganda aut antiquanda esse. Quatenus autem quasdam ex-  
 ternas res spectabat, ut Chananaë terram & similia que-  
 dam, fœdus hoc abrogatum est. Præcipuum uero caput illud  
 ipsum est de quo nunc contendimus, nempe deum Abrahami  
 & liberorum eius deum fore. Hoc caput fœderis non muta-  
 tur, ita ut deus nunc quoq; non minus nobis nostrisq; liberis  
 quam ueteribus propitius sit. An uero Anabaptiste saltem  
 cogitant, ne de dicendo loquar, deum in nouo Testamento  
 minus propitium esse quam in ueteri fuerit? Aut minorent  
 populum ab eo in nouum fœdus recipi quam in uetus? Atta-  
 men omnia in nouo Testamento abundantiora & perfectio-  
 ra sunt. Imò in nouo fœdere, hoc est, in sacro Euangelio, ex-  
 pressa fit huius capituli mentio. An non enim Christus diser-  
 te ait, paruulos ad se pertinere, & ipsorum esse regnum cœ-  
 lorum? An non Ieremias apud Paulum ad Hebr. 8. ita loquitur?  
 Nam hoc est fœdus quod paciscar domui Israel post dies  
 illos, dicit dominus: inditas leges meas in mentem eorum, et  
 in cor eorum inscribam: & ero ipsis deus, & ipsi erunt mihi  
 hi populus. Ero propitius peccatis eorum: & iniquitatum  
 ipsorum non recordabor amplius, &c. Quæso, an non hæc  
 etiã quoad rem ipsam deus in ueteri fœdere cū Abrahamo  
 pepigit? Deus, aiunt, non inscribit in corda infantium. Ego  
 uero aio temere eos loqui de rebus diuinis. Quomodo enim  
 probabunt deum nõ scribere in corda infantum? Deus enim  
 qui in utero materno Ioannem infantem comouit, ut præ-  
 sente Christo gaudio exultaret, anne iam non amplius ope-  
 rari

Ierem. 31.

Lucæ 1.

rari potest in cordibus infantum electorum suorū? Verum  
 hac re omissa, quam potentie & sapientie diuinæ cōmitti-  
 mus: nihilominus expresse deus in nouo fœdere testatur se  
 ipsorum deum, & ipsos suum populum fore. Si uero dicant  
 Anabaptistæ, deum hic nullam mentionem facere liberorū  
 sicut in ueteri fœdere fecerit, eodem modo quo ante respon-  
 deramus, Eum etsi non nominet, tamen ipsos subintelligere.  
 Etenim si exclusi essent, tum nobis deus minus propitius es-  
 set quàm ueteribus fuerit: hoc autem falsum est, & fieri nō  
 potest. Quare his uerbis, Ero deus eorum, & ipsi erunt po-  
 pulus meus, infantes non excludantur, sed comprehendun-  
 tur, & subintelliguntur: præsertim cum in Euaagelio clare  
 & expresse nominentur, ut mox ostendemus, & participes  
 sint huius capituli in fœdere, Peccatorum ipsorum non re-  
 cordabor amplius: alioqui dominus non dixisset infantum  
 esse regnum cœlorum, aut regnum dei: in illud enim nemo  
 pollutus ingredi poterit.

Quod autem fœdus hoc nouum nominatur, non fit ideo Nouum fœ-  
 dus seu tes-  
 tamentum.  
 quod nihil ex ueteri in nouo remaneat, sed propter renoua-  
 tionem & impletionem, & quod nouus populus non tantū  
 ex Iudeis, uerum etiam ex Gentibus in hoc fœdus ascitus  
 est: sicuti alibi copiose & solide probaui. Etenim Paulus Rom. 15.  
 quoq; testatur Christum uenisse, ut promissiones patribus  
 factas impleat, & ut Gentes gratiæ & promissionis parti-  
 cipes fiant. Ecclesiam etiam comparat arbori, cuius multi Rom. 11.  
 rami defracti sunt: ita autem seipsum interpretatur, ut facile  
 cognosci possit radicem ac truncū patres esse, quibus pro-  
 missiones factæ sunt, liberos autem ipsorum esse ramos, qui  
 propter incredulitatem sunt defracti, & eorum loco Gen-  
 tes insitæ sunt, ut nos iam ita dei populus simus, quemadmo-  
 dum antea patres cum liberis suis erant. Quare in nouo Te-  
 stamento infantes non penitus exclusi sunt ex nouo fœdere

## ADVERSUS ANABAPT.

Quinā sint  
semen A-  
brahami.

et numero populi dei.

Denuo uero aiunt Anabaptistæ, expresse scriptum esse, deum fore deum Abrahami et seminis eius in eternū. Explicationem autem meliorem in nouo Testamento proponi quinam uerum Abrahami semen sint, nempe non qui secundum carnem nati sunt, sed qui per uestigia Abrahami incedunt, hoc est, qui uere fideles sunt. Ita enim Paulum docere Rom. 4. Galat. 3. et Christum dominū Ioan. 8. Alibi etiam in Euangelio scribi, Dedit eis hanc potestatem ut filij dei fierent, qui non ex carne, sed ex deo geniti sunt, Ioan. 1. Quia uero Christianorum liberi secundū carnem geniti sunt, neque ueram fidē habent, non esse ueros Abrahami filios, ac propterea non esse in nouo fœdere ac numero populi dei. Responsio. Nostrum argumentum et ratio non nititur procreatione secundum carnem, ut ab ea pendeat quinam sint Abrahami filij, sed gratia et promissione dei, qui se Abrahami et seminis eius deum fore dixit. Propter hanc enim promissionem hi sunt filij Abrahami ex gratia, non propter procreationem secundum carnem: itaque non pugnant adducta testimonia scripturarum, quæ tantum ad adultos pertinent, cum salute infantum et gratuita adoptione in fœdus. Si uero denuo Anabaptistæ obijciunt Paulum ad Romanos 9. capite scribere, Neque enim quia semen sunt Abrahamæ, ideo omnes sunt filij: hoc est, non qui filij carnis ij filij dei, sed qui sunt filij promissionis numerantur in semine. Respondemus, Paulum rursus de adultis loqui, qui procreationem secundum carnem iactant, non autem imitantur fidem Abrahami. Interim nihilominus uerum est, Gentes quia crediderunt euangelio ab apostolis prædicato, ueteri trunco Abrahami insitas esse, ideoque ipsas omnium promissionū, quæ Abrahamo datæ sunt, participes factas esse, ac eorum liberos receptos esse in familiam dei. Sicuti ubique in Euangelio et apostol



Postolorum scriptis hi qui Euāgelio crediderunt Abrahami filij nominantur, atque familiarum non minus mentio fit quam in ueteri populo, &c.

Solida doct̄ina ex Euangelio petita, de certa & indubitata salute infantum. Cap. 5.

**D**Einceps solide demonstrabo ex sacra euangelica doct̄ina, infantes qui Abrahami fidē confiteri non possunt, nihilominus in nouo Testamento esse & appellari filios dei, ideoq; etiam ueros Abrahami filios esse, & necessario foedere dei contineri. Marci 10. capite sic scribitur: Tunc obtulerūt ei puerulos, ut tangeret eos: discipuli uero obiurgabant eos qui offerebant. Quū autem id uidisset Iesus, indignatus est, & dixit eis: Sinite puerulos uenire ad me, & ne prohibeatis eos: talium enim est regnū dei. Amen dico uobis, quicumq; non acceperit regnum dei ut puerulus, nequaquā in id ingreditur. Et quum cepisset eos in ulnas, impositis manibus super eos, benedixit eis. Non autem dubium est hoc loco infantum mentionem fieri, non tantū quia ipsi ad dominum non abierunt, aut quia ab alijs allati sunt, sed quia Lucas expresse τὰ βρέφη, hoc est infantes, nominat. Præterea facile apparet, ut supra quoque monui, discipulos non ex inhumanitate aut immanitate aliqua iratos fuisse, sed quod existimarent frustra dominum molestia affici, cum illi adhuc ratione & intellectu carerent. Sed dominus non tantum hoc nomine indignatur contra discipulos, sed uerbis simul factisq; declarat, quid ecclesia Christi de infantibus iudicare debeat. Verba enim aperta & perspicua sunt, Sinite puerulos uenire ad me, & ne prohibeatis eos: talium enim est regnum dei. Et rursus, Amen amen dico uobis, quicumque non acceperit regnum dei ut puerulus, nequaquam in id ingreditur. Quis uero dicet eorum esse regnū

Christianorū  
liberos  
esse filios  
dei.

ADVERSUS ANABAPT.

cælorum qui ipsi non sunt populus aut filij dei, neque scire dei continentur? Quis enim alius est finis & usus ut quis sit de populo dei, quam ut in regnum dei ingrediamur? Itaque cum infantum sit regnum dei, necesse est eos esse in fœdere & in populo dei. Quare igitur negandus esset illis Baptismus signum populi dei? Quantum uero ad facta domini attinet, ita certe cum infantibus egit, ut facile appareat deum infantes singulari amore complecti: nam eos in ulnas cepit, manus eis imposuit, orauit, & benedixit eis. Verum Anabaptistæ nusquam aiunt scribi eum baptizasse infantes. Responso. Hoc non est mirum: nam dominus ipse neminem baptizauit. Apostoli uero & primi fideles cum agnoscerent Baptismus esse signum fœderis, quo filij dei consignandi essent, & præterea ex factis et dictis Christi aperte uiderent, dominum infantes pro suis qui regni dei participes essent agnoscere, non hæsitauerunt in Pedobaptismi causa, neque solliciti fuerunt aut dubitarunt an infantes baptizandi essent. Præterea locum Marci 10. cap. non in hunc finem adduxi, ut ex eo probarem Christum infantes baptizasse, sed ut ostenderem, infantes dei esse, & fœdere eius contineri. Hoc enim confirmato, sponte inde sequitur ipsos baptizandos esse.

An scrutanda sint scripturæ de salute infantum.

Posteaquam uero aduersarij nostri huc adacti, & ita undique cincti sunt ut subterfugere saluo honore non possint, multum se torquent, & alia obijciunt, ac dicunt: Non esse scrutandum de infantium salute. Nostrum nõ esse ipsos saluos aut damnatos pronuntiare: sed eos merito deo iudicandos relinqui. Responso. Hac ratione auferre conamini doctrinam & consolationem quam in uerbo suo deus nobis dedit, in quo diligenter etiam docuit quid de salute infantium sentiendum sit. Quod si non adeo apertam doctrinam haberemus, tum ut in alijs dubijs causis totam hæc rem ad illud

ad iudicium dei reijceremus: uerum certam doctrinam & solidam consolationem habemus, ac scimus deum non tantum nobis, sed liberis quoque nostris propitium esse. Vos autem propter uestram pertinaciam in re adeò cōsolatione plena nos dubitare uultis. Animaduertite quæso quàm egrègiū sit hoc quoque uestrum factum. Sed inutilem curam dicunt esse, & curiosam quæstionem, de alterius salute quæ rere. Etenim cum Petrus scire desideraret quid de Ioanne Ioan. 21. futurum esset, respondit illi dominus, Si uelim eum manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere. Responsio. Sollicitum esse de salute liberorum suorum, non tantum non est inutile cura, sed ualde etiam necessaria, & à deo præcepta. Quis enim non agnoscit turpem negligentiam & securitatem esse, si non curemus an liberi nostri dei aut diaboli sint? Petrus uero non desiderabat scire an Ioannes saluus foret aut non, sed quia intellexerat se occidendum esse, desiderabat scire qua morte Ioannes, quem coràm uidebat, moriturus esset. Hanc quæstionē ut curiosam, qualis etiam erat, dominus reijcit.

Porrò sacrae literæ iubent nos sollicitos esse de aliorum Sollicitos nos esse debere de infantum salute. hominum salute, quanto magis ergo nostrorum liberorum salus curanda est? Paulus iubet ut diligenter oremus pro omnium salute, etiam Gentilium magistratum, & ait: Hoc enim bonum & acceptum est coram deo seruatore nostro, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Multa quoque & magna parentes qui pro liberis solliciti fuerunt, sua sollicitudine à domino impetrasse, Euangelium testatur: ueluti Centurio pro puero sollicitus, uitam & sanitatem illi impetrauit, Matth. 8. & similiter regius ille filio suo, Ioan. 4. & Iairus filia, Matth. 9. Chananaea item mulier filia suæ, Matth. 15. & pater filio demoniaco, Marci 9. & alij plures. Ut taceam quod



ADVERSVS ANABAPT.

hoc ipso loco Marci 10. cap. parentes pro liberis suis solliciti fuerunt, & quum discipuli hæc non ita ut oportebat, exciperent, à domino increpati sunt, qui infantibus benedixit, & satis ostendit sollicitudinem hanc parentum de liberorum salute sibi probari. Quare rursus Anabaptistæ erroris arguuntur.

Quare dominus dicitur dicat Talium & non Horum.

Quare cum denuo illis pugnandum sit, obijciunt uoculam Talium. Non scriptum esse Horum, sed Talium. Itaque dominum non loqui de carnalibus paruulis qui presentes erant, sed de spiritualibus, hoc est, de adultis hominibus, qui innocentia infantibus similes sint, horum esse regnum cælorum, non autem infantum. Responsio. Verba ipsa, & natura earum rerum quæ inter se conferuntur, aperte & efficaciter docent, uerba Christi primum de infantibus intelligenda esse, ipsorum esse regnum cælorum, nempe ex gratia: deinde etiam adultorum qui illud tanquam infantes accipiunt. Nisi enim hæc de infantibus dominus locutus esset, non cepisset eos in ulnas, neq; eis benedixisset, imò omnino non dixisset, Amen amen dico uobis, quicumq; non acciperit regnum dei ut puerulus, nequaquam in id ingreditur. Itaq; primo infantes regnū dei accipere oportet. Qui enim alteri dicit, Nisi feceris ea quæ ille fecit, nunquam sanitati restitueris, de eo loquitur qui sanitati restitutus est, eò quod hoc uel illud fecerit, quod ipse alterum facere iubet, ut & ipse sanus fiat. Quinetiam dominus non absque graui causa non dixit Horum, sed Talium: nempe ne intelligeremus eos solummodo infantes qui tum domino oblatis sunt, sed omnes ipsis similes: item ut adultos quoq; intelligeremus, qui regnum dei sicut infantes accipiunt, uidelicet ex gratia non secundum merita, eò quod ipsorum peccata oblecta sint, & scelera atq; impietas non penitus in eos imperiū obtinent, &c. Quid autem miseri isti homines, hoc loco de spiritualibus

libus infantibus multa uerba faciunt, ut rem per se perspicuam obscuram faciant? An non enim manifestum est, atque negari non potest, neq; infantes neq; adultos absq; carne seu extra carnem uiuere? Scriptura autem solum prohibet, ne secundum carnem uiuamus, Rom. 8.

De huiusmodi autem paruulis, hoc est, de infantibus, & de adultis, qui se infantibus cōformes faciūt, dominus Matth. 18. ita loquitur: Quisquis exceperit unum puerulū talē, me excipit. Ecce quanti deus faciat puerulos, quorū Anabaptistæ nullā rationē habent. Quinetiam, quod uehementius est, addit: Quisquis autē offenderit unum ex paruīs istis qui in me credunt, pręstiterit ei ut demergatur in profundo maris. Nominat autem hoc loco paruulos non tantū humiles, similes infantibus, sed fideles: ait enim, Qui in me credunt. Quare nonnulli hinc concludunt, & id etiam alijs scripturarum locis confirmant, esse in infantibus occultam fidem. Quam sententiā ego suo loco relinquo: simplicior autē interpretatio est, quod fidei & fidelium nomen bifariā usurpatur in scripturis. Primum enim fideles nominantur, qui uerbum audiunt & huic credunt, & fidem suā dictis & factis testantur & confitentur. Infantes autem non sunt hoc modo fideles. Secundo, fideles appellantur in scripturis, ueluti hoc loco infantes, hi qui fidem quidem confiteri non possunt, at tamen inter fideles numerantur, idq; ex mera gratia dei, qui infantes quoq; fœderi inclusit. Ideoq; iuxta Euangelium infantes recte fideles appellantur.

Posteaquā uero dominus adultis paruulos exempli loco proposuit, ne quis forte eos unā cū Anabaptistis sperneret, addit, Videte ne contemnatis unum ex paruīs istis. Ac rationes affert. 1. Adeo namq; deo dilecti sunt, ut ministros suos Angelos illis adiungat. 2. Tanti etiā sunt apud deum, ut filius dei de cœlo uenerit ad seruandum eos. 3. Hoc ip-

Quantum deus diligit & curat infantes.

ADVERSUS ANABAPT.

Sum dominus eleganti similitudine ouis perditæ illustrat, & tandem ita concludit: Ita non est uoluntas coram patre uero siro qui in cœlis est, ut pereat unus ex paruis istis. Quare multa & firma testimonia de infantū salute habemus, quod item dei sunt, & ideo etiam baptizari debeant.

Infantes baptizari posse & debere: & apostolos quoq; infantes baptizasse. Cap. 6.

**Q**uamuis hæctenus doctrina nostræ de Baptismo paruulorum euidentibus scripturarū testimonijs satis illustrata & cōfirmata est, attamen alia adhuc argumenta quæ alijs meis libris continentur, et hæctenus à nullo Anabaptistarum confutata sunt, in simpliciorum gratiam breuiter repetam, & ostendam infantes posse & debere baptizari, ac apostolos quoque infantes baptizasse.

Christus ius  
fit baptizans  
re omnes  
Gentes.

Act. 2.

1. Christus dominus apostolos baptizare iussit omnes Gentes, idq; apostoli fecerunt. Quare etiam infantes baptizare iussit, & eosdem apostoli baptizarunt. Gentium enim nomine infantes continentur, quamuis nominatim nullæ eorum mentio fiat. In Actis apostolorum scribitur, Omnes autem qui credebant, erant eodē loci, & habebant omnia communia. Nulla hic fit infantum mentio, num autē ideo credendum est eos infantes abiicisse, ac non potius ipsos secum habuisse? Paulus etiam 1. Cor. 10. Patres ait omnes sub nube fuisse, & omnes mare rubrum transisse, &c. Hic autem ne unica quidem litera mentio fit infantum, qui tamen non excludendi, sed subintelligendi sunt. Quod si in typo Baptismi fuerunt, quamuis non nominentur, cur non etiam baptizarentur, quamuis hic quoq; nō nominatim eorū mentio fiat?

Christus ius  
fit fideles  
baptizare.

2. Christus apostolos iussit baptizare omnes eos qui populus ipsius, hoc est, qui fideles sint, & hac in re apostoli illi obtemperarunt. Quare non tantū adultos baptizarunt qui fidem confiteri potuerunt, sed etiam ipsorum liberos:

nam



nam dominus in Euangelio infantes quoq; fideles nominat, ueluti supra ex 18. cap. Matthæi docui. Imò nunc quoq; tota ecclesia, infantes & adulti, paruuli & maiores, diuites & pauperes, omnes uno nomine fidelium appellantur.

3. Doctrina maiori diligentia quam sacramenta apostolis à domino commendata est. Quamuis enim sacramenta, ut sacra & diuina instituta, magni estimarunt, nihilominus tantum uerbum in maiori pretio apud eos fuit. Notum enim est Pauli dictum, se non ad baptizandum, sed ad predicandum Euangelium, uocatum esse. Euangelica autem doctrina infantes non excludit à salute, sed aperte testatur, ipsos dei esse, ac regnum dei ad eos pertinere. Cum autem hæc apostoli inter Gentes prædicarint, et simul etiam docuerint Baptismum initiatoriū signum esse fœderis populi dei, facile hinc ratiocinari possumus, fideles ex Gentibus liberos suos ad baptizandum obtulisse. Etenim in Baptismo signum, hoc est aqua, consideratur, & res signata, nempe remissio peccatorum, item esse de populo dei, &c. Quare cum id quod maius est infantes habeant, rem scilicet signatam, gratiam dei & remissionem peccatorum, quis illis id quod minus est, signum, aquam uidelicet, denegabit?

Coram Cornelio & multis fidelibus, ut in Actis referatur, D. Petrus aperte confessus est, Baptismum aquæ non esse denegandum illis qui participes facti sunt spiritus sancti. Quare infantibus D. Petrus aquæ Baptismum non denegauit, sed dedit. Quoniam participes sunt spiritus sancti, cum Paulus dicat, Quod si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: unde sequitur eos qui Christi sunt, spiritum eius habere. Infantes autem Christi sunt, & ipsorum est regnū dei, quare de illis etiam concludunt uerba Petri, Num quis aquam prohibere potest, quo minus scilicet baptizentur isti qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Quæ

Verbū præstantius esse sacramētis.

1. Cor. 1.

Petrus eos baptizauit qui spiritū dei habuerunt.

Rom. 8.

ADVERSUS ANABAPT.

uis autem hæc à Petro de re certa & indubitata dicta sint, nihilominus tamen Anabaptistæ singulari impudencia id prohibere conantur, quod Petrus à nemine penitus prohibendum existimabat. Quod autem aiunt hæc in Actis dicta esse de Cornelio & illis qui cum ipso fuerunt & audierunt Petri concionem, ac ei crediderunt, non contradicimus illis, sed ad dimus, tum in questione fuisse an Gentes (Cornelius autem cum suis Gentilis erat) essent de populo dei, an Euangelium & ea quæ Euangelio offeruntur, ad eos pertinerent, ita ut Baptismo in ecclesiã recipi possent. Quare D. Petrus ita ratiocinatur, Nos qui ex circumcisione populus dei sumus, baptizati sumus & donati spiritu sancto: itaq; cum Gentes eundem nobiscum spiritum acceperint, & spiritu sicut & nos baptizati sint, quis prohibebit quo minus etiam aqua baptizentur, ut in ecclesiam cooptentur, cū Euangelij & omnium donorum quæ in ipso offeruntur, participes sint? Quare propter nos quoq; recte hinc concludimus, infantibus non esse denegandum Baptismum aquæ, quandoquidem spiritu dei baptizati & donati sunt. Quamuis enim externo Baptismo spiritus, nempe linguis igneis, nõ sunt baptizati, tamen nihilominus habet testimonium spiritus, cui contradici non possit.

Baptismus  
succes-  
sit in locum  
circumcisionis.

5. Baptismus in nouo Testamento eodem modo noui fœderis signum factus est, quo in ueteri circumcisio antiqui fœderis signum fuit, atq; ita Baptismus in locum circumcisionis successit, ita ut iure Christianorum circumcisio appellari possit. In ueteri autem Testamento nõ tantum adulti, sed infantes quoq; circumcisi fuerunt: ideoq; in nouo Testamento non tantum adulti, sed infantes quoq; baptizandi sunt. Sicut autem argumentum hoc firmum & simplex ac perspicuum est, ita huic ualde indignantur Anabaptistæ, ac negant Baptismum in locum circumcisionis successisse: ac multa absurda nec

nec ullis rationibus confirmata de circuncisione & discrimi-  
 ne ueteris & noui Testamenti scribunt, quæ si cui forte li-  
 beat, peti possunt ex ipsorum Adhortatione, in quo libro hac  
 de re alioqui satis perspicua (de qua nos copiose & simpli-  
 citer lib. 4. scripsimus) ita obscure & intricate loquuntur,  
 ut dubitem an ipsi intelligat quid scripserint. Quare nos o-  
 missis eorum nugis obscuris & inutilibus, quæ nullis rationi-  
 bus confirmantur, simpliciter retinemus Christianam do-  
 ctrinam, quæ ab apostolorum ætate in ecclesia conseruata  
 & tradita est, nempe in locum circuncisionis successisse Ba-  
 ptismum, imò Baptismum in circuncisione adumbratum fuis-  
 se, ideoq; ueram & spiritualement circuncisionem esse. Quod  
 si quis hac de re testimonia ueterum doctorum desiderat, le-  
 gat Cyprianum lib. 3. epist. 8. & Aduers. Iud. cap. 8. Lactan-  
 ti lib. 4. cap. 15. Epiphanium cont. hæret. in Epic. sect. 8. & con-  
 tra Cerinthum. Augustinum epist. ad Dardanum 57. & De  
 nupt. & concup. ad Valer. lib. 2. cap. 11. & cont. Iulianum li-  
 bro 2. Veruntamen ne Anabaptistæ nobis obijciant, nos ho-  
 minū doctrinis niti, age audiant ea quæ D. Paulus ad Coloss.  
 scribit, his uerbis: Per quem (Christum Iesum) & circunci Coloss. 2.  
 si estis circuncisione quæ fit sine manibus, dum corpus car-  
 nis peccato obnoxie exuistis per circuncisionem Christi: cõ-  
 sepulti cum eo per Baptismum, per quæ etiam cum eo resur-  
 rexistis, per fidem potentiæ dei, &c. Quid quæso homini-  
 bus non contentiosis apertius dici posset, quam quod aposto-  
 lus ait, Baptismum esse circuncisionem Christi? quod nun-  
 quam dixisset, si non in circuncisionis locum successisset Ba-  
 ptismus. Nam ante hæc uerba docuit fideles in Christo om-  
 nem plenitudinem habere, ideoq; ipsos ad perfectionem sui  
 non indigere lege aut cerimonia: eum enim qui Christum  
 uera fide possidet, omnia ea habere quæ lege adumbran-  
 tur. Probat autem hoc circuncisionis exemplo, qua Christiæ



## ADVERSUS ANABAPT.

ni non amplius opus habeant, eo quod in Christo omnia habeant quæ circumcissione adumbrata fuerunt, nempe purgationem à peccatis. Christum enim purgare à peccatis absq; circumcissione manu facta, redemptione à se facta & spiritu suo: huius autem circumcissionis seu purgationis signum Baptismum dare eum populo suo: eandem uero Baptismi et circumcissionis significationem esse, nempe ut peccatū sepeliatur, & nouus homo in Christo resuscitetur, &c. Etenim circumcissio quoq; significauit ueteres ut impuros & peccatores per Christum uenturum Messiam circumcidi & purgari debere, ut posthac aures, oculos, manus, & singula membra circumcendant, & à peccato impolluta conseruent, &c.

Apostoli integras familias baptizarunt.  
1. Cor. 1.  
A& G.

6. Manifestum etiam est apostolos integras familias baptizasse: quamobrem haud dubie infantes quoque, ut qui non minima pars sint familiarum, baptizarunt. Paulus se baptizasse ait familiam Stephane. Præterea in Actis apostolorum de custode carceris Philippis scribitur, Baptizatus est ipse & omnes domestici illius illico. Quinque perduxisset eos domum suam, apposuit eis mensam, & exultauit cum uniuersa domo suo, quod credidisset deo. Domus autem nomen, quantum ex hoc loco animaduerti potest, bis in scripturis: primum enim ædes significat, in quibus paterfamilias cum familia, uxore, liberis & seruis habitat, atq; ita custos carceris apostolos domum duxit, & illis mensam apposuit: deinde idem nomen non ædes significat, sed familiam, uxorem & liberos. Quare cum scribitur apostolos baptizasse domos, intelligendum est ipsos patremfamilias et omnes qui sub eius potestate et in eius domo erant, baptizasse: quare etiam præcipue infantes baptizarunt.

Quid Domus nomen in scripturis significet.

Verum Anabaptistæ, qui absque fine contendere solent, & hoc tantum spectant, ut aliquid dicant & uincant, neq; ullam quantumuis bonam & simplicem institutionem admittunt,

tunt, nouam litem hoc loco mouent, & aiunt, non posse hæc de infantibus intelligi, quandoquidẽ scriptum sit, ipsum cum uniuersa domo sua exultasse, quod credidisset Christo, infantes autem non posse exultare aut credere. At neque nos dicimus hæc ad infantes referri debere, quod illi exultarint. Nõ tamen ideo è domo atque à Baptismo excludendi sunt: aperte enim scribitur, Baptizatus est ipse & omnis domus eius illico: obseruandum autem est quod dicitur omnis domus eius. Etenim si pater familiãs priuilegio aliquo donetur à principe quod ad totũ genus ipsius pertineat, & ideo cum suis, qui exultare possunt, exultet: num ideo priuilegio hoc infantes priuabuntur, quod nondum exultare possunt? Rursus dicunt Anabaptistæ, nullos infantes in illis familijs fuisse. Sed hoc nobis probari cupimus, nam temerariæ eorum assertioni & negationi non habemus fidem. A nostra parte stat communis sensus totius orbis, ubiq; nanque domus nomine infantes comprehenduntur. Quare probent ipsi nullos infantes in Stephanæ & custodis carceris domibus fuisse: item ostendãt infantes non debere communiter in domo numerari. Hoc autem nunquam in æternum probabunt: quare contra illos cõcludimus: Apostoli domos baptizarũt, igitur etiam infantes. Infantes enim cum uniuersa familia domo continentur: hoc autem tribus testimonijs confirmabimus. Genesis 17. capite scribitur: Eodem die circumcisi sunt Abrahamus & Isnael filius eius, & omnes masculi in domo eius. Simile huic est, quod legitur Genesis 30. quod Iacobus Labano ait, iustum est ut aliquando etiã provideã domui meæ: attamen domum non habebat, sed uxores, liberos & seruos. Eodẽ modo Paulus presbyterum iubet eligi, qui bene præsit domui suæ, qui obtemperantes liberos habeat, 1. Tim. 3. Sed nũc omiſsa hac contentione de domibus, speramus fideles, dociles, & ueritate studiosos homines, facile nunc perspicere nostram de par

An infantes in domo numerentur.

## ADVERSUS ANABAPT.

uulorum Baptismo doctrinam niti fundamento scriptura-  
rum, Anabaptistarum autē obiectiones confutatas esse et e-  
uersas. Quamobrē eos rursus hortamur, ut abiecto graui er-  
rore, ueritatem apud nos unā nobiscum amplectantur, ut de  
us glorificetur, & propriae salutis consulant.

Anabaptismum iniustū esse, et antiquitus dam-  
natum fuisse; neq; ulla uera testimonia scriptura-  
rum habere. Cap. 7.

Contra A-  
nabapti-  
simum.

24.

**P**ost ea, quae ante diserui, non necesse est ut prolixè  
Anabaptistarum dogmati respōdeamus. Etenim cum di-  
cāt Anabaptismum esse uerum Christianorū Baptisma quod  
consentientibus detur ad poenitentia, qui ante instructi sine &  
rationis usum habent: nos autē de his omnibus supra copiose  
& satis scripserimus, & probauerimus etiā Baptismū par-  
uulorū iustū & ex deo esse, sponte sequitur Anabaptismum  
iniustum esse. Præterea nō minus infantibus Pædobaptismus  
ad poenitentia dari potest, quā adultis Anabaptismus. Con-  
fessio autē adultorum nihil aliud efficit, quā quod ministro  
licet ipsos propter confessionem ipsorū baptizare. Cum autē  
deus infantum uice confiteatur, eos ipsius & æternæ uite  
hæredes esse, cur non maiori fiducia minister ipsos propter  
dei confessionē baptizaret, quā adultos propter humanā cō-  
fessionē? Quod autem ratio & intellectus in infantibus non  
dum uiget, nō plus eos impedit nunc in Baptismo, quā olim  
eos in circuncisione impedit.

Quoniam uero alibi de Anabaptismo ea scripsi quae sin-  
gulariter huic loco inseruiunt, & lectori, ut spero, utilia e-  
runt, eadem nunc repetam. Imperatoribus Decio & Gallo,

Quenā o-  
lim in Ana-  
baptismi  
causa facta  
fuerint.

questio in Africa mota est, An heretici rebaptizandi sint.  
Visum autem est beato Cypriano, & reliquis episcopis Car-  
thaginensis concilij, rebaptizandos esse. Sed id Cornelio epi-  
scopo



scopō Romano, sancto & docto uiro, & qui martyr æque ac Cyprianus fuit, ac alijs episcopis Italia displicuit. Placebat aut̄ illis hæreticos abiectis prauis opinionibus, & uera confessione edita, tantum per manuum impositionē purgari debere: sicuti docet Eusebius Eccles. hist. lib. 7. Extat etiā tractatio hac de re in Dogmat. Ecclesiast. ca. 52. Verum Cyprianus, quod diligenter obseruandum est, in hac causa nulla pertinacia usus est: nā in fine epist. ad Iubaianū, ita scribit: Hæc tibi breuiter p̄ nostra mediocritate rescripsimus, frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus unusquisq; episcoporum quod putauerit faciat, habens arbitrij sui liberam facultatem. Postea uero Ariani & Donatistæ Anabaptismo usi sunt. De Arianis enim historici scribunt, & præsertim Sozomenus lib. 6. Ac Patres quandoque huius rei mentionem faciunt.

Aduersus Donatistas uero D. Augustinus cū alijs uiris doctis disputauit. Quinetiam lex Imperatoria ab Honorio & Theodosio Impp. edita est, qua Anabaptismus interdicitur. Lex hæc à Iustiniano inserta est Cod. libro primo, Tit. 6. his uerbis: Si quis rebaptizare quempiam de ministris catholicæ sectæ fuerit reiectus: unā cum eo, qui piaculare crimen commisit ( si tamen criminis per ætatem capax sit ) & hic, cui persuasum sit, ultimo supplicio percellatur. Ibidem & Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus ad Florianum uicarium Asiæ ita scribunt: Antistitem qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse censemus: eorum enim condemnamus errorem, qui apostolorū præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate nō purificant, sed incestant, lauacri nomine polluētes. Atq; hæc sentētia & uolūtas fuit horū Cæsariū. Reuera enim nomen domini cōtumelia afficiūt quod inuocatū est super eos qui baptizati sunt, qui illos rebaptizant, & hi etiā qui rebaptizantur, & institutū do-

ADVERSUS ANABAPT.

mini tanquam inane & nullius precij cōtemnunt. Christum non nisi semel baptizatum esse legimus. Semel duntaxat apostoli baptizati sunt: semel etiā baptizati sunt reliqui sancti. Neque etiā legimus eos qui semel à Iuda baptizati fuerāt, postea ab aliquo digniore ministro rebaptizatos esse. Certum enim est sacramentorum dignitatem non pendere à dignitate ministrorum. Apud ueteres quoq; neminem secundo circumcisum esse legimus, ne illos quidem qui ante Ezechiam & Iosue imperium ab idololatricis ministris, non tamen ad idololatriam, sed in fœdus dei circumcisi fuerant: quod aliis ostendimus. Quare iniuste cerimonia Baptismi repetitur, et hoc factum exemplo caret, neque ulla necessitas hoc postulat. Ad quid enim Anabaptismus confert, cum Baptismus semel datus per uniuersæ uitæ spaciū duret? Quin etiā Anabaptismus nihil aliud est quàm conspiratio & conuorsatio atque confœderatio nouæ, seditiosæ, & ut minimum superstitiosæ sectæ, ut noua separata ecclesia, noua doctrina Christianæ & apostolicæ doctrinæ in uniuersum conerariā recipiatur: ideoq; non mirum est, contumaces Anabaptistas publicis legibus et edictis magistratuum coerceri et puniri. Nam hæc ipsa per se pœnam merentur, neque à Christiano magistratu ullo modo toleranda sunt.

Quomodo  
Anabapti-  
stæ tueantur  
Anabapti-  
smum.

Obijciunt uero nobis Anabaptistæ duo scripturarum loca. Primū ex 5. capite libri Iosue, quo loco sic scribitur: Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israel. Non potuissent autem (inquiunt illi) secundo circumcidi, nisi ante circumcisi fuissent. His respondeo, secundo circumcidi aut secundo aliquid fieri, non esse idem ac id fieri quod ante factum est, præputium enim semel circumcisum quomodo de nouo potuisset præcidi, quum semel ablatum fuisset? Quare id denuo aut secundo fit, quod diu intermissum fuerat. Ideoq; uox secundi nō intelligenda est de circumcidendis, sed de te-  
pore

pore quo circumcidendi erant qui hactenus non fuerant circumcisi: primū enim in Aegypto communiter circumcisi fuerant antequam Pascha ederent: postea uero antequam in Chananeam ingrederentur, secundo itidem communiter circumcisi sunt, illi nempe qui hactenus in deserto & in itinere non fuerant circumcisi. Nanque eodem capite scribitur, omnes mares qui egressi fuerant ex Aegypto, mortuos esse in deserto, eorum autem liberos non fuisse circumcisos, ideoque ut olim patres eorum in Aegypto, sic ipsos in Chananea circumcidi oportuisse. Quare hoc testimonium legis, Anabaptistas nihil iuuat.

Secundo proferunt Anabaptista, locum Actorum 19. & dicunt, duodecim illos Ephesinos primum aquae Baptismo, Ioannis inquam Baptismo ab Apollo baptizatos fuisse, eosdem deinde à Paulo in nomine Christi rebaptizatos esse. His respondemus, duodecim illos non fuisse aqua rursus baptizatos à Paulo. Semel aqua baptizati fuerunt, idque illis satis fuit. Neque etiam Paulus ipsos alio aquae Baptismo quam Ioannis, baptizare potuisset: ante enim probauimus eundem esse aquae Baptismum Ioannis, Christi, & Apostolorum: & ostendimus Baptismum ignis seu spiritus sancti, peculiarem Christi Baptismum esse. Quamobrem Ephesini illi aqua quidem baptizati erant, sicuti & à Philippo Samaritani: nondum autem plene edocti de Baptismo ignis, neque igne baptizati: imò confitentur se ignorare an talis Baptismus sit, hoc est, an spiritus sanctus uisibili specie ignis super homines cadat. Nam alioqui non simpliciter & prorsus ignorabant spiritum sanctum esse, absque illo enim haud dubie non crediderant, si uere crediderunt. Quare tantum ignis baptismum ignorarunt. Sicut autem Petrus & Ioannes Samaritanis manus imposuerunt ac illi confestim acceperunt spiritum sanctum: ita Paulus Ephesijs manus imposuit, & illi quoque spi-

Quomodo  
12. illi Acto  
rum 19. bap-  
tizati fue-  
runt.



## ADVERSVS ANABAPT.

ritum sanctum acceperunt. Lucas nanque ait, His igitur au-  
ditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. Ne quis uero hæc  
intelligat de aquæ Baptismo, modum huius rei exponit, &  
seipsum interpretatur, ac ait, Et quum imposuisset eis manus  
Paulus, uenit spiritus sanctus super eos. Hoc antea nomina-  
uerat, baptizari in nomine Christi. Sequitur enim, Et loque-  
bantur linguis & prophetabant. Semper uero hoc ipsam  
fructus & operatio fuit Baptismi ignis in prima ecclesia.  
Quamobrem Anabaptistæ nullis testimonijs sacrarum liti-  
rarum Anabaptismum suum confirmare possunt. Explicauit  
quidem hunc Actorum locum aliter in alijs meis scriptis, at-  
tamen hanc interpretationem simplicissimam esse iudico.

Postquam uero hætenus Anabaptistis in toto Baptis-  
mi, Pædobaptismi & Anabaptismi negotio, ueram senten-  
tiam exposuimus, hortor eos, & obsecro denuo, ut ad glori-  
am dei atque suam salutem, errorem conceptum deserant,  
& ueritati libenter cedant. Omnes enim sana ratione, &  
Christiana moderatione utentes, facile uident nos non abui-  
ti Baptismo in nostris ecclesijs, neque falsa de ipso docere:  
quamobrem nullo iure Anabaptistæ à nostris ecclesijs desi-  
ciunt, & peculiare ac separatas ecclesias instituunt.

Docere nos uere & simpliciter de Cœna domi-  
ni: Anabaptistas autem iniuste nos dissidiorum  
& contentionis accusare. Cap. 8.

Conciona-  
tores profa-  
nare coenā  
domini

25. **V**igesimoquinto & postremo dogmate, Anabaptistæ  
nos accusant grauisissimi erroris, imò sceleris, quod pro-  
phanemus coenam domini: aiunt enim, Concionatores nulla  
separatione utuntur, peccatores non arcent à cœna domi-  
ni, neque utuntur excommunicatione. Hinc concludunt,  
quando alioqui etiam non recte doceamus de cœna domini,  
ac in

ne in ea multum rixemur, se necessario cogi, ut secessionem ab ecclesijs nostris faciant, & ueras ecclesias instituant, in quibus pure & pacifice cœna domini doceatur, & puris etiam detur, in qua peccatores arceantur à cœna, & spiritualis excommunicatio instituat: quandoquidem concionatores hanc nolunt serio instituere. Hæc omnia singulatim diligenter expendemus, ac nostræ ecclesiæ, quæ Christi est, honorem asseremus, & probabimus etiam, neque nos cœnam domini prophanare, neque Anabaptistas iustam causam habere suæ secessionis à nostra ecclesia, & inchoationis nouæ ecclesiæ.

Primum autem nihil de cœna domini docemus, quàm quod didicimus & accepimus ex Euangelio & Pauli doctrina, Matthæi uigesimosexto, Marci decimoquarto, Lucæ uigesimosecundo, Ioannis sexto, 1. Corinth. undecimo. Nempe dominum nostrum Iesum Christum sacram cœnam, in qua panis frangitur, & poculum domini bibitur, ecclesiæ suæ instituisse, ut sit signum seu sacramentum, seruatorem Christum dominum antiquis Patribus à deo ab initio promissum, & in ueterum sacramentis representatum, uere iam à deo exhibitum esse. Christum item ueram carnem & sanguinem suum morti tradidisse, ut nos à morte liberaret, ac nos saluaret, imò ut nos pasceret & potaret carne & sanguine suo, & ut nos ipsum uere, uera fide ederemus & biberemus, seu reciperemus ad uitam æternam. Præterea, ut nos, qui sumus populus ab eo redemptus, mortem domini & seruatoris nostri Iesu Christi in recenti memoria retineamus, cum laudemus, illi gratias agamus: ita ut simul admoneamur nostri officij, atque ita in unitate unius corporis Christi, in uera pietate, in fraterno amore, in emendatione & innocentia uitæ ambulemus, et soli Christianæ religioni adhareamus. In hunc finem docemus Christum mandasse, ut fideles in unam ecclesiã col-

Doctrinam  
nostram de  
cœna domi  
ni ueram, et  
simplicem  
esse.

ADVERSUS ANABAPT.

ligantur, uerbum eius audiant, simul orent, & simul etiam  
 cœnam domini in commemorationem ipsius celebrent. Do-  
 cemus etiam omnes qui in hunc finem & forma ac ritu à do-  
 mino apostolis tradito, uera fide cœnam domini accipiunt, et  
 os recte & Christiane celebrare cœnam domini. Speramus  
 autem in hac doctrina, paucis exposita, nos non errare, aut  
 cœnam domini ullo modo profanare. Qua de re cum in alijs  
 libris copiose, tum etiam in hoc opere lib. 2. cap. 5. quaedam  
 scripsi. His ergo contentus ero, quandoquidem satis probaui  
 nos de cœna domini non tradere nouam, aut scripturæ con-  
 trariam doctrinam.

An conten-  
 tiosam cœ-  
 nã domini  
 habeamus.

Porro quod accusamur, quod contentiosam doctrinam de  
 cœna domini ecclesijs nostris proponamus, quæ rixarum &  
 dissidiorum causa sit in ecclesia, in eo nobis fit iniuria. Fide-  
 les enim doctrina, quã nos (ut ante diximus) tradimus, adeo  
 contenti, & dei beneficio tam unanimes sunt, ut cũ cœna ce-  
 lebranda est, magno numero, & uera laudanda religione ad  
 cœnam domini properent. In libro Anabaptistarum quæ Ad-  
 hortationem nominant, grauius illi conqueruntur, contem-  
 tionem inutilem & logomachiam excitatã esse de sensu uer-  
 borum, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus: cum pos-  
 tius hæc non fuerint mouenda, neq; disputandum quid panis  
 aut uinum sit, sed quare illis uti debeamus. Quo loco miran-  
 dum est cur hæc scribere uoluerint. Etenim si fidelis nescire  
 debet qualis cibus iste sit qui ei in cœna domini proponitur,  
 quomodo eum diiudicare et discernere atq; sumere poterit?  
 Præterea cum in hac ipsa quæstione intolerabiles errores ef-  
 sent, quomodo eos pij & fideles ecclesiarũ ministri, qui pri-  
 mo nostris temporibus cœnam domini ex uerbo dei illustra-  
 runt, silentio præterire potuerunt? Sed aiunt hac ratione dis-  
 sidia excitata esse, & ex cœna domini, quod horrendum di-  
 ctu est, canium conuiuium factum esse. Ergone iuxta horum  
 opinionem



opinionem ueritas reticenda est, & errores tolerandi cum  
 dissidia metuuntur? Quare ergo Paulus non tacuit in causa  
 iustificationis, ut unitas inter ipsum & falsos apostolos, et in  
 ecclesijs cōseruaretur? Verum recte fecerunt serui dei quod  
 se errori opposuerunt, & populum docuerunt qualem nam  
 cibum dominus in cœna fidelibus proposuerit, ut omnes in-  
 telligant cibum esse spiritualem, ideoq; non esse canum aut  
 porcorum cibum. Qui uero propterea dissidia excitarunt,  
 suum habent iudicem, &c.

Maiores certe moderatione Anabaptistæ uti potuissent, An concio  
 quorū fratres nos accusant, & dicunt nos canibus & porcis natores nos  
 predicare, propterea quod illis prædicamus qui non statim stræ ætatis  
 resipiscunt. Quasi uero non hoc idem contra D. Paulum di- canibus &  
 ci potuisset, qui ecclesijs Galatarum & Corinthiorum scri- porcis præ  
 psit, quæ magnis uitijs obnoxia, non resipiscebant. Christus dicent.  
 dominus 40. annis ab ascensione sua in cœlos, uoluit Euan-  
 gelium Iudæis Hierosolymis & in Iudæa prædicari per Petrū,  
 Ioannem & Iacobum, qui tamen ita non resipuerunt, ut po-  
 stea funditus ab ipso excisi sint: num uero ideo beati apostoli  
 canum & porcorum prædicatores fuerunt? Nihil hoc loco  
 dicam de prophetis: sed de Christo Iesu domino nostro, qui  
 Marci 9. conqueritur de ingratitude populi cui prædica-  
 bat, & ait: O natio infidelis, quousq; tandem apud uos ero?  
 quousq; tandē tolerabo uos? Quamobrē nos non pudet mise-  
 ros peccatores tolerare, & illis interim prædicare uerbum  
 Christi, non ut canibus & porcis, sed ut hominibus qui resi-  
 piscere debeant: non ut canum & porcorum concionatores,  
 sed ut Christiani & apostolici concionatores: etenim D. Pau 2. Tim. 2.  
 lus hoc Euangelico concionatori præcipit his uerbis, Ser-  
 uum autem domini non oportet pugnare, sed placidum esse  
 erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos. (Ob-  
 seruate hoc uos qui nos canum concionatores appellatis.)

## ADVERSVS ANABAPT.

Cum lenitate erudiantem eos qui contrarie sunt animo affecti: si quando det eis deus gratiā ut conuersi agnoscant ueritatem, & resipiscant ex diaboli laqueo, quo captiui tenentur ad illius uoluntatem. Ex his autē & alijs scripturarum locis moderanda sunt uerba Christi, quibus iubet ne sanctum obijciamus canibus, neq; margaritas porcis. Interim uero Anabaptistae seipfos considerent, neq; se solos homines arbitrentur, neq; omnes alios, qui non sunt Anabaptistae, canes & porcos iudicent.

Anabaptistas etiā in coena domini aliquid peculiare habere.

Num uero doctores nostri, qui ante nos in nostris ecclesijs docuerunt, adeo grauiter peccarunt, quod uerum sensum uerborum domini, Hoc est corpus meum, denuo in lucem reuocarunt, qua ex re contentiones & dissidia in ecclesia orta sunt? Quod si tam ex animo studetis concordiae, & odio habetis dissidia, quā hoc multiplici querela de contentione sacramentaria simulatis, quare non quartam uestram interpretationem uerborum domini, Hoc est corpus meum, omisitistis? Quod si uobis licet nouam opinionem nullis argumentis confirmatam ecclesiae proponere, cur peccasse dicemus nostros praecessores, quod ueterem ac solidam doctrinam renouarunt, etiamsi propter aliorum contradictiones dissidium exortum est? An non enim uestra quoq; interpretatio aequae ac nostra contentiones parere potest? Si autem contentiones uitandae sunt, cur uos illis occasionem praebetis? Etenim in Adhortatione uestrae tres interpretationes ponitis uerborum Christi, Hoc est corpus meum, quarum tertiam satisfactione memoria uiris Zuinglio et Oecolampadio, nostris in misterio domini praecessoribus adscribitis, et dicitis, Arbitramur Oecolampadium cū suis, uerum sensum uerborum quā proxime attigisse. Deinde etiam dicitis figuratum esse sermonem, sicuti de Paschate dicitur, Hoc est transitus: dominum enim neq; mutasse panem in corpus suum, neq; corpus suum

suum in pane inclusisse. Præterea etiam dicitis ueteres ferè omnes sic intellexisse & interpretatos esse uerba domini. Hæc cum scribatis, quare non simplici, communi & tolerabili interpretatione contenti estis? quare quartam opinionem profertis, quasi non satis sit tres controuersas opiniones esse? Verum deus hæc ita fieri uoluit, ut tandem agnoscatur uestra consuetudo & natura, quod nihil simplex, syncerum, & cum cæteris hominibus commune habere uultis, sed perpetuo omnibus in rebus peculiare aliquid habetis, & singulares, absurdas, & separatas ab alijs opiniones amatis. Si autem non ita ad dissidia propensi essetis, ita ut uobis non probarentur ea quæ alijs pijs hominibus probantur, & bona per se & sancta sunt, non ita sæpe grauitè & perniciosè impingeretis. Expendite enim in hac ipsa causa, quàm absque necessitate & fructu quartam opinionem cum ignominia uestra proponatis. Dicitis enim uerba hæc, Hoc est corpus meum, non sunt naturaliter & proprie de pane intelligenda, sed de naturali Christi corpore, quod mensè asidebat & panem distribuebat, quod pro nobis traditum est, non autè panis. Si itaq; hæc uestra sententia est, dominũ his uerbis, Hoc est corpus meum, neq; panem demonstrasse, neq; ea de pane intellexisse, sed demonstrasse corpus suum, et hoc intellexisse suũ corpus esse, quid dicetis de uerbis domini in Euan gelio quæ aperte & euidenter de pane dicuntur, & ita etiã intelligenda sunt? Dominus enim panem accepit, hunc illis porrexit & addidit, Accipite, edite, hoc est corpus meum. Num absq; causa panem in manus sumpsit & illis porrexit? Quid autè opus erat his uerbis, Hoc est corpus meum? num ignorabant discipuli hoc, quod habebat corpus, ipsius corpus esse? Quod si dominus non locutus est de pane, quomodo panis sacramentũ aut signũ est corporis Christi? Quomodo panẽ corpus Christi deinceps nominare poterimus, cũ dominus

An uerba  
domini,  
Hoc est cor  
pus meũ,  
de corpore  
Christi, nõ  
aut de pane  
intelligen  
da sint.



ADVERSUS ANABAPT.

panē nō ita nominarit, sed hæc uerba de suo corpore dixerit? Præterea cū uera sacramenta uerbū institutioni et sanctificationi signi additū necessario habeāt, quod nā uerbū habebit cœna domini? Deinceps nō poterit sacramentū esse: uerbum enim illud, Hoc est corpus meū, nihil ad signum pertinet. An non aut hæc uestra opinione sacramentum euacuastis? An nō itaq; satius fuisset, uos non conari peculiare aliquid habere? Scimus panem non esse pro nobis traditum, sed corpus Christi: uerum illud nobis panis repræsentat & de eo testificatur, ideoq; corpus Christi nominatur, atq; etiam illud est sacramentaliter, seu ut uos dicitis, figuratiue. Hæc autem de doctrina & contentione, quæ orta est circa cœnam domini, nō potui omittere, saltem eorum causa qui Anabaptisticos hos libellos contra nos scriptos legunt, ac re non exacte perpen-  
 sa, Anabaptistas, quasi pacis studiosos, in hac causa celebrant: nostram autem doctrinam, quæ uera est, & nos quoque inquietos & contentiosos esse uituperant, quasi multas contentiones in cœna contra ipsius naturam, cum pacis conuiuuium sit, moueamus. Nos autem pacis hoc conuiuuium esse agnoscimus, & contentiones ac rixas odio habemus. Præterea nostra doctrina de cœna domini simplex, apostolica & pacifica doctrina est. Verum nos non in culpa sumus si Anabaptistæ aut alij absq; causa nobis litem mouent, nos contumeliji proscindunt, & profanationis horrendæ accusant: etenim ueritatem ipsam, ac nostram innocentiam, & maxime ecclesiarum nostrarum famam & honorem nos asserere oportet. Quinetiam fideles facile agnoscunt, qui nā sint dissidiorum authores. Quamobrem Anabaptistæ non habent iustam causam defectionis à nostris ecclesijs, ut scilicet nouam ecclesiam instituunt, in qua de cœna domini uere & pacifice doceatur. In nostris enim ecclesijs, quæ Christi sunt, recte & pacifice de cœna domini docetur.

Quibus

Quibus Eucharistia à domino instituta sit, & quibus etiam danda sit. Item de peccatoribus arcendis à Cœna domini. An Christus à prima Cœna quenquã exclusit aut separauerit. Caput 9.

Post doctrinã de Cœna domini scrupulose quærent Anabaptistæ, quorum causa Cœna domini instituta, & quibus danda sit, ac multa de separatione dicunt: nempe, in Cœna domini. peccatores arcendos esse à Cœna domini: atq; hac ratione Cœnam domini amabilem & gaudio plenam, horribilem & tristem faciunt, ac aditum ad eam adeò coarctant, ut pij quoque homines ab ea abhorreant, & eam potius fugiant quam accedant: quoniam secundum Anabaptistarum doctrinam, nunquam satis idonei & digni sumus ad eam percipiendam. Christus autem dominus ministerium uerbi & sacramentorum instituit, ut populi magna multitudo sibi adducatur, & in una ecclesia contineatur. Verum Anabaptistæ è contrario tantum factiones, dissidia & separationem spectant: ac subinde metuunt ne nimis multi homines Christo adducantur, magnam multitudinem non posse totã Christi esse: itaq; optime consultũ arbitrantur, si paucissimi Christum & regnum eius curent. Cum tamen sciamus dominum in Evangelio illustribus similitudinibus, ueluti retis, conuiuij, nuptiarum, ac præterea etiam alioqui uerbo suo docuisse, se uelle regnum suum in his terris quã maxime cõmune esse. Nusquam præterea legimus ipsum Cœnam suam adeò coarctasse, & additis grauibus minis & obtestationibus horribilem fecisse, ut quisquam cogitare possit angelis ipsam potius quã miseris & peccato obnoxijis hominibus confirmationis & consolationis causa institutam esse, & ad dissipandum & separandum potius quã ad colligendũ.

ADVERSUS ANABAPT.

Sanctū non  
obiiciendū  
esse canis  
bus.

Sanctum quidem & margaritæ, sicuti dictū est, nō obijci  
debent canibus aut porcis: sed diligenter expendendum est  
quinam uere canes & porci sint, haud dubie non omnes pec  
catores & uitiosi homines, sed potius impij hostes dei &  
uerbi ipsius: quemadmodū seipsum dominus interpretatur,  
dicens, Ne coculcent ea pedibus, ac conuertant se, & uos la  
cerent. Sæpenumero enim peccatores & flagitiosi homi  
nes seipsos accusant, sua peccata confitentur, & sibiipsis di  
splicent, tam abest ut eos qui ipsos castigant aut accusant la  
cerare conentur. Huiusmodi autem quasi porcos & canes  
reijcere graue est. Quare hoc loco domini & Pauli exem  
plum est imitandum. Dominus enim Iudam in ultima cœna  
grauiter corripuit & monuit antequam sacramentum dis  
tribueret: sic etiam ecclesiæ minister antequam Cœnam ce  
lebrat, diligenter & grauius hortetur, moneat & corrip  
piat. Paulus uero ait, Probet autem quisq; seipsum, & ita  
de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Ecce quisq; seip  
sum probare debet, non autem debet ab alio probari. Nemo  
enim seipso exactius nouit quid in corde suo lateat. Quin  
etiam cum multa peccata, uitia & neuos haberet Corin  
thiorum ecclesia, non tamē illi Paulus Cœna domini inter  
dicit. Cum item Iudas post multiplicem admonitionem pa  
nem & poculum à domino acceperit, nemo tamē dicere po  
terit, dominum sacramentum suum profanasse, & illud cani  
& porco obiecisse, ideo quod illud Iudæ manu sua porrexit.  
Quod si dominus, qui corda nouit, talem à sua cœna non eie  
cit, minister quoq; eos non debet eijcere quos non ita bene  
nouit, qui ut fideles ad Cœnam domini accedunt, & audita  
uera doctrina & admonitione seipsos probarunt, ac deside  
rant dominum publice in ecclesia celebrare, & seipsos tan  
les ostendere qui resipiscere uelint. Certū arbitramur Cœ  
nam domini nunquā perfectius celebratam esse, quàm cum  
ipsam

2. COR. 11.



ipsam dominus primo cum discipulis suis celebravit: cum autem ipse Iudam tum non exclusit, non debemus uelle sapientiores, prudentiores et meliores esse ipso domino. Qui autem multifariam admonitus dolo utitur, hic non dominum aut ecclesiam uel ministrum, sed seipsum decipit, sicuti etiam Iudas: & grauius contra dominum peccat, eoq; nomine iudicabitur. Etenim Paulus ait, Qui indigne de hoc pane edit, sibi ipsi iudicium edit, & reus sit corporis & sanguinis domini, &c.

Verum nonnulli aiunt Iudam non interfuisse cœnæ cum Christus sacrum panem & poculum distribueret, sed prius exiisse: sicut etiam senserit & docuerit Hilarius. His respondemus, Euangelistas aperte scribere dominum discubuisse cum duodecim, & illis panem ac poculum distribuisse: præsertim tamen Lucas refert dominum partim ante, partim etiam post cœnam Iudam monuisse. Hilarius uero quem etiam Innocentius tertius secutus est, sententiã suam nullis firmis argumentis probat, propter quæ illi credendum sit. Præterea Thomas Aquinas parte 3. quæst. 81. art. 2. Hilarij sententiam refellit. Postremo reliqui Patres, Ambrosius, Chrysostomus, & præsertim Augustinus, testantur Iudam sacrum panem & poculum accepisse: quibus ideo fidem habemus, quod ea quæ scribunt euangelio nitantur. Augustinus super Psalmum 10. Christum inquit tanta patientia tulisse proditorẽ suum, ut primum sacramentum illi sua ipsius manu sicuti & reliquis apostolis porrexerit, neq; ipsum exclusit. Epist. 163. de concor. far. & de consen. Euangelist. lib. 3. cap. 1. & tract. in Ioan. 62.

Alij uero Anabaptistarum dicunt Iudam eo tempore quo cœna domini celebrata est, facinus suum nondum perpetrasse, atq; id adhuc ignotum & occultum fuisse, ideoq; dominum Iudam in cœna non tanquam maleficum, sed ut discipulum

An Iudas  
in Cœna sa-  
cramentum  
accepit.

An Iudas  
peccatum  
re ipsa per-  
petratum  
& notum  
fuerit in  
Cœna.

ADVERSUS ANABAPT.

Lucæ 22.

tolerasse. His responsionis loco Lucæ de hac re testimoniū  
 opponimus, qui ita scribit: Introijt autem Satanas in Iudam  
 cognominatum Iscariotem, è numero duodecim. Qui abiens  
 colloquutus est cum principibus sacerdotum & magistrati-  
 bus, quemadmodum illum traderet eis. Qui gauisi sunt:  
 ac pacti sunt se daturus ei pecuniam. Et ipse spondit: que-  
 rebatq; opportunitatem, ut traderet eum ipsis sine turba.  
 Quare cum hæc magistratus sciuerit, non fuit peccatum il-  
 lud occultum & tantum in corde abditum. Cum itaq; spo-  
 nondisset illis prodicionem, & propter pecuniam pactam  
 in prodendo domino iam laboraret, & opportunitatē que-  
 reret, imò hac ipsa de causa ad conuiuium domini uenisset,  
 etsi nondum re ipsa prodicionem perfecerat, tot tamen flagi-  
 tia coaceruauit, & ita proditio ipsa se prodiderat, ut Iudas  
 non possit illis annumerari quorum peccata leuia & occult-  
 ta sunt. Præterea Ioannes ante cœnam eum manifestum fuisse  
 rem fuisse scribit, Ioan. 12. & D. Augustinus inquit, dominū  
 cum hæc sciret, nihilominus ipsum in cœna tolerasse, ut nos  
 doceret & exemplum nobis præberet, malos tolerandos  
 esse, eosq; etiam si Cœnæ intersint, bonos tamen non pollues-  
 re, &c. Tract. in Ioan. 50. Quinetiam dominus ipse Iude  
 malefacta in mensa cōmemorauit, adeò aperte ut nihil cla-  
 rius dici potuerit. Præterea ipsum ut manifestum proditorē  
 aperto signo Petro & Ioanni demonstrauit. Attamen domi-  
 nus ecclesiæ suæ dominus, pastor & gubernator erat, inspiciebat  
 omnium quibus cum agebat corda, etiam Iudæ, certò  
 sciebat qualis Iudas esset, falsus, infidelis, fur et proditor, ita  
 ut nemo melius ac maiori securitate quàm ipse dominus Iu-  
 dam excludere potuerit, ueruntamen eum non exclusit, sed  
 in Cœna tolerauit. Quomodo ergo fideles ministri adeò faci-  
 le, ut Anabaptistæ uolunt, à Cœna excluderent & separa-  
 rent homines peccatores, sed tamen petentes gratiam dei,  
 & qui

Et qui hoc testantur eo ipso quod accedunt ad Cœnã. Quandoquidem dominus ipse qui optime potuisset hoc facere in Iuda proditore, hoc non fecit: nos autem miseri homine, ex deprauatione naturæ nostræ alioqui suspiciosi sumus, et sæpe hominibus nullam habemus fidem, ac eos longe deteriores iudicamus, quàm reuera et coram deo sint, ideoq; iudicium nostrum hac de causa incertum est.

Ex his non difficulter conijcere licet, nos hac quoq; ratione in dominũ peccare, quando hæc melius quàm ipse dominus instituire conamur, et Cœnã quam dominus, sicuti commemorauimus, cum duodecim celebrauit, planè priuatam et separatam facere conamur. Etenim si nos Anabaptistis coniungimus, et eorũ separationem approbamus, metuedum est, ne Cœna domini plerũq; detur summis hypocritis, et subtrahatur longe dignioribus. Etenim qui se demiserint et humilitatem simulauerint, etiamsi animo longe turpissimũ sint, et Euangelium spernant, nihilominus pro optimis et sanctissimis habebuntur, qui sint dignissimi Cœna domini. Qui uero apertiores et hilariores erunt, ac obnoxij cõmunibus peccatis, à simulatione aut alieni sunt, corde tamen firmiter diuinæ misericordiæ fidunt, sinceri sunt erga deũ, et peccata sua confitentur: hi quia nondum Anabaptistis pro peccatis suis satisfecerunt, neq; illis probantur, ac nondum satis digni uidentur, excludentur à Cœna domini: cum tamen Publicanus ille pectus percutiens, ac dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori, maiorem apud Christum laudem meruerit, quàm Phariseus qui multa sua bona opera enumerabat, Lucæ 18.

Verum denuo aiunt: Non possumus huiusmodi Cœnam pro Cœna domini agnoscere, quoniam illi ad hanc admittuntur qui adhuc in peccatis uiuunt. Christus enim Cœnam suam cõmendauit suis qui à mundo separati sunt, et ipsum

Cœnã domini nimis astringi ad paucos homines.

An Cœna domini propter peccatores non amplius sit Cœna domini.



ADVERSUS ANABAPT.

1. Cor. 5.

Lib. 3.  
cap. 6.

sequuntur, ac eius sunt discipuli, & se mutuo diligunt: illis  
inquam qui circūcisi sunt circūcisione non manufacta. Præ-  
terea si Cœna domini absque spiritu & charitate fiat, tum  
non domini Cœna est, sed abominatio corā deo. Etenim ab-  
ominabilis quoq; coram domino erat quicumq; incircūcissus  
pascha comedebat. Multo magis ergo eos baptizatos esse  
oportet, qui de spiritali agno edunt, & festum celebrant  
non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ, sed in pa-  
nibus azymis, puritatis & ueritatis. Responsio. Superius  
firmis argumentis demonstrauius, sacramenta non pen-  
dere à nostris meritis aut nostra aptitudine, neq; à sanctita-  
te ministrorum, sed à deo, uerbo eius, & promissione gra-  
tiæ illius: imò ueterem Donatistarum errorem esse, si sacra-  
mentorum uis in eo constituatur si nos ad illa apti simus.  
Quare si Anabaptistæ ita iudicant, cum peccatores ad Cœ-  
nam domini accedunt, illorū causa Cœnam non amplius ue-  
ram Christi Cœnā esse, tum in Donatistarum damnato er-  
rore hærent. Etenim siue credamus siue non credamus, siue  
boni aut mali accedamus, Cœna domini ipsa per se semper  
bona & recta est: sicuti etiam uerbum. Nostra enim incre-  
dulus non irritam facit fidem dei. Eorum quidem salutem  
nihil iuuat, qui absq; fide accedunt, imò hi in deum peccant.  
Iudas cum corde falso unā cum reliquis discipulis mēse do-  
mini accumberet, sibi ipsi nocuit, Cœnam autem domini non  
ideo irritam & inefficacem fecit, ut non esset per se bona,  
& alijs discipulis utilis. Discipulos etiam qui cum ipso unā  
accumbebant non polluit.

Dominus  
Cœnā suā  
fidelibus  
instituit.

Ad id autem quod aiunt Cœnam hanc à domino discipu-  
lis & fidelibus ita cōmendatam esse, ut eos qui ipsa frui ue-  
lint, baptizatos (non autem rebaptizatos, ut Anabaptistæ  
opinantur) esse oporteat: item, ut festum celebremus non in  
fermento malitiæ, sed in panibus puritatis absq; fermento:  
ad hæc

ad hæc inquam ita respondemus : nos hæc omnia quoque ex  
 uerbo dei docere : neq; enim dicimus dominū Cœnam suam  
 infidelibus instituisse, non baptizatis, aut illis qui planè ue-  
 teri fermento amari & austeri sunt, sed fidelibus in eccle-  
 sia. Docemus præterea unicum sanctumq; paruulorum Bap-  
 tismum sufficere, quemadmodū etiam apostoli qui primæ  
 Cœnæ domini interfuerunt, unico Baptismo Ioannis quo ba-  
 ptizati, non rebaptizati erant, contenti fuerunt. Præterea  
 eos pro fidelibus puris & infermentatis hominibus agnoscimus,  
 qui quamuis cōmunibus uitijs, peccatis & neuis labo-  
 rent, nihilominus tamen peccata sua agnoscunt, & corā deo  
 confitentur, ac ueniam ab eo petunt, & se Christi sanguine  
 purificatos esse credunt: atq; ita satis edocti ad Cœnam acce-  
 dunt, ut se liberatos et purgatos à domino, eo ipso ostendant  
 quod sacramentum percipiunt, quod publice gratias agunt,  
 quod confitentur se nullum alium seruatorem agnoscere,  
 quod se cum omnibus fidelibus in unicum Christi corpus ad-  
 seruandam charitatem & innocentiam obstringunt. Quæ  
 re lib. i. cap. ii. de uera puritate. Quoniā autem Paulus ait,  
 Probet quisq; seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo  
 bibat, cuiq; hanc probationem liberam relinquimus, neq; ip-  
 sam ministri aut ecclesiæ iudicio astringimus, ut tum demū  
 aliquis ad Cœnam domini accedat, cum minister uel ecclesiā  
 ipsum satis dignum, fidelem & sanctum iudicarit.

Porrò autem infirmos non deterremus, & ut supra di-  
 ximus, lychnum fumigantem cum Christo nō extinguimus,  
 & arundinem fractam non conterimus, sed infirmos conso-  
 lamur. Quāuis enim in seipsis experiuntur multa in se ad-  
 huc ardenti fidei, charitati, & ueræ innocentie deesse, ta-  
 men omnibus hominibus quandiu in hac infirma carne ui-  
 uunt, subinde ex gratia uiuendum est, & perpetuò orandū  
 pro augmento & confirmatione donorū dei. Docemus etiā

Consolatio  
 infirmorū.

ADVERSUS ANABAPT.

Probatio-  
nem habere  
finē in quo  
acquiescat.

nostram probationē certum modum ac finem habere in quo  
acquiescat, neq; infinitam esse, sic ut homines perpetuò in-  
certi sint quando accedere ipsis liceat. Etenim si homo pecca-  
cata sua agnoscit, & firma fide credit deo, peccata sua sibi  
ab eo condonata esse, propter traditum corpus & effusum  
sanguinem Christi, ac præterea seriò gratiam eius petit, ut  
uitam emendare possit, atq; id auxilio illius facere paratus  
est, hic accedere potest, & deo gratias agere, atq; cōmemo-  
rationem passionis ipsius ordine ab ipso instituto celebrare,  
quāuis interim peccator sit, et multa sibi deesse sentiat. Huc  
autem spectant omnes sententiæ cōsolatione plenæ in Euan-  
gelio, quibus Christus testatur, se propter peccatores uenisse  
se, ad ipsos seruandos, atq; omnes peccatores ad se uocat, illi-  
us gratiam, consolationem & salutem pollicetur. Preser-  
tim uero huc facit elegans parabola ouis perditæ, & filij  
perditi: præterea exempla peccatorum, quorū multos do-  
minus recepit & consolatus est: item quod Paulus & Ioan-  
nes non à nobis exigunt ut non peccemus, sed ut peccatum  
non dominetur in nobis: itē ut peccato admissō propremus  
ad unicum & uerum intercessorē nostrum Christū tesum.

Rom. 5 7.  
1. Ioan. 1. 2.

Pascha co-  
mederunt  
qui nondū  
sanctificati  
erant.

Paschatis autem mentio, qua Anabaptiste utuntur, no-  
bis plurimum deseruit. Etenim exemplum consolatione ple-  
num habemus, eorum qui Pascha sub pio rege Ezechia cele-  
brarunt, & tamen nondum secundum legem expiati erant.  
De illis enim sic scribitur: Magna etiam pars populi de  
Efraim & Manasse & Isaschar & Zabulon, quæ sanctifi-  
cata non fuerat, comedit Phase, non iuxta quod scriptū est:  
Et orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propi-  
tiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominū deum  
patrum suorum, & non imputabit eis quod minus sanctifi-  
cati sunt. Et dominus exaudiuit Ezechiam, & sanctificauit  
populū. Quare cum hæc ita sint, quis dubitaret nunc quoq;  
dominum



dominum à tanto cœtu inuocatum, (ab illis inquam qui ipsius nomine conuenerunt, & ab ipso duntaxat per Christum gratiam & misericordiam petunt, ut ipsorum & omnium fidelium infirmitates sua gratia resarciat & perficiat) nunc quoq; clementer ignoscere, & eos qui ipsi fidunt sanctificare, nō minus quàm in ueteri Testamento? Præsertim cum euidenter uideamus, quàm clemēter dominus in prima Cœna, quæ tamen perfectissima fuit, discipulos suos tolerauerit, ac nullū separauerit aut reiecerit. Etenim discipulis qui primæ Cœnæ interfuerunt, & sacramentum ex ipsius domini manibus acceperunt, gratia admodum necessaria fuit. Nam fide infirmi erant, meticulosi, infirmi etiam in charitate & alijs uirtutibus, & in hac ipsa Cœna inter se contenderunt, quis nam maximus inter ipsos foret: præterea à domino quoq; reprehensi sunt, quod essent inepti ad intelligendas res spirituales: præterea & alijs hominū uitijs laborauerunt: nemo tamen ipsorū propterea exclusus est, nemini Cœna denegata fuit, sed à domino ipso data ex gratia, neq; tamen hac ratione Cœna ab ipso domino polluta est. Etenim consolationis gratia peccatoribus data est. Quare nos quoq; Cœnam domini non profanamus, cum hac ratione & his etiam eam damus, sicuti hætenus exposuimus.

De Excōmunicatione seu disciplina ecclesiæ: itē an ea Cœna in qua peccatores sunt, neq; excommunicantur & separantur, fideles cōraminentur.

Cap. 10.

Multa postremo garriunt Anabaptistæ de Excōmunicatione instituenda, de clauibus & potestate apostolica: se rogatos esse aiunt ut excōmunicationem instituant, quo testimonium illis detur, ipsos spiritu dei præditos esse: uerum quia spiritu hoc Concionatores careant, non posse

De excōmunicatione instituenda.

ADVERSVS ANABAPT.

ipfos hac in re sibi auxilio esse. Quod si concionatores spiritum sicuti apostoli haberent, tum spirituales excommunicationem instituerent. Hoc autem cum non faciant, certum signum esse, ipsos carere spiritu dei, nihilq; boni in ecclesia posse efficere: imò eos excommunicationem ideo non instituere quod timeant ne gratiam hominũ amittant, & quod metuant persecutiones, &c. Ego autem ignoro quisnam auxilium ab ipsis, quemadmodum se iactant, petierit. Etenim cum tales sint quales hactenus in 25. dogmatibus apparuerunt, bene illis hoc testimonium præbere possumus, ipsos præditos esse pugnaci & perfido atque contentioso spiritu: quare ipsorum auxilium non postulamus. Interea non gloriamur de magnis rebus, speramus tamen pios et fideles homines, ac labores & opera, quæ dei gratia perfectimus, posse testimonium ferre nostro ministerio, quod domino non absq; ipsius spiritu seruiuerimus. Qua de re etiam supra diximus. Claves seu apostolica potestas posita est in ligandis & soluendis peccatis, per ministerium seu prædicationem uerbi dei. Nos autem semper potius de ministerio quàm de potestate, quæ solius dei propria est, gloriari uolumus. Quàm autem fauorem & gratiam hominum captemus, & persecutiones fugiamus, facile ex concionibus apparet, quæ potissimum odia conciliare solent. Quod si ministri non omnes eos à Cæna domini arcent, quos Anabaptistæ excludi uolunt, interim tamen strenue laborant, ut peccatores seu uitiosi moneantur, à malo auocentur & puniantur, nihilominus quod boni ministri officium est, faciunt. Imò fideles ecclesiarum ministri excommunicationem seu disciplinam & castigationem peccantium non instituent in ecclesia absque prudenti moderatione, & in omnibus ædificationem non disidium & separationem ecclesie spectabunt: præsertim cum Paulus etiam dicat: Omnia

Lib. 3.  
cap. 6.  
Matth. 16.  
& 18.  
Ioan. 20.  
Lucæ 24.  
Mar. 16.

1. Cor. 6.

namia

nia mihi licent, at non omnia conducunt. Quinetiam D. Au-  
gustinus qui ecclesiam ultra quadraginta annos cum laude  
gubernauit, inquit satius esse ut improbi non puniantur, si  
pœna eorum huc spectet ut plus mali quàm boni inde se-  
quatur. Et ad confirmandam suam sententiam Christi uer-  
ba adducit, de non eradicandis zizanijs, ne simul eradicetur  
& triticum: qui eius sententiam plenius cognoscere cupit,  
legat lib. 3. cap. 2. Contra Parmenianum. Quamobrem si  
Anabaptistæ non plus imperij sibi arrogarent in ecclesia,  
quàm ipsis à domino commissum esset, plus tranquillitatis  
& minus contentionum in ecclesia esset.

Excommunicatio est disciplina ecclesiastica, ut mores  
emendentur, offensiones tollantur, honestas plantetur, quod  
fit monendo, corripiendo & puniendo, pro criminum ra-  
tione, ad emendationem eorum qui castigantur, ad pacem,  
tranquillitatem & felicitatem ecclesiæ conseruandam. Fi-  
nis enim excōmunicationis est emendatio eius qui castiga-  
tur, honor & fama ecclesiæ, ne alij offendantur, & deterio-  
res fiant, ac ut ecclesia in bona pace & tranquillitate con-  
seruetur. Quare ante omnia ædificationem, & ecclesiæ sa-  
lutem spectare oportet, sicuti etiã supra ex domini & beati  
Augustini sententia monuimus. Etenim si excōmunicatione  
res deteriores fiunt, & ecclesia euertitur & perditur, tum  
aliaratione utiliori rem aggredi oportet. Nam etiam Pau-  
lus cum turpem illum incestum hominem, qui impudenter  
in scelere perseuerabat, punire iussisset, mox tamen addit:  
Sufficit istiusmodi homini obiurgatio hæc facta à pluribus:  
ut è contrario uos potius condonetis & consolemini, ne quo  
modo redundante tristitia absorbeat uir huiusmodi. Hoc  
autem loco breuitatis gratia non cōmemorabo Christum &  
apostolos non ita communiter & illico hac pœna usos esse,  
sicut Anabaptistæ facere solent: neque etiam prolixè enu-

Quid sit  
excommu-  
nicatio, &  
quare insti-  
tuta sit.

2. Cor. 3.



ADVERSUS ANABAPT.

Matth. 18.

1. Cor. 5.

2. Thes. 3.

merabo quisnam hanc monitionem & castigationem in ecclesia exequi debeat, pauci ne præcipui ab ecclesia ad hoc delecti homines, an tota ecclesia: neque copiose exponam quæ ratio, & quisnam modus in monendo & castigando seruandus sit. Etenim cum dominus dicat, Si ecclesiam non audierit, sit tibi uelut Ethnicus & publicanus. Et Paulus, Tradatur eiusmodi homo Satanae ad interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die illo domini Iesu. Item, Si quis cum frater nominetur, sit scortator, &c. cum eiusmodi ne edatis quidem. Item, Tollite igitur malum ex uobisipsis. Et alibi, Quod si quis non auscultat sermone nostro, per epistolam hunc significate: & ne commercium habeatis cum eo, ut eum pudeat. Hæc inquam cum Christus & Paulus dicant, facile apparet ipsos in his omnibus ædificationem spectasse, quod etiam ecclesia facere debet, & id agere, ut scandala, quæcunque ratione id quàm optime fieri potest, tollantur, medicina magnis et grauibus uitij adhibeatur, uera disciplina plantetur, & in summa id agendum est ut quàm commodissime & securissime & cum tranquillitate finem excommunicationis assequamur.

An non possit ecclesia esse etiam si excommunicatione careat.

Sed rursus aiunt Anabaptistæ, Quicquid tandem conuentionatores gloriantur, clament, & magnifice se iactent, non tamen habent ecclesiam dei ueram, puram, & separatam atque purgatam per excommunicationem, &c. & hoc uident, non esse illic ueram ecclesiam, deo acceptam, ubi non sit excommunicatio qua ipsi utuntur. His igitur respondemus, Corinthiacam ecclesiam, ueram ecclesiam fuisse, & à Paulo talem agnitam fuisse, 1. Corinth. 1. priusquam ullus excommunicationis usus apud eos esset. Etenim ubi sanæ doctrinae & sacramentorum administrationi nihil deest, etiamsi aliquid in disciplina desideratur, nihilominus tamē ecclesia illa uera ecclesia manet. Sed obijciunt illi, Si non adsit

est legitima excommunicatio tum Cœnam non recte administrari. Quibus idem quod ante respondemus, primam domini Cœnam uere & recte administratam fuisse, quamuis neque Iudas excommunicatus sit, & reliquos apostolos, qui sua uitia habebant, dominus tolerauerit. Rursus uero Anabaptistæ in Adhortatione sua ita scribunt: Indigne sumitur Cœna, cum quis alterum peccatorem esse nouit, & nihilominus Cœnam domini cum illo accipit. Polluitur enim quia se non separat, & se alieni peccati participem facit. Quamobrem deus fideles suos huiusmodi contaminatam et pollutam ecclesiam fugere iubet. Adducunt autem hoc loco Apoc. cap. 18. & 2. Corinth. 6. Nolite iugum trahere cum infidelibus, &c. Verum illa testimonia loquuntur de magna Babilone, & de infidelibus qui extra ecclesiã erant, non de fidelibus qui in ecclesia sunt, & aliquibus uitijs laborant, ecclesiam autem non oppugnant.

Quod si Cœna domini in ecclesia administratur forma à domino tradita, & ab apostolis accepta, interim tamen plures peccatores & uitijs obnoxij homines accedunt, illud quidem merito fidelibus dolet, ac dei gratiam & ueniam petunt, non autem ideo se à Cœna domini separant, multo minus dissidia excitant, & separatam Cœnam instituant. Norunt enim Christi Cœnam unitatis non dissidiorum causa institutam esse: norunt præterea hac Cœnæ communionem se non pollui, si cum peccatis aliorum nullam communionem habeant. Quare grauius Anabaptistæ peccant, qui non tantum Baptismum suæ factionis tesseram fecerunt, uerum etiam Cœna domini, quæ instituta est ut ecclesia in uno corpore contineatur, ad separationem & dissidia abutuntur.

Esaias, Ieremias, & alij sancti prophetæ & fideles serui in ecclesia dei, ecclesiam suæ ætatis magnorum scelerum &

An fideles  
polluantur  
si cum peccatoribus  
& uitiosis  
hominibus  
Cœnã do-  
mini acci-  
pian.

## ADVERSVS ANABAPT.

horrendæ abominationis accusarunt, ac testati sunt, à ueritate capitis usq; ad plantã pedum nihil sanum & integrum esse. Cum autem talis esset ecclesia, nõ tamen eam ideo non accesserunt, nõ separarunt se ab huiusmodi horribilibus hominibus, non peculiarem aram erexerunt, & aliam ecclesiam instituerunt: neque etiam prohibuerunt ne quis in ea circũcidat se, aut cum illa ad sacrificia accedat. Separarunt autem se ab horribilibus sceleribus quæ accusarunt: uerum sacros coetus & sacramenta, quæ per se bona non mala sunt, non uitarunt: neq; hac communionem polluti sunt, alioqui nulli prophetarum sancti & ueri prophetae fuissent. Confutatur autem hac ratione Anabaptistarum doctrina, qui dicunt, se non posse in rebus fidei ullam communionem habere cum illis qui contra Euangelium & præcepta dei uiuant. Et addunt, apostolos in rebus ciuilibus, ueluti in emendo & uendendo, communionem habuisse cum Gentibus, nullam autem cum ipsorum fide. Verum ingens discrimen est inter nostram & Gentiliũ fidem. Gentiliũ enim fidem illi impugnarunt, nostram autem docuerunt. Quare cum Anabaptistæ à nobis quæerunt, cum in emendo & uendendo cõmunionem habeamus cum Papistis, quare non etiã religioni eorum communicemus? Respõdemus: Si illi sacris scripturis æque sua explicarent & confirmarent, atq; nos aduersus Anabaptistas doctrinam nostram & sacramenta explicauimus & confirmauimus, nulla nobis cum ipsis cõmunitio foret. Quamobrẽ cum prophetae in causis fidei cõmunionem habuerint cum peccatoribus, neque inde polluti sint, propterea quod fides, doctrina & sacrificia à deo instituta non fuerunt polluta, Anabaptistæ quoq; non polluentur nostra doctrina & sacramentis, cum hæc ex uerbo dei desumpta sint, quamuis eorum uita quæ ad doctrinã & sacramenta accedunt, uitiosa & reprehensione digna sit.

Si uero



Si uero suo more Anabaptistæ respondeant, prophetarū exempla nihil probare in nouo Testamento, age Christū & apostolos illis opponamus. Neq; hic opus est ut multis enarrem, qualis nam ecclesia Christi ætate fuerit. Omnes enim norunt uitiosam & planè corruptam fuisse: & tamen nihilominus in ea Christus absque omni contaminatione sui circumcisus est. Tempore purificationis in templum allatus est, & usitatum sacrificium pro ipso absque ulla pollutione oblatum est: cum adoleuisset, diebus festis, quibus populus conueniebat, Hierosolymam ascendit, & in ecclesiam in templum uenit, neque inde pollutus est. Quinetiam cum ementes & uedentes templo eiecisset, ac eos accusasset quod patris sui domum, quæ precatiōi destinata esset, speluncam latronum fecissent, nihilominus tamè in templo, quod latronum speluncam nominauerat, mansit, & iustitiam docuit, neque ullum dissidium fecit. Præterea eodem Baptismo à Ioanne baptizatus est, quo illi baptizati fuerunt, quos Ioannes uiperarum progeniem nominauit, neque hinc pollutus est. Cœnam uero, ut supra abunde docuimus, cum discipulis, qui sua uitia habebant, celebrauit: Iudam quoque tolerauit, neque per hunc quamuis Satan esset, uel ipse uel discipuli ipsius contaminati sunt. Peccatores uero nō tantum dominus suscepit, uerum etiam cōmunionem aut societatem cum illis habuit, id quod hostes ipsius uitij loco ei imputarunt, dicentes ipsum publicanorum socium esse. Apostoli uero non fuerunt ideo polluti quod ipsi Cœnam domini cum peccatoribus sumpserunt: aut ideo quod Paulus hoc Corinthijs concessit. Imò omnes Christiani ab initio diligenter cauerunt non necessaria dissidia, & communiter agnouerunt cōmunionem aut societatem cum peccatoribus, in illis rebus quæ per se non sunt malæ, neminem polluere. Nam fidelis coniunx cohabitare potest infir-

Christus non separauit se à populo suo uitioso.

Matth. 12.

## ADVERSUS ANABAPT.

**Ephef. 5.**

deli marito, neque ideo polluitur, sicuti Paulus docet 1. Co-  
 rinth. 7. Idem uero apostolus distincte ait, non habendam  
 esse communionem cum infrugiferis operibus tenebrarum.  
 Quare cum alibi eadem de personis scribuntur, id propter  
 ipsius personæ uitium & iniustitiam fit, quæ nos contami-  
 nare potest. Quamobrem Anabaptistæ non polluuntur si  
 ad nostras ecclesias, doctrinā et sacramenta accedāt, quam-  
 uis multi peccatores sint in nostris ecclesijs. Quinetiā nullo  
 iure à nostris ecclesijs deficere, & nouas institutere pos-  
 sunt. Quod si id toties admoniti nihilominus faciunt, facile  
 omnibus apparebit, eos plus perniciosi disidijs quam Chri-  
 stiana unitate delectari, &c.

**Conclusio.**

Hactenus igitur sex libris probaui (ut spero) diuinis tes-  
 timonijs, nostram ecclesiam, quæ Christi est, ueram & deo  
 acceptam ecclesiam esse: neq; in ministrorum personis, do-  
 ctrina, ministerio aut sacramentis, ullam iustam causam esse,  
 propter quam Anabaptistis liceat tantum disidium &  
 schisma facere, quantum hactenus fecerunt. Quamobrem  
 eos hortor per misericordiam dei & ipsorum salutem, ut à  
 factionibus & turbis cessent, atque unā nobiscum Christi  
 ecclesie se addicant, & in illa deo fideliter seruiant, pie ui-  
 uant, id quod nemo uetat (quemadmodum iniuste de nobis  
 conueruntur, neminem illis obstitisse quum omnino flagi-  
 tiosi essent, nunc autem cum cupiant pie uiuere, se persecu-  
 tionem pati) imò ad id mouentur, & ut id faciant, defen-  
 duntur. Præterea amicè ipsos oro, si in hoc opere (quod  
 nunc gratia & beneficio dei ad finem perduxi) aliquid du-  
 rius & inclementius contra ipsos scripsi, & eos contuma-  
 ces, pertinaces, contentiosos, factiosos, & quocunque alio  
 nomine uituperauit, ut mihi ignoscant. Neq; enim eos odio  
 aut inuidia prosequor, sed ex animo desidero ut ad mentem  
 redeant,

redeant, et salui fiant. Quinetiam ipsi norunt, quàm acriter sepe parentes & præceptores liberos & discipulos errantes alloquantur: quàm item propheta & apostoli ecclesias, quas non oderant, sed ex animo diligebant, duriter allocuti sint, & quàm grauitè increparint. Quemadmodum uero subinde repetij, ingens discrimen esse inter Anabaptistas, propterea quod alij ex simplicitate & zelo errent, alij autem malitiosi, contumaces & pertinaces audacter & temere simplices seducant, & magnas turbas excitent: ita etiam peto meam obiurgationem iusto hoc discrimine & iudicio obseruato intelligi. Nemini enim prorsus, ne Anabaptistis quidem, quicquam mali opto, sed deum oro, ut pro immensa sua misericordia, cum ipsos tum omnes errantes homines in uiam reducat, et deinde clementer conseruet. Ipsi sit laus, honor, & gloria in æternum. Amen.



HEINRYCHVS BVLLINGERVS

Christiano Lectori S.

**Q**VONIAM sæpe in his meis libris mentio-  
 nem feci libelli Anabaptistarum, in quo cau-  
 sas exponunt, quare non ad illas ecclesias ac-  
 cedant in quibus concionatores seruiunt: atq; hic libel-  
 lus nusquam, quod sciam, typis in publicum editus est:  
 præterea quia ipsi cum his qui eis fauent, grauitè con-  
 queruntur, se capi & in carceres conijci, neq; se audiri,  
 & rationes etiam suas, quas aduersarij metuant, oppri-  
 mi, ne in lucem ueniant: curauì ut hic ipsorum libellus  
 quem thesauri loco habent, sicuti eum scriptum accepi,  
 ita hic ad finem meorum librorum adiungeretur. Non  
 quod id ualde necessarium sit, quandoquidem omnes  
 ipsorum rationes fideliter & plene in meis libris com-  
 memorauì: sed ut apparet nos eorū rationes & argu-  
 rantur, bona spe freti, causam nostram per se bonam,  
 his potius promoueri quā impediri. Quamuis autem  
 hic libellus maiori moderatione conscriptus sit quā  
 reliqua eorum scripta, et mitior sit quā alioqui loqui  
 solet: nihilominus tamen multū acerbitatis habet, præ-  
 fertim contra magistratus & concionatores, ita ut uiri  
 prudentes facile agnoscant spiritum hunc affectibus ra-  
 pi. Etsi uero omnes qui meos libros legerunt, facile ani-  
 mus respondeatur, nihilominus tamen quibusdam hui-  
 us libelli locis numerum librorum & capitum  
 assignauì, quibus argumentis ipsorum  
 respondetur. Vale.

APOLO-

# APOLOGIA QVORVN

DAM, QUI VVLGO ANABAPTISTAE nominantur, in qua exponunt causas quare non ad ecclesias seu conciones accedant.



NONNVLLI nostrum qui Anabaptistae nominamur, q̄ dei beneficio desideramus secundum purum Euangelium uiuere & credere, ac parati sumus meliora sequi, si quis ea nos doceat: hæc que sequuntur confitemur, & omnibus nota esse cupimus. Posteaquã ciuilis potestas, & homines eorumque cõcionatores, causam persecutionis contra nos querunt, ac nos accusant quod ad eorum conciones, doctrinam & ecclesiam non accedamus, & hanc, atq; ipsum uerbum dei contumelia afficiamus: & quod nobis maxime dolet, hoc ipsum faciunt quos pleriq; maxime Euãgelicos esse arbitrantur, qui Lutherani & Zuingliani nominantur: & sepe à nobis querunt, quare ad eorum conciones (ut ante dictum est) accedere renuamus. His igitur de causis necessitate cogimur, & ui quodãmodo adigimur, ut nos defendamus neque taceamus, imò ut causas exponamus propter quas nõ accedimus ipsorum cõciones, doctrinam & ecclesiam, neq; ullam cū ipsis in fide & fidei negotijs communionem habemus: & ut ostendamus 2. aperte quid in illis desideremus, & quare uitemus ipsos, ut huius rei clara lux habeatur, neque quisquã arbitretur nos à uerbo dei abhorrere. Cupimus autem & rogamus ut hæc cognoscantur, neque incognita causa in nos impingant & irruant, sed ut nos quoque, sicuti æquum est, audiamur, quæ 3. admodũ omnes leges iubent ut nemo inauditus iudicetur aut

## A P O L O G I A

damnetur: unde etiam pius ille Nicodemus dicebat Ioan. 7. Num lex nostra cōdemnat quempiam, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Quod si non omnes ueritatem à nobis expositam audire potuerint aut uoluerint, neque etiam ad eam audiendam aut uidendam, sicut Matth. 13. Ioannis 12. Act. 28. Rom. 11. Esa. 6. dicitur, aures aut oculos habuerint: sicuti hactenus nonnullis in locis similia scripta Christiana, quibus nos defendimus & excusamus, non receptaque audita, sed spreta sunt: qua ex re facile conijci potest, an non illi ipsi (id quod nos accusant) uerbum dei contemnant, & ut Paulus 2. Tim. 4. inquit, sanam doctrinam non tolerant, sed ab ea aures auertant: nos tamen nihilominus hanc Apologiam non potuimus intermittere, siue audiatur nec ne, ac obtemperetur illi nec ne, Ezech. 2.3. Speramus tamen non nullos homines pio animo preeditos, hæc audituros esse, & accepturos inde rectum iudicium & rerum discrimen ad ampliorem uitæ ipsorum originem & consummationem. Amen.

1. Quod initio pollicentur se paratos esse meliora sequi, si quis eos edoceat, metuendum est id eos non esse facturos & hæc tantum suæ commoditatis causa dicere. Etenim eos iam constituisse, in quo perseverare uelint, quomocunque tandem erudiantur, satis clare apparet in postremis uerbis Præfationis ipsorum. Nos tamen nihilominus, &c. & ex postremis uerbis Apologiæ ipsorum. 2. Non tantum ad conciones & ecclesiasticas, in quibus nostræ religionis cæterus ecclesiasticus habentur, Anabaptistæ accedere nolunt, uerum nullam prorsus cum nostra fide & fidei negotijs communionem habere uolunt. Hoc autem diligenter obseruandum est. Etenim hic se publice produnt manifestos ac scientes factionum & priuatarum hæresum auctores.

Quære



Quære libri 3. tria prima capita, & 2. lib. 4. cap. 3. Perinde loquuntur ac si nunquam auditi essent, cum tamen reuera nulli homines plenius aut sæpius auditi sint.

Quære lib. 1. cap. 4. 5. 6. & 7. Librum eorum excudi curauimus, quo ipsis audientia detur: quotiescunque uero cum ministris colloqui desiderarunt, nunquam illis denegatum est, etiam extra omnia uincula: itaque facile his uerbis abstinere potuissent, quibus aiunt, se non posse ullum colloquiū impetrare, nisi in quo carnifex illis à tergo assistat: aut ita se gerant decore & obediēter, ut non necesse sit pio magistratui ipsos in carcerē conijcere. Verum eodem modo Anabaptistæ animo affecti sunt, quo illi qui iniquam causam coram senatu aut in iudicio agunt, ac si contra ipsos iudicatur, conqueruntur nimis festinate cum ipsis actum esse, se non satis auditos, & causam non satis cognitā esse, uim sibi & iniuriam fieri. His enim etiam nunquam satisfieri potest, nisi causa secundum ipsos iudicetur, quemadmodum ipsi animo suo conceperunt.

COMMEMORATIO CAUSARVM,  
*quarum ante mentionem fecimus, propter quas non  
 accedimus ad ipsorum conciones.*

PRIMA CAUSA.

**P**rima causa hæc est, quod non seruant Christianum ordinem quem Euangelium seu uerbum dei docet 1. Cor. 14. nēpe ut auditor ex officio Christianæ charitatis (si quid illi ad ædificationem reuelatum fuerit) possit loqui in ecclesia, & interim alter taceat, sicuti uerba hæc docent: Quid igitur est fratres? quoties conuenitis, quisque uestrum can-

## A P O L O G I A

ticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelatio-  
 nem habet, interpretationem habet, omnia ad edificationem  
 fiant. Et rursus: Prophetæ autem (hoc est qui uaticinan-  
 tur) duo aut tres loquantur, & alij dijudicent. Quod si a-  
 lij reuelatum fuerit aſidenti, prior taceat. Potestis enim ſi-  
 gillatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes con-  
 solationem accipiant. Et ſpiritus prophetarum prophetis  
 ſubiiciuntur. Non enim eſt confuſionis author deus, ſed pa-  
 cis, ut in omnibus eccleſijs ſanctorum. Hic autem aperte pa-  
 tet, Paulum hæc loqui ad eccleſiam, imò ad omnes Chriſtia-  
 nos, quos initio huius capituli ambire iuſit ſpiritualia dona,  
 magis autem ut prophetent, hoc eſt, ut uaticinentur, ut intel-  
 lectum à deo accipiant & alijs communicare poſſint, hoc eſt,  
 ut ad edificationem, exhortationem & conſolationem lo-  
 quantur. Quin etiam eoſdem Chriſtianos ſcilicet 1. ad Theſ.  
 5. cap. iubet ſeſe mutuo exhortari & ædificare, 1. Cor. 4. ſe  
 inuicem conſolari iubet: & Ephes. 5. loqui inter ſe mutuo  
 per psalmos & hymnos, & cantiones ſpirituales. Petrus e-  
 tiam 1. epiſt. 4. cap. iubet Chriſtianos ſibi inuicem ſeruire,  
 prout quiſque donum accepit, ſicuti bonos diſpenſatores u-  
 riæ gratiæ dei: ſi quis loquitur, loquatur ut eloquia dei.  
 Hoc autem optime & commodiſſime fieri poteſt, cum eccle-  
 ſia in unum conuenerit, eccleſiæ enim corpus templum eſt  
 ſpiritus ſancti, 1. Cor. 6. in qua in ſingulis (nota in ſingulis)  
 dona & interiores operationes ſpiritus ſancti, ſe ad com-  
 munẽ utilitatem exerunt, 1. Cor. 12. Ephes. 4. obſerua quod  
 dicitur, ad comunẽ utilitatẽ. Quomodo autẽ hæc cõmodi-  
 us ad comunem utilitatem conferri, proponi & uſurpari  
 poſſunt, quàm in eccleſia ad eius utilitatem & ædificatio-  
 nem? ſicut ſuperiora uerba Pauli 1. Cor. 14. oſtendunt, cum  
 inquit, unumquenque fidelium (nota quod dicit unumquen-  
 que) cum conueniunt, habere psalmum, doctrinam, linguam,  
reuelatã

revelationem, interpretationem, &c. & iubet ut hæc omnia fiant, hoc est, ut omnibus his utamur ad ædificationem ecclesie, quæ cõgregata est: hæc autem clara lux est, quicquid tandem aduersarij obijciant. Vult itaque Paulus si sedenti seu auditori reuelatum seu datum fuerit ut dona sua spiritualia proponat, ut tum prior taceat: propterea ait omnes prophetare posse, sed sigillatim: vult autem semper spiritum eius, qui primum prophetat, docet aut prædicat, alteri sedenti & audienti, qui etiam ipse aliquid habet quod prophetet, silere & subiectum esse, neque contentiose & pugnaciter se contra opponere, ueluti nonnulli, præsertim è concionatorum numero, statuerunt nemini, & maxime si è nostris sit, cedere, tacere & locum dicendi dare, unde secta & disidia oriuntur: ac pugnatur hoc cum Pauli doctrina ante commemorata, & cum ipsorum scholijs, quæ in quibusdam Germanicis Testamentis huic loco adiunxerunt. Præterea cum Paulus in fine huius capituli iubeat ne prohibeantur linguis loqui hi qui linguarum donum habent: nam, ut initio capituli docetur, hoc ad utilitatem facit ecclesie: quanto minus prohiberi potest prophetia aut doctrina, uel interpretatio aut exhortatio per quam ecclesia ædificatur? Quod si quis in ipsorum ecclesias ueniat & unum tantum perpetuo loquentem audiat, auditores autem omnes tacere, non loqui aut prophetare, quis nam iudicabit hæc ecclesiam spiritualem esse, uel iuxta Pauli uerba 1. Cor. 14. confitebitur, deum spiritu per uaria donâ in illis habitare & operari? quàm si ordinem, ante indicatum, sigillatim loquendi & prophetandi seruant.

Hoc aut modo nobis, ut supra diximus, Euangelicū hunc ordinem denegant, neque eum nobis, si ecclesias ipsorum accedere uelimus, concedunt: uerum docent aut arbitrantur nos quoq; sicuti erroneos, debere tacere in ipsorum concio-

Omnes Christiani sunt sacerdotes, & ideo concionatores uirtutum dei. 1. Pet. 2. Apoc. 1. Moses etiã ait, Vtinam omnis populus domini prophetaret. Num. 11. Item qui credit loquitur. 2. Cor.



## A P O L O G I A

nibus, quicquid tandem utile ædificationi dicendum habedimus: & siue concionator à ueritate aberraret, aut non, tacendum nobis esset, cum tamen, ut Cor. 14. docetur, tanquam iudices doctrinæ concionatoris hic sedeamus. Itaq; iudicium & omnia, omnesq; præsentis, concionatori & eius doctrinæ, siue bona ea, siue mala esset, ad eam conscientia amplectendam, credendam & faciendam, astrictos esse oporteret, & non à Christo & eius ac sancti ipsius spiritus doctrina pèdere. Quod si in ipsorum ecclesiã propheta aut nuncius dei ueniret (sicuti apostolorum ætate fiebat) qui à deo, non ab hominibus missus esset, tacendū ei esset, alioquin ipsam persequerentur. Hac autem ratione sacrum Euangelium & uerbum dei prætextu laudis impediunt, quantum ad præfatum ordinem attinet, & simul etiam charitatis officium tollunt, transgrediuntur, huic aduersantur, imò contra primam ipsorum doctrinam (quæ post sequetur) de Euangelica charitate, uetant. Fluios etiam fidelium uiuentis aquæ, de quibus Ioan. 7. scribitur, dona nempe spiritus sancti, retinent & obstruunt, quos tamen ad ecclesiæ ædificationem et animarum salutem profluere oportebat, ut ex illis ecclesiam spiritualem esse iudicari posset. Nunc uero hac taciturnitate unumquenque talentum suum sepelire oportet, neque eo foenerari licet, ideoq; in aduentu Christi domini hoc nomine pœnæ exigentur, Matth. 25. Hac item ratione Euangelica doctrina Christi transgreditur, neque in ea perseueratur, ac nullus etiam deus habetur, 2. Ioan. 1. neque tales Christi discipuli aut Christiani sunt, Ioan. 8. Est autem hic error grauis & perniciosus, neque uerbum dei aut Christi uox, sed contra pergrina uox prædicatur, ideoq; merito eam non audimus, sed iuxta Christi doctrinam Ioan. 10. fugimus, ne nos quoque pœnæ ante commemoratæ obnoxij reddamur, & ut infrugifera uites aut membra Ioan. 15. abscondamur: uel tanquam arborcs

bores, quæ non ferunt bonum fructū, Matth. 7. excindamur, & in ignem abijciamur. Diu uociferati sunt, non audere nos publice loqui & in apertum prodire, et tamen nobis hoc, ut diximus, prohibent. Hoc autem est spiritum extinguere, prophetias aspernari, & non omnia probare atq; bonum tenere, contra uerbū dei 1. Thes. 5. Quamuis nō omnibus nostris, præsertim infirmis & rudib. & ineloquentibus, hoc cōsulimus, sed eos potius ppter causas expositas monemus, ne ipsorum conciones audiant & illic loquatur, quandoquidē facile illis audiendis deteriores fiunt, & tales corā talib. hominibus facilius cōiugia & execrationes quā benedictiones præferunt, quoniam oīa semper in deteriore partē illi interpretantur.

Concionatores ipsorum (sicut scribitur) primum docuerunt, se nolle ullum iudicem supra uerbum dei constituere, neq; ullū q super id iudicare possit noscere: nullum magistratum nisi deū uerbo suo superiorem esse, ideoq; neminem posse id prohibere, alioqui hunc non magistratum, sed Antichristi seruū fore, quoniam animarum salutē, quātum in ipso sit, impedire conetur, & c. Hæc prima ipsorum doctrina, ut diximus, uiolatur. Dices, Si aliquid in concione dicendum habes contra concionatoris doctrinam, finit a concione ipsum accedito & illi soli dicito, secundum Christi doctrinā, Si peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum, & c. Matth. 8. Responsio. Sententia hæc plane non huc facit, & hæc oratio oritur ex magna imperitia rerum spiritualium, & ueræ administrationis Christianæ ecclesie.

Dicimus itaq; si auditori aliquid reuelatum fuerit dicendum aut prophetandum in ecclesia ad edificationē, ut uerba 1. Cor. 14. aperte docent, siue non sit error cōcionatoris, sed aliquid aliud, siue etiā spectet errorē concionatoris, aperte corā ecclesia quæ audiit et non clā cū solo concionatore agendum est: quandoquidē non in unum, aut contra unum, sed cō

## A P O L O G I A

tra totam ecclesiam peccatum admissum est, & ideo publice corā omnibus est agendum, præsertim cum ecclesia iudex sit eorum quæ publice corā ipsa dicta sunt. Quamobrem huiusmodi cause non possunt clā extra ecclesiā transigi et perfici. Quinetiam si concionator peccet tantū contra unicum hominem in ecclesia, & cum semel atq; iterū non audierit, denuo id iuxta Christi mandatum, publice ad ecclesiā referri debet, hoc est, causa hæc illic exponenda est. Hoc quoq; in ipsorum ecclesia sublatum est, quandoquidem nulli nisi concionatori dant locum dicendi: & ita ecclesia omni iudicio in negotijs animarum priuata & spoliata est, & astricta ad concionatores: ex proprio sensu & intellectu contra uerbum dei. Quicumq; concionatorum uerā dei & proximi charitatem habet, gaudebit de ueritate, si uere in causis, in quibus coram ecclesia errat, etiam corā ecclesia amice instituitur, non impatiens erit, non contradicet, non acerbe neq; indigne id feret, Cor. 13. et errorem ut malū metu dei cauebit, Prou. 16. si minus, tū tali charitate et timore caret, & ueritati quā diu potest aduersatur. Nonnulli concionatorum cum illis hæc Pauli uerba 1. Cor. 14. obijciuntur: Quoties conuenitis, quisque uestrum canticum habet, doctrinam habet, &c. omnia ad ædificationem fiant. Itē, Omnes sigillatim prophetare potestis: hæc excusatione utuntur, quod aiunt, hæc non esse scripta de uniuersa ecclesia, sed tantū de electis ministris, quales concionatores sint qui in peculiare synodos cōueniunt: talibus Paulū hæc scribere. Interpretationē autē hanc ex alijs uerbis eiusdem capituli desumunt, in quibus idiotarum mentio fit, non 4. men Lex, hoc est, idiotarum suis auditoribus aut ouibus tribuunt, atq; hos pro idiotis habet, se autem pro illis, ad quos Paulus uerba ante commemorata dicat: cū tamen Paulus uerba hæc, Quoties conuenitis, non ad aliquos tantum, sed ad totam ecclesiam fidelium Christi, quæ Corinthi erat, scribat.

Præterea



Præterea nos *Idiotæ* nomen non sic intelligere possumus, sed potius de illis q̄ extra sunt, & non ad ecclesiã Christi pertinent, aliquando tamen accedunt & audiunt, sicut etiam docet uerborum sensus in Germanico textu: ubi *idiotæ* & *insidelis* nomina similia uidentur: dicitur enim, si *idiotæ* siue *insidelis* ingrediatur, uidelicet in ecclesiam Christianorum: atq; nostro iudicio clarius in Latinis exemplaribus apparet quid certo *idiotæ* nomen significet, quod non possit dici de uere fidelibus aut membris Christi: si quis tamen hoc arbitratur, solidis rationibus id probet, tum ueritati non reluctabimur. Quod si Paulus uerba hæc, Omnes quidem prophetare potestis, tantum de illis diceret qui uaticinantur, tamen nihilominus uaticinium non ad unum astrictum esset in ecclesia, nam alijs etiam à deo datur, qui etiam prophetare possunt, iuxta uerba hæc, Omnes prophetare potestis; quamobrem præcedentia uerba, Quoties conuenitis, quisq; uestrum habet, &c. Omnia ad ædificationem fiant, absque omni contradictione, ad totam ecclesiam, seu omnia membra Christi pertinent.

1. Primæ ipsorum causæ respondimus 3. libro 10. capite. 2. Quare 3. lib. 4. cap. 3. Quare 5. lib. 3. capite. Nam non subiicimus deum & uerbum eius miseris & peccatoribus hominibus: neq; nostra ista doctrina à nobis uiolatur. 4. Tam eleganter ex linguis de *Idiotæ* nomine differunt, ut uel hinc facile appareat parum prophetiæ in illis perire, ac ecclesiam nõ magnum damnum facere, etiamsi illis non toties, quoties cupiunt, locus dicendi detur.

#### SECUNDA CAUSA.

Secunda causa est, quod Euangelici concionatores multa in initio Euangelice Christiane & ex dei uerbo docuerunt, de libertate fidei & rerum quæ ad fidem pertinent, cõ

## A P O L O G I A

1. tra eos qui fidei imperare & eam cogere uolunt: ac magistratus, pontifices, imperatores, principes, uel alios tali loco constitutos, in illis quæ ad fidem, animam et conscientiam pertinent, nullam potestatem aut imperandi ius habere, quin etiam illis in huiusmodi causis, non deberi obedientiam: & alia etiam his similia docuerunt. Prior autem hæc ipsorum doctrina, sua fundamenta & testimonia habet in his Euangelicæ scripturæ locis, Matth. 17. Ioan. 8. 1 Cor. 6. & 10. 2. Corinth 3. Galat. 2. & 3. 1. Tim. 1. Ab hac autem Christiana doctrina & uerbo dei de Euangelica libertate, nunc in hunc errorem defecerunt, ut hanc opprimant & uiolenter prætextu Euangelij: propterea quod (ut omnes audiunt & nouerunt) gladium ciuilem & magistratus in suis concionibus incitant & instigant, ut (sicuti nobis contingit) homines fidei causa in rebus animarum uel & legibus seu edictis, ueluti ad cœtus ecclesiasticos & ad alia huiusmodi cogant, & ut eos, si non obtemperent, persequantur, occidant, in exilium eiciant, & molestijs afficiant: hac autem ratione se ipsos innocentis sanguinis participes & reos faciunt, & magistratum ac alios etiam homines in idem peccatum conijciunt. Quis uero tales audire uelit, & partem atque communionem aliquam cum ipsis habere? Quomodo uero tales auditores salutem adipisci possent, cùm Esaiæ 33. illis tantum gratia promittatur, qui aures suas obturant ne consilia contra innocentes audiant, &c. Quinetiam concionatores in Synodo Bernensi, ut acta eius testantur anno 1532. in publicum edita, magistratui ciuili denuo imperium & potestatem in ecclesia supra Euangelium seu externam uitam et doctrinam fidei concesserunt. Hac autem ratione fides & conscientiam mandatis & interdictis rerum externarum, quod negari non potest, cogitur, & Christiana libertas tollitur, ac eius loco Mosaiica coactio substituitur, contra primam concionatorum

rum doctrinam, qui nunc retro relabuntur in Moscm, & ex Sole in umbram redeunt. Qua enim ratione aliter homines conari possunt fidem cogere, quàm externis mandatis & interdictis in rebus fidei? Quinetiam antea huiusmodi coactionem & persecutionem tyrannidem nominarunt: quare considerent quid ipsi nunc faciant. Etenim dici non potest eos hac ratione Euangelicum dei uerbum prædicare, sed potius ab eo deficere, imò recedere ab Euangelicis uijs, & efficiere ut populus in illis cadat, sicut etiam deus de sacerdotibus ueteris Testamenti queritur, Malach. 2.

Christianum & apostolicum Euangelium, neminem desiderat aut docet ui cogere ad suam doctrinam, concionem, communionem aut alia fidei & animarum negotia: sed potius contrarium docet (ut supra diximus) neminem ad hæc cogendum esse, & quicquid aliter docetur, execratur, Galat. 1. cap. Quare cum Cogelij doctrina, & quicquid concionatores docent (ut supra ostendimus, & post etiam faciemus) Euangelicæ doctrinæ aduersetur, & diuersa doctrina sit, ideòq; etiam, ut ante diximus, execrata sit: item cum huiusmodi doctores non sint imitatores apostolorum, sed fraudulentis & falsi 2. Corinth. capite undecimo, non decet nos ad talem doctrinam accedere, aut eam audire, sed potius sumere.

1. Ad hæc respondimus tertio libro, sexto capite.
2. Neminem moueat quod ubique in hoc libello Anabaptistæ multa testimonia scripturarum allegant, perinde ac si nihil, nisi ex uerbo dei & scripturis loquantur: nam si uerba exacte considerentur, nihil adducta scripturarum testimonia eorum instituto deseruiunt, aut ea detorquent & illis contra genuinum sensum uentur. De Christiana libertate lege 1. libro, secundo capite.
3. Obserua ingens discrimen esse inter son-



## APOLOGIA

res et infantes. Quare quid uobis, qui sc̄tes estis, locus  
 Esaiā seruit? 4. Hac de re quare lib. 5. cap. 3. & per  
 totum librum. 5. Deus Leuitas accusat, quod à uera  
 uia uerbi dei recessissent, ideoq; etiam populum ipsis  
 commissum non recte ducerent: & potius lucrum ex  
 ex sacrificijs quàm animarum salutem spectarēt. Quid  
 ergo hic locus pro uobis contra nos facit? 5. Legeli  
 brum 5. præsertim 7. caput. 7. Nomine Cogeliorum  
 (Germanice Zuuangler, alludunt ad Zuinglij nomē)  
 odium suum produunt: abutuntur etiam loco Pauli Ga  
 lat. 1. cap. sicuti in nostro opere euidenter ostendimus.

### TERTIA CAUSA.

1. **T**ertia causa hæc est. Concionatores nostri sicuti pri  
 mum (ut supra diximus) Euangelicam libertatem do  
 cuerūt, et denuo deseruerunt, ita etiā pie & Euangelice do  
 cuerunt Christianos non debere contra hostes & aduersa  
 rios suos, seipsos ac suam fidem & Euangelium ciuili & car  
 nali potestate, gladio, armis & contraria ui tueri & defen  
 dere: sed uerbo dei ueluti gladio spiritus, ac illis armis de qui  
 bus Ephes. 6. scribitur: & in patientia & tolerantia, ut se  
 2. non ulsciscantur, malo non resistant, ac ut ciuilem & Mosai  
 cum gladium non habeant, honorum & opum causa nõ con  
 tendant in iudicio, sed ad patiendum & ferendam crucem  
 sint parati, alioqui ipsos non esse Christianos: & alia etiam  
 in hanc sententiam docuerunt, quæ cum Euangelica scriptu  
 ra consentiunt, Matth. 5. Luc. 6. Rom. 12. 1. Cor. 6. Ephes. 6.  
 Esa. 2. & 11. & eandem sententiam hæc quoq; confirmant  
 quæ de Christiana charitate dicuntur, in qua omnibus Chri  
 stianis uiuendum est, Hebr. 12. Iacob. 1. et 5. Rom. 12. 2. Tim.  
 2. Nunc autem à Christiana hac doctrina defecerunt, & E  
 uangelium hoc, Euangelij prætextu deserunt & uiolant: id  
 quod

quod hinc apparet, quod sicuti utuntur ciuili ferro, gladio, & magistratum, ciuitatum & prouinciarum opera, ut ad fidem & in fidei causis cogant, ita etiam ipsdem utuntur ut seipsos & fidem suam ac Euangelium tueantur, defendant & contraria ui asserant, & ut hostes atque aduersarios ledant & perdant. Ideo cum ciuitatibus ac principibus foede-  
 3. ra contra hostes faciunt: praeterea opum aut fame & hono-  
 ris sui causa in iudicio contendunt. Hac autem ratione pati-  
 4. entiam & crucem Christi tollunt, quam tamen ex Christi doctrina ipsos amare oportebat, & hostibus benefacere, neque malum malo rependere, secundum Christi doctrinam, quam cumulatim multis partibus hac ratione transgrediuntur. Sicuti omnes norunt, & nunc palam uidemus in ciuitatibus imperij contra Caesarem & Papistas fieri: & concionatores in commemorata Synodo Bernensi declararunt scripto suo, quo docent magistratū debere externā uitam & doctrinam Euangelij apud subditos conseruare, & tueri Mosaica forma: qua quidem ratione, ut clarius ex ipsorum libello intelligi potest, Mosaicum imperium & defensio cum ecclesia Christi & Christi nomine confunditur, & Christianā charitas & patientia (sine qua nemo seruari potest) aduersus hostes & aduersarios, tollitur, contra Christi doctrinam Matthaei 5. capite. Praeterea etiam in eo defectio ab hac doctrina apparet, quod concionatores & eorum ouiculae, si dicto aut facto aliquo ledantur, statim contra iudicio contendunt, & coram magistratu litigant fame & opum suarum gratia, contra primam ipsorum praesatā doctrinam. Quamobrem non conuenit nos ad talem doctrinam & ecclesiam accedere, in qua defectio sit ab Euangelica doctrina, praesertim autem cum nobis ad haec & ad alia tacendum sit. Quid enim inde aedificari possemus? uel quosnam bonos fructus, ficus & uuas à spinis aut à tribulis colligere possemus?

## APOLOGIA

5. Matthæi 7. Quod si Lutherani concionatores nunc dicant, cum ipsis priorem eorum doctrinam obijcimus, doctrinam illam falsam fuisse, & Evangelio contrariam, neque se rem tam bene, quam nunc intellexisse: sicut ex dei iudicio (presertim si Cæsar uincat) dicturi sunt, ne à Cæsare, aut ab illis qui in Cæsaris potestatem ueniunt, damni aliquid patiantur: respondendum est, in eo rem positam esse, num Evangelium priori aut presenti ipsorum doctrinæ consensiat, an potius testimonium perhibeat priori ipsorum doctrinæ contra hæc posteriorem.

1. Ad hæc quoque respondimus tertio libro, sexto capite. 2. Quære 5. libro, quarto capite. 3. Fœdera facere non semper malū est, ueluti apparet lib. 1. c. 10. Imò si fœdera tollantur & soluātur, respub. bene cōstituta dissipabuntur. Quære 5. li. 11. cap. 4. Quære 1. ca. 5. libri. De Bernēsi synodo supra monuimus. 5. Nos neque Lutherani neque Zuingliani concionatores sumus, ac iuxta Pauli doctrinam 1. Cor. 1. & 3. cap. nolumus ab hominib. denominari. Sed Christi & ecclesiæ eius ministri sumus. Verum in omnibus Anabaptistarum sermonibus splendida bilis apparet, qua ita cōtra concionatores & magistratus perciti sunt, ut sæpe illis redundet. An autem hæc, quæ illi commemorant, ab ecclesijs & earum ministris facta sint, posteaquam Cæsar uictoriam obtinuit in Germania, malumus rem ipsam de se testari, quæ certe contrarium ostendit.

### QUARTA CAUSA.

1. **Q**uarta causa est, posteaquã hæc quæ commemorauimus faciunt, & Christi doctrinam seu Euangelium aliter quã gladio spiritus, uerbo in quã dei, tue ri, conseruare et defendere conantur, aut docent et monent ut aliter defendatur, testatur hoc facto se gladio spiritus carere: quia



quia autē hunc nō habent, manifestum est eos spiritu sancto carere, quem in ipsis hunc gladium regere oportebat. Præterea se hoc carere in eo etiam declarant, quod nos & nostræ doctrinæ homines, (qua de causa hic libellus conscriptus est) absq; omni discrimine reprehendunt, & erronearum hæresum, cum quibus nihil cōmune habemus, accusant, iāq; falso, & contra naturam spiritus sancti faciunt, qui ueritatis non mendacij spiritus est. Sicuti autem spiritu sancto carent, ita etiam carent charitate dei, quæ per spiritum sanctum effunditur, Rom. 5. Apparet autem hic charitatis defectus, quod falso, ut diximus, nos criminantur & reprehendunt, & quod malo aduersariorum suorum resistunt: item quod homines in fidei causa cogunt & persequuntur: qua persecutione declarant se spiritu sancto carere, neq; ex eo natos esse: quandoquidem Paulus Galat. 4. persecutores nō secundum spiritum, sed secundum carnem natos esse dicit: \* Idem etiam uarijs operibus carnis erga nos declarant: ueluti inimicitia, ira, odio, maledictis & conuitijs, & similibus: & hac ratione natiuitate ex spiritu sancto, & charitate dei, hoc est, quæ à deo datur, carent, propterea quod (ut ostendimus) spiritu sancto & charitate spiritus carent, sine qua charitate deum & filios dei non agnoscant, 1. Ioan. 3. & 4. Ex qua etiam ignorantia nos odio habent & persequuntur, Ioan. 15. & 16. † Imò quia deum non agnoscunt, neq; ex ipso sunt, uerba quoq; nostra, ut dei uerba non audiunt, neq; uocem nostram intelligunt, Ioan. 8. 1. Ioan. 4. Hæc etiam causa est propter quam nos non patiuntur loqui in ipsorum ecclesijs: metuunt ne eos seducamus: & ignorant se nondum à seductione & errore liberatos esse, & intactos à natiuitate diuina, adhuc animales homines esse, qui ut 1. Corinth. 2. scribitur, ea quæ spiritus sunt, non possunt agnoscere, sed illis stultitia est. Præterea etiam cum spiritu

2.  
\* In Iure Pontificio 24. ca. Si ecclesia, ex<sup>o</sup> emplis satis probatur hanc esse Christi ecclesiam que persecutionē patitur, non autem eam que ipsa persequitur: quomodo enim ecclesia martyres haberet, si ipsa martyres faceret?  
† Quæstio, qui nā oues Christi sint secundum euangeliū, an hi qui alios persequuntur, iniuria afficiunt & occidunt, an hi qui iniurias & mortem patiuntur

## A P O L O G I A

& charitate dei careant, non sunt à Christo baptizati: nam spiritus & charitas dei simul coniuncta, baptisma sunt quo homo Iesus Christus baptizat post ascensionem suam in caelos, Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Ioan. 1. Act. 1. Absq; etiam spiritu & charitate non habent uiuificantem & saluiferam fidem, unde etiam flumine aquae uiuae, de quo Ioan. 7. scribitur, inter se carent, ac se absq; ante dicta natiuitate ex deo, à peccatis continere non possunt, & ab insultu maligni illius, 1. Ioan. 3. & 5. atq; ita in peccatis manent. Nam absq; spiritu sancto peccata, utpote opera carnis, occidi non possunt, & nondum spiritualis, sed tantum carnalis affectus adest, qui inimicitia est aduersus deum, & legi dei non potest subiectus esse: & haec non est uita domini, sed secundum carnem, & mors potius, Rom. 8. Stipendium enim peccati est mors, Rom. 6. Quis ergo post haec omnia ipsos cum suis concionatoribus pro Christi & spirituali ecclesia agnoscere potest, aut ad eorum conciones accedere, et comunione cum ipsorum fide habere? Euangelium namq; hanc duntaxat pro ecclesia & sponsa Christi agnoscit, quae Christum sponsum suum sequitur, & in eius obedientia inculpate & sancte uiuit, Ephes. 5. Quoniam igitur, ut supra ostendimus, Euangelicam doctrinam & uerba Christi transgrediuntur, & in ea perseuerant, ac huic se opponunt, ideo nullum deum habent, neq; ueri Christi discipuli sunt, & tales à nobis absq; mendacio & contumelia nominis Christi appellari & haberi non possunt, neq; ipsi uere se ipsos tales estimare ac nominare possunt: atq; utinam eos uere possemus Christi ecclesiam nominare: uerum si in eorum gratiam ipsos falso ita nominaremus, similes essemus pseudoprophetae, de quibus deus conqueritur, Qui dicunt, Pax, ubi nulla pax est.

1. Subinde alias causas afferre conantur, & tamen ferme omnes sunt eiusdem generis. Omnia enim huc tendunt,

tendunt, cogi ipsos ad ecclesiam & ad bonū: hoc non placet bonis fratribus, ideoq; adeo uehementer con-  
 queruntur. Sed ad ista satis respondimus 3. & 5. libro.  
 2. Duo genera sunt martyrum: nempe qui propter  
 deum & iustitiam patiuntur: & qui propter pertinaciā  
 suam & ob malam causam patiuntur: hi tamē proprie  
 nō sunt martyres. Priores martyres non facit ecclesia,  
 uerum posteriores. Quare 5. lib. 8. cap. 3. Vehemen-  
 ter conqueruntur nos ipsos odisse, & eis conuitari: ue-  
 rum legat Christianus lector quartam hanc Causam,  
 & obseruet quemadmodum concionatores non tan-  
 tum scurriliter conuitijs proscindant, uerum etiam sa-  
 tanæ (prætextu tamen & specie spiritualium uerborū)  
 in uniuersum tradā: dicunt enim nos nullū deum ha-  
 bere, nullū spiritum dei, nullā charitatē, nullā fidē, nos  
 adhuc esse in peccatis, non esse discipulos Christi, &c.  
 & ex his iudicet utri alteris atrocius conuientur.

## QVINTA CAUSA.

**Q**uinta causa, propter quā non accedimus ad eorū  
 conciones & ecclesiam, hæc est: quod Christianā  
 & spirituales excōmunicationem & pœnam, &  
 separationem ab impuritate, non habent inter se, neq; Chri-  
 stianam & apostolicam potestatem clauium, recipiendi &  
 excludendi, ligandi & soluendi peccata, imò remissionem  
 aut reservationem peccatorum, neq; similibus institutis spi-  
 ritualibus & tali gubernatione utuntur ex uerbo dei seu  
 gladio spirituali, ut instituantur, conseruetur & edificetur  
 uera, inculpata & Christo accepta sponsa, cum suis orna-  
 mentis & uirtutibus, quibus ipsam scriptura depingit. De  
 excommunicatione hac, separatione, ui & potestate, clau-  
 bus, gladio, de admittendo & excludendo, ligando, soluendo



## APOLOGIA

do, & omni huiusmodi gubernatione & ordine, scribitur  
 Math. 16. & 18. Luc. 17. Ioan. 20. 2. Cor. 10. & 13. 1. Cor.  
 5 & 6. Ephes. 5. & 6. 2. Thes. 3. 1. Tim. 1. & 3. ac 6. Act.  
 20. Quinimo hæc omnia ipsis (sicut nonnulli concionatores  
 res confitentur) etiam cum ciuili potestate ad hæc utuntur,  
 impossibilia sunt. Quare? ideo nempe, quia ipsi spiritu san-  
 cto carent, & hæc illis potius cõmittunt, & illis etiam pos-  
 sibilia sunt, qui spiritum sanctum habent, Ioan. 20. qui solus  
 etiam uerus auditor est earum rerum quas docere & præ-  
 dicare oportet, Ioan. 14. Solus etiam episcopos instituit &  
 consecrat, Act. 20. Ideoq; Christus quoq; apostolos docendi  
 munus differre iussit, donec spiritum sanctum acciperent,  
 Luc. 24. Act. 1. Quamobrem quantumcunq; glorientur,  
 clament, & se magnifice iactent, non tamen habent neque  
 norunt ecclesiam dei & Christi, de qua Paulus Ephes. 5. lo-  
 quitur, quæ mundata sit lauacro aquæ in uerbo, ut sisteret  
 sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut ru-  
 gam, aut quicquam eiusmodi, sed ut esset sancta & inculpata.  
 Excõmunicatio uero Christiana non est talis qualẽ non-  
 nulli intelligunt: cum enim Paulus dicit 1. Corinth. 5. Tolli-  
 te igitur malum ex uobis: uult ut ex ecclesia separato-  
 rum membrorum Christi, in mundum, siue ad ceteros ma-  
 los homines qui in eadem urbe aut regione sunt, malus ami-  
 cẽ dimittatur, non autẽ ut à magistratu ciuili urbe & agro  
 eijciatur, aut etiam prorsus occidatur: quemadmodum nunc  
 hi qui se ecclesias & cõcionatores esse opinantur, statuunt:  
 quod tamen in æternum non erit Christiana excõmunica-  
 tio. Atque nostram sententiam Christus confirmat, dicens,  
 Sit tibi uelut Ethnicus: & Paulus, Non tanquam hostis, sed  
 ut amicus: non iubent nos ut tales persequamur, ex uno op-  
 pido & regione in aliam subinde pellamus, & supplicio af-  
 ficiamus, aut ut ciuilitèr excõmunicemus et proscribamus:  
 quem

quemadmodum nunc fieri solet. Etenim sub Christiana & spirituali specie, loco spiritualis gladij et potestatis, civilem potestatem & gladium in huiusmodi spiritualibus & fidei negotijs fatigant, adhibent, & eo utuntur: quæ tamen usum Evangelici concionatores initio diu scriptis suis impugnant, & tyrannidem nominarunt. Si igitur concionatores eorum spiritum sanctum haberent, Christianam excommunicationem, & hæc instituta ac hunc ordinem inter ipsos instituerent, neq; ad id civili gladio opus haberent, aut eius quæ peterent, sed absq; eius ope hoc facere possent: quemadmodum apostoli fecerunt, quibus hoc absq; brachij secularis usu & imploratione possibile fuit: quandoquidem olim etiam ipsi concionatores, ut prima ipsorum doctrina testatur, potestatem civilem à rebus spiritualibus amouerunt, ut cui hæc diuinitus non sint commissæ, inò ut hanc quæ semper spiritualia negotia Euangelij plus impedit, dissiparet & persecuta sit, quàm ut ea promoueret & instituerit. Sicut etiam scribunt Zuinglium art. 36. ita concionatores al- 2. loqui: *Quandiu ferrea arma inclamas, omnibus apparebit te non Christi aut Petri, sed satanæ successorem esse, ac uerum Antichristum, &c.* Et Lutherus super Psalmos, *Vera ecclesia non defenditur brachio & potestate seculari, sed falsa & ficta ecclesia, quæ nomen ecclesiæ sibi uendicat, uir- tutem autem eius negat.* Et rursus: *Vera ecclesia Christi nõ agnoscit brachium seculare, quo tamen nunc potissimum impij episcopi utuntur, & illud implorant, &c.* Suspecti au- 3. tem sunt, quod gladium civilem ideo rursus in ecclesiam introducant, & res ita instituant, ut carnale brachium et defensionem habeant si quis eos persequi uoluerit: item ut eos qui errores ipsorum gladio spiritus impugnant, ipsi civili gladio persequantur, ne quod purum & clarum est in lucem ueniat, Esaiæ 59. *Quod si spiritum sanctum haberent, tum*

## A P O L O G I A

excommunicationē & reliqua tam facile quàm apostoli per  
 Euangelicam doctrinam uerbi dei instituere possent. Qui  
 enim hoc se regi pateretur, hic Christianus esset, neq; civili  
 gladio opus haberet: qui hoc non ferret, hic non esset Chri-  
 stianus, neq; subiectus esset spiritali gladio & imperio, sed  
 eiiciendus esset sub civilem gladium & gubernationem. Su-  
 specti etiam sunt hoc loco quod metuant crucem & odia  
 hominum propter excommunicationem, & ideo ea ipsis  
 impossibilis est, & hac de causa, ut ferunt, civilem gladium  
 in ecclesia constituunt, ut curet & exequatur res spiritali-  
 les, & ita spiritali potestatem, gladium & uirtutem  
 negligunt.

1. Ad omnia hæc copiose respondimus 5. & 6. li-  
 bro, præcipue tamen 10. capite 6. libri. 2. Denuo  
 hoc loco ueterem querelam renouant, quam subinde  
 repetunt, quasi non bis terq; audita sit. Refutauimus  
 autem eam 3. lib. 6. cap. 3. Si deus persecutionem im-  
 mittat, tum nulla carnalis defensio eam arcere poterit:  
 cum uero nulla à deo immittitur, tum fideles gratia,  
 pace & felicitate cum gratiarum actione uti possunt.  
 Qua de re copiose scripsimus lib. 5. Quoniam uero  
 nos ipsos quoque subijcimus magistratum potestati  
 & pœnis, facile apparet Anabaptistas suis uerbis ex  
 odio male nostra omnia interpretari. Quod autem adeo  
 magistratum auersantur, ut nulla de re magis con-  
 querantur, & ab eo admodum liberari cupiant, hoc  
 ipsum ostēdit quales nam ipsi sint. Etenim Paulus ait,  
 Magistratum non esse terrori bonis, sed malis: & Si  
 non uis timere, quod bonum est facito, &c. Nunquā  
 implorauimus, & ne nunc quidem potestati  
 contra eos imploramus qui spiritali gladium ha-  
 bent, & illo bene cum contra alios, tum etiam contra  
 nos



nos uruntur. Vos autem Anabaptistæ unâ cum Papa persuasi estis uos gladium quendam habere, & eo uti posse, quo tamen caretis neq; recte uti eo potestis.

## SEXTA CAUSA.

SEXTA causa est, Cum non sint instituta & separata ecclesia dei (sicuti ipsi uidere & iudicare possunt ex rationibus ante adductis) neq; corpus Christi per spiritum sanctum, quippe spiritum charitatis, imò per spiritum & charitatem dei quibus carent, baptizatum à Christo, 1. Cor. 12. Matth. 3. præterea cum Euangelium, ut supra ostendimus, transgrediantur, & ita contra charitatem dei in peccatis uiuant: tum præterea Cœnam ipsorum non possumus pro Cœna domini agnoscere. Christus enim Cœnam hanc suis, qui à mundo separati ipsum sequuntur, & discipulis, hoc est, ueris Christianis instituit et cõmendauit, qui sese mutuo diligunt, sicut ipse nos dilexit: illis inquam qui Colos. 2. circumcisiones non manufacta circumcisi sunt, qui corpus carnis peccato obnoxie exuerunt: hi enim soli sunt corpus Christi, & populus atq; ecclesia eius. Hoc autem corpus charitatis isti non agnoscunt, quoniam illud oderunt, tam abest ut ipsi hoc corpus sint. Quoniam autem non hoc corpus sunt, neq; illud nouerunt, non possunt etiam id dijudicare, ideoq; sibiipsis iudicium edunt & uibunt, quoniam hoc non dijudicant secundum Pauli doctrinam. Itaq; Cœna talis absq; spiritu & charitate dei, non Cœna domini est, 1. Cor. 11. sed abominatio coram deo: quemadmodum etiam in carnali & typico Israele, contra deum erat, & ab eo prohibitum, ideoq; etiam abominatio coram eo, si quis Pascha edisset, cuius præputium non fuisset circumcisum, Exod. 12. Quanto magis ergo nunc in substantiali & spirituali Israele, eos qui Cœnam domini celebrant, præfata circumcissione non manufacta circumcisos,

## A P O L O G I A

hoc est, renatos & spirituales homines esse oportet, qui in  
 fidei obedientia, imò in spiritu & noua uita, ac non secun-  
 dum carnem ambulent, Rom. 6. 7. & 8. Qui inquam pa-  
 scha hoc 1. Cor. 5. non in fermento malitiæ & concupiscen-  
 tiæ, sed in suauis massa puritatis, charitatis & ueritatis cele-  
 brent, & nuptialem uestem charitatis & spiritus, de qua  
 Galat. 5. Matth. 22. induiti sint. Qui non sentit se ita idoneus,  
 & paratum esse, hic non absq; manibus circūcisus est, neq;  
 Cœnam accipere aut cōmunicare potest, sed adhuc in pec-  
 catis mortuus est. Quamobrem ante commemorata eccle-  
 siæ (ut sibi uidentur) his in rebus se ipsas probare poterunt,  
 quod fermè totum Euangelium de quo gloriantur, quantum  
 ad efficacitatem, actionem & uitam in ipsis & eorum con-  
 cionatoribus prostratū iacet: ac ipsi tantū nomine & ali-  
 3. quibus in rebus (sicuti Papiſtæ) illud in ore et uerbis habēt:  
 atq; oculi illis ita oclusi sunt, ut hi qui uerā uia ipsi demon-  
 strant, seductores & hæretici ab eis appellentur. Quid er-  
 go in eorum concionibus & Cœna faceremus? Nos enim,  
 præsertim uero infirmiores ex nobis, grauius eorum do-  
 4. ctrina & uita offenderemur: quemadmodū præfata Euan-  
 gelij transgressione nos omnesq; homines offendunt: neque  
 lumē sed tenebræ sunt, sub prætextu luce & imagine Euan-  
 gelij, quæ quidem offensio grauis est, Matth. 18. Luc. 17.  
 1. Corinth. 3. Rom. 4. Obliuiscuntur namq; uerborum Pau-  
 li, Nullam ulla in re præbentes offensionem, 2. Corinth. 6.  
 cum tamen ipsi quoq; olim contra huiusmodi offensiones  
 concionati sint. Quare non emendaremur, sed offendere-  
 mur, & deteriores fieremus: ipsi quoq; nō emendarentur,  
 quoniam nobis non darent locum dicendi. Quinimò nos po-  
 catorum & transgressionis participes redderemur: deus  
 autem nos ideo ab omnibus hominibus et rebus, quæ offēn-  
 dcre

dere possent, auocat, ut hæc scripturarū loca docent. Apoc.  
 18. Exite de illa populus meus, & ne participes sitis deli-  
 ctorum eius, quæ peruenerunt usq; ad cœlum. 2. Cor. 6. Ne  
 impari iugo copulemini cum infidelibus. Quod enim con-  
 sortium iustitiæ cum iniustitia? & quæ cōmunio luci cum  
 tenebris? & quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ  
 pars fideli cum infideli? & quæ consensio templo dei cum  
 simulachris? nam uos templum estis dei uiuentis. Sicut dixit  
 deus, Habitabo in eis, & inambulabo: & ero illorum deus,  
 & ipsi erunt mihi populus. Quapropter exite è medio eo-  
 rum, & separemini, dicit dominus: & impurum ne attige-  
 ritis: tum ego excipiam uos: & ero uobis pro patre, & uos  
 eritis mihi pro filijs ac filiabus, &c. Præterea Ieremiæ 51.  
 scribitur, Fugite ex Babylone, ut saluet unusquisq; animam  
 suam, ne in iniquitate eius pereatis. Et Ecclesiastici 13. Qui  
 tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui communicauerit  
 superbo, induet superbiam. Ac rursus, Omnis caro ad si-  
 milem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabi-  
 tur. Item Prouerb. 22. Arma & gladij in uia peruersi, qui  
 autem longe recedit ab ea, custodit animam suam. Ideoq;  
 deus ita præcepit Israelitico populo Exod. 24. Ne scædus  
 feceris cum incolis terræ quam occupabis, ne fortè tibi scan-  
 dalum fiant, &c. Verum illi præceptum hoc non serua-  
 runt: sed ut Psalmo 106. scribitur, miscuerunt se cum Gen-  
 tibus, & didicerunt opera eorum, seruiueruntq; sculptilibus  
 eorum, & facta sunt eis in scandalum. Vnde etiam David  
 Psalmo 26. scribit, Non sedi cum uiris mendacibus, & cum  
 occultantibus se non introiui. Odi ecclesiam malignantium,  
 & cum impijs nō sededo: Domine, dilexi habitacula domus  
 tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Vnde etiam uulgari  
 prouerbio dicitur, Corruptunt bonos mores colloquia pra-  
 ua. Lege Num. 16. cap. 2. Paralip. 20. Paulus quoque ad



## APOLOGIA

Romanos 16. cap. disfidiorum & scandalorum authores præter doctrinam quam accepimus obseruare iubet, & declinare ab eis. Quare cum concionatores præter doctrinam, quam supra diximus eos ex Euangelio prædicasse, ac nos ita didicimus, disfidiorum & scandalorum authores sint, propterea quod ab ea deficiunt, merito nos ab eorum concionibus declinamus, iuxta uerbum dei à Paulo traditum, cui iure plus obediunt quàm hominibus, sicuti apostoli docuerunt, Act. 4. & 5. cap. Præterea concionatores à prima sua Euangelica doctrina defecerunt, & se atq; ecclesias suas sectarios seu hæreticos faciunt, qui contra primam suam doctrinam uiuunt & agunt. Paulus uero Tit. 3. iubet defectorem & hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem uitare: ipsi uero hæctenus à nobis scriptis & uerbis sæpe admoniti sunt, & adhuc admonentur, &c. Huiusmodi pastores alieni & peregrini nobis sunt, quamobrem iuxta Christi uerba eos fugimus, quandoquidem ipsorum uocem non agnoscimus, Ioan. 10. Quare hortamur ipsos, si modo oculos & aures ad uidendum & audiendum habent, ut omnes causas à nobis cõmemoras & adhuc commemorandas, ad suam utilitatẽ animo recondant, uitam & institutum suum timore dei emendent, & considerent quomodo spiritum sanctum acquirant, qui ipsos docere poterit quod nam sit corpus Christi, si fortẽ eo agnito unà nobiscum membra eius fiant, ac deinceps unà nobiscum à corpore Satanæ separentur, sicuti illud supra 2. Corinth. 6. separatur. Præterea etiam corpus Christi spiritualia sapit, & hi corpus illud sunt qui secundum spiritum in noua uita uiuunt. Corpus autem huius mundi carnalia cogitat, caret spiritu Christi, neque Christi est, Rom. 6. 7. & 8 Galat. 5. Corpus etiam mundi natum est secundum carnem, & persequitur corpus Christi quod secundum spiritum natum est, Galat.

Galat. 4. Christus quoque de suo corpore dicit, Ego uos è mundo elegi, ideo mundus uos odio habet, Ioan. 15. Quare manifestum est, eos qui mundano & carnali sensu præditi sunt, corpus esse Belial & Satanae, & Satanam eorum principem & deum esse, 2. Corinth. 4. Ioan. 12. & 14. Christi præterea corpus fructus spiritus & charitatis profert, atq; hi sunt boni fructus: corpus autem mundi fert fructus carnis, atque hi sunt mali fructus: de utroque autem genere fructuum scribitur 1. Corinth. 13. Galat. 5. Ex his uero agnoscì possunt, sicuti dominus inquit, Matth. 7. 12. Luca 6. Ex fructibus eorū agnoscetis eos: & 1. Ioan. 2. Si scitis quod iustus est, scitote quod quisquis exercet iustitiam ex ipso natus est, & 1. Ioan. 3. Quisquis natus est ex deo, peccatum non committit: quoniam semen ipsius in eo manet, nec potest peccare, eò quod ex deo natus est. Per hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli: quisquis non exercet iustitiam non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Ac dominus ipse Ioannis 13. ait: Mandatum nouum do uobis, ut alij alios diligatis sicut dilexi uos. Ex hoc cognoscunt omnes quod discipuli mei sitis, si charitatem habueritis alij in alios. Hac ergo ratione corpus Christi cognosci & dijudicari potest: uult enim dominus suos hac dijudicatione uti, præsertim uero in Cœna: ut unusquisque seipsum probet cuiusnam corporis sit, an uerè in corpore Christi tanquam corpus charitatis dei sit, ac charitatem seruet erga reliqua membra: item ut non cum illis edat & bibat in Cœna domini, aut communionem cum illis habeat, quos agnoscit ad corpus huius mundi pertinere: & ut Paulus docet 1. Corinth. 5. tanquam fermentū uetus expurgari, & ad corpus huius mundi eijci debere, ut ita digne atq; inculpate panem & poculum domini edat & bibat: & sic Cœnam seu Pascha hoc comedat non in fermento uero

## A P O L O G I A

teri, neq; in fermento malitiæ & cõcupiscentiæ, sed in dulci  
 massa puritatis & ueritatis. Qui enim indigne edit & bi-  
 bit, hic, ut Paulus ait, sibi ipsi iudicium edit, propterea quod  
 non diiudicat corpus domini, 1. Corinth. 11. Sicuti etiam sub  
 lege deus discrimen obseruari uoluit, Malach. 3. Conuertiti-  
 mini & uidete quid sit inter iustum & impium, & inter  
 seruientem deo & non seruientem ei. Et Leuit. 10. Ut hæc  
 beatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum,  
 inter pollutum & mūdum. Item Ezech. 22. Sacerdotes eius  
 contempserunt legem meam, & polluerūt sanctuaria mea.  
 Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam,  
 inter pollutum & mundum non intellexerunt.

1. Omnia hæc confutauimus lib. 6. præcipue ta-  
 men 8. & 9. cap. 2. Admiratione certe digna est im-  
 mensa horū hominū arrogantia & temeritas, qui au-  
 dent se solos uenditare pro uero & puro corpore Chri-  
 sti, & ab eo alios fideles qui nō sunt Anabaptistæ reij-  
 cere, quasi illi nihil præter nomen fidelium habeant.  
 Est uero hoc omnino simile Pharisaicæ superbiæ, qua  
 miseros peccatores spernebant. 3. Quā quæso uiam  
 nobis ostenditis nisi illam per quam uos ad dissidia  
 facienda ambulatis, à qua scriptura nos dehortatur.  
 Vos ipsi hæreticorum & factiosorum nomen uobis  
 eo ipso tribuitis, quod adeò audacter gloriamini de  
 separatione ab ecclesia, & additis nos nolle ullam com-  
 munionem habere cum nostra fide, & rebus ad fidem  
 spectantibus: cum tamen nos uerā fidem habeamus,  
 sicut 3. & 4. libro demonstraui. 4. Qua alia de  
 causa rursus tot scripturæ loca coaceruatis nisi quod  
 uideri uultis? De eo nanq; nulla est controuersia, an  
 scandala deo displiceant: de eo autem quæritur, an hoc  
 sit uerum scandalum quod uos à nobis accipitis absq;  
 nostra



nostra culpa et merito. Scimus enim aliud esse scandalū, quod malis factis datur; huiusmodi autē scandalum uobis non damus: & aliud quod à contumacibus & nouitatis studiosis hominibus accipitur, absq; eius culpa à quo illi scandalum accipiunt. Nos non in culpa & uirio sumus quod nos nostramq; doctrinā multis nominibus accusatis, sed falsò. Denuo uero id repetitis, ad quod supra respōdimus, nēpe quod aliter nunc quàm olim doceamus. Plurima quidē scripturarum testimonio nunc quoq; coaceruatis, quæ tamen nobis non aduersantur, quoniam nos non illi aut illis similes sumus, contra quos hæc reuera ab apostolis scripta sunt. 5. Rursus falsum dicitis, nos scilicet defecisse. Etenim sumus & pseueramus sub unico pastore Christo, neq; ulla alia quàm eius doctrina & uoce utimur, ideo non alieni sumus, ad quorum uocem oues fugiant. 6. Speramus nos membra esse corporis Christi, ac omnes eos qui nostram doctrinam audiunt & illi credunt; idq; eo magis, quo minus nostra dignitate & merito, ut uos facere soletis, nitimur, sed toti à diuina gratia pendemus. De fructibus, item de eo quomodo ex deo nati non peccent, neq; secundum mundum ambulent, & quæcunque alia hoc loco à uobis scribuntur, ueluti de charitate, &c. satis scripsimus lib. 1. capite 10, & 11. item 3. lib. capite 2. 3. 5. 7. 8. &c.

## SEPTIMA CAUSA.

*Septima causa est, quod eorum concionatores in ministerio prædicandi & baptizandi non sequuntur Euangelicum ordinem, à Christo domino institutum & usurpatum ab apostolis, ad edificandam, colligendam & recipiendam*

## A P O L O G I A

Christianam ecclesiam. Transgrediuntur uero hoc Christi mandatum & apostolorum cōsuetudinem, quibus primum doctrina (adultorum nempe qui doceri possunt) & deinde Baptismus commendatus, & ita ab illis usurpatus est, Matthæi 28. Actorum 2. Ipsi enim hunc ordinem inuenterunt, & præpostere agunt: primum nanque baptizant, & quidem infantes mutos qui nondum rationis usum habent, & hoc ipsum iustum & rectum esse docent, cum sit perturbatio Euangelici ordinis, instituti & consuetudinis, & nunquam hæctenus aperto, claro & indubitato uerbo dei probarint id rectum & Euangelicum esse, & ne probare quidem possint: quemadmodum multa asserere possemus, & eorum obiectiones confutare, quæ omnia breuitatis causa omittimus. Paulus Galat. 1. execratur, quicquid aliter docetur quàm ipse & reliqui apostoli docuerint. De apostolorum autem ministerio tantū, de concione, doctrina, consuetudine & Baptismo adultorum, expressa mentio fit, & nusquam de Infantibus mutis nondum rationis usum habentibus quicquam dicitur. Itaque ipsi ut Pædobaptistæ nullam adhuc institutam & separatam ecclesiam Christi habent (ut supra diximus) propter eorum Pædobaptismum: & nullam etiam (nostra opinione) longo adhuc tempore instituere poterunt absque commemorato Euangelico ordine. Quare cum talem ecclesiam non habeant, & propter Baptismum & alias res querelam & causam contra ipsos habeamus, & cum in doctrina & rebus ecclesiasticis non possimus communionem cum illis habere, non possumus utiq; ad eorum conciones & ecclesias accedere, aut ad talem doctrinam quæ non conformis est apostolicæ doctrinæ, sed potius (ut supra) à Paulo execrata est.

1. Cuncta hæc refutauimus primis capitibus 6. lib.

lib. Arroganter & contemptim aiunt Pædobaptistas longo adhuc tempore non posse ueram ecclesiam, hoc est, separatam, instituire, &c. Certò autè existimare debent, nos deo adiuuante, nolle à uera ecclesia Christi recedere, & nos cum illis Anabaptisticae factioni & separatae ecclesiae coniungere: quippe quam in nostris libris toties erroris, falsi, & iniustitiae, in doctrina & ecclesiae institutis conuicimus.

## OCTAVA CAUSA.

**O**ctaua causa hæc est: Concionatores ipsorum antea quoq; Euangelium docuerunt, & aliqua ex parte etiam nunc docent, oportere scilicet à peccando desistere, et 1. *piam, Christianam ac inculpatam uitam agere, nouum & ex deo regeneratum esse oportere, Christianam & fraternam charitatem habere, Christum imitari, crucem portare, deum timere & amare supra omnia, manere in Euangelica ueritate, & potius domum, uxorem et liberos deserere, quàm ut à ueritate deficiamus, & eam abnegemus: ubiq; autem eorum primi Euangelici libri hac doctrina referti sunt, & in nouo Testamento copiosissima testimonia extant. Nunc uero cum nos per dei gratiam id aggredimur, ut sic faciamus, credamus, doceamus & uiuamus secundum primam ipsorum doctrinam, abominationi illis sumus, neque nos ferre possunt, ac uituperant & conuiciantur Christianam hanc nostram fidem, doctrinam & uitam, & hæreticam & erroneam esse, ciuilemq; potestatem & homines contra nos implorant, aut eos incitant & instigant ut nos persequantur & occidant. Nonnulli præterea ipsorum consulunt nobis, ut hanc uiam & uitam deseramus, quo domum, uxorem, & liberos retinere possimus: stultos nos uocant, qui huius ueritatis gratia nos*



## APOLOGIA

*ab his fugari patiamur. Quin etiam si quis ex ipsorum ecclesia conatur pie uiuere, hunc à nobis denominant Anabaptistam, & ita declarant se hoc nomine nos odisse. Quare hinc apparet Euangelium quod ante annunciarunt, planè inter ipsos inuerti & abnegari, & eius prætextu & specie irrideri, & pedibus conculcari. Eodem modo sancta Christi crux per ipsos tollitur. Declarant etiam his factis se illos esse de quibus dominus Matth. 23. & Lucæ 11. loquitur, qui non ingrediuntur in regnum dei, illud tamen prohibent & occludunt illis qui ingredi uolunt: quoniam præfata nostræ Christianæ fidei doctrinæ & uitæ aduersantur, ac nos, quasi illa heretica et erronea sit, infamant in ipsorum ecclesijs: quam ob causam uulgo homines arbitrantur rem sic habere, & ita ab illis uia hæc ad regnum dei contemnitur, suspecta illis & abominabilis est, & sic impediuntur ne ingrediantur regnum dei, seruantes uoluntatem dei: absque huius enim obseruatione nemo in illud ingredi potest, Matth. 7. & 19. Hinc sequitur concionatores sæpe necessario doctrinam Christianæ uitæ intermittere, atque aliquid aliud dicere quod illis non afferat crucem, quandoquidem nunc ab ea adeò abhorrent; ne item ut nos Anabaptistæ nominentur, & ut nos quoque odio sint, & persecutiones patiantur. Tales autem spiritus sanctus nominat inimicos crucis Christi, quorum finis est exitium, quorum deus est uenter, & gloria in confusione ipsorum, qui terra restricta curant. Philip. 3. Hebr. 6. Diligenter etiam caueant ne ipsi perstringantur D. Petri uerbis, qui ait, Per quos uia ueritatis blasphemabitur. Et rursus: Qui relictæ rectæ uia, aberrarunt. Item: Isti sunt fontes aqua carentes, nebula à turbine agitata: quibus caligo tenebrarum in æternum*

in æternum seruata est. Nam prætumidam uanitatem loquēdo, per carnis cupiditates & lasciuias, eos qui uere aufugerant ab ijs qui in errore conuersantur, inescant: libertatem illis pollicēdo, cum ipsi serui sint corruptionis, 2. Pet. 2. Item Pauli uerbis: Semper discentes & nunquam ad agnitionem ueritatis peruenientes. Ac rursus: Homines mente corrupti reprobī circa fidem. Sed non proficient amplius: nam amentia istorum euidentis erit omnibus, ut & illorum fuit. 2. Timoth. 3.

1. Hæc omnia etiam nunc docemus, & si quidem uos his acquiesceretis, bene se res haberet: uerum non his acquiescitis, sed à uera ecclesia & doctrina uos separatis, & rebaptizatis, & turbas atque dissidia in ecclesia excitatis: sicut lib. 3. commemorauī. Itaque propter hanc uestram iniustitiam, ut fontes patimini, non ut innocentes. Non enim dei & ueritatis causa quicquā patimini, sed propter uestras factiones et inobedientiam. De quibus scripsimus lib. 1. cap. 9. & 2. lib. 5. cap. 2. Nihil uobis impingimus, nisi ea quæ ueritate & testimonijs scripturarum probamus, & uera esse contra uos ostendimus. 3. Crucem quæ ueritatis, non mendacij, factionum & pertinaciæ causa portanda est, si nobis à deo immittatur, libenter, eo adiuuante, portabimus, neque nobis abominationi erit. Vos autem impudenter, quicquid libet, de nobis dicitis: qui uero nobis inuidet, libenter hæc ad eò acerbe à uobis commemorari audiunt. Multi pijs per Germaniam, Galliam & Italiam qui Anabaptismum, ut perniciosam sectam, ex animo oderunt, ita se in cruce ad mortem usq; gesserūt, ut omnes Anabaptistarum falsi martyres cum illis nullo modo conferri possint. D. Petrus inquit, Nemo uestrum patiatur ut maleficus, &c. Verba uero Pauli, quæ con-

## A P O L O G I A

tra nos adducitis, reuera contra uos faciunt. Paulus nā que contra falsos apostolos loquitur, qui dissidia contra Euāgelium excitant, & legis atq; operum iusticiam contra crucem, passionem & redemptionē Christi prædicant, &c. 4. Quemadmodum uero alijs scripturam locis contra nos abutimini, ita hæc quoque loca coaceruatis, quæ tamen dei beneficio non contra nos faciunt: quoniam Christo & uerbo eius adharemus, atque omnem libidinem & lasciuiam reprehendimus. Qua de re satis scripsimus libro 4.

### C O N C L U S I O I N Q U A V A N A B A L I quor ipsorum obiectiones refutantur.

**N**ono atq; conclusionis loco, propter omnes commemoratas causas, parum adeo spiritualis, sed multum carnalis iudicij & intellectus in concionatoribus & ecclesijs quæ ab ipsis reguntur deprehendimus. Hoc autem primum ex eo apparet, quod ad nos aiunt, quoniam in emendo, uendendo & similibus communionem cum ipsis habeamus, debere nos etiam ipsorum ecclesias accedere, & in illis quoque communionem cum ipsis habere. Nos autem respondemus, hac ratione spirituales & terrenas res confundi, & simul absque discrimine intelligi. Quod si spirituales essent, tum res spirituales, hoc est, fidei causas, spiritualiter intelligerent & iudicaret, iuxta Pauli uerba 1. Cor. 2. Christianos enim in emendo, uendendo, & similibus terrenis rebus quæ ad corporis sustentationem pertinent, communionem habere oportet cum mundo, attamen non in peccatis, & modo uti, neque id per Euangelium prohibetur, ita tamen ut sint tanquam non utentes. 1. Cor. 7. Non tamen ideo in rebus spiritus dei communionem habemus, in illis enim discrimen obseruamus.



mus, & dicimus, nos in fidei negotijs nullam communionem posse habere cum ipsis aut alijs qui contra Euangelium & precepta dei uiuunt: nam primi apostolici Christiani etiam hac ratione commercium habuerunt cum mundo, & eo usi sunt, extra tamen fidei res & peccata mundi, alioqui ipsos a mundo exire oportuisset, sicut & nos, ut Paulus ait 1. Cor. 5. Sed eodem modo nos quoq; Lutheranis dicere possemus, cum commercium habeant cum Papistis in emendo & uendendo ac similibus rebus, quare non etiam cum ipsis in fide, doctrina, Missis, & similibus communionem habeant?

1. Quare ultimum caput libri sexti.

Secundo, amplius etiam falso opinati Euangelici carnalem suū sensum exerunt, carnalibus huiusmodi sermonibus. Quia enim ob commemoratas causas eorum conciones non accedimus, neq; ullam cum ipsis in fidei causis communionem habemus, accusant nos & aiunt, nos contemnere ipsos, & uelle ac iudicare etiam nos meliores ipsis esse: neq; cogitant nos posse uicissim ab ipsis querere, quare sibi meliores Papistis uideantur? Quemadmodum etiam Papistæ carnalibus huiusmodi sermonibus aduersus Lutheranos uti solent. Quod si dicant, se non meliores ipsis sibi uideri, respondeant, quare ipsos reprehendant & eorum doctrinam & fidem uitent? Si autem confitentur ex seipsis illis non esse meliores, sed tantum in fide, aut propter meliorem fidem & uitam: age ergo nobis quoque concedant, ut hac ratione ipsis meliores simus. Nempe nō ex nobis ipsis, sed ex deo, propterea quod per dei gratiam uehementius quā ipsi desideramus Euangelio et mandatis dei obtemperare & obsequi: item quod nos non tot transgressionum in his rebus conuincere possunt, atque nos ipsos, ut supra ostendimus. Vitamus autem eorum conciones & ecclesias, non ex contemptu carnali, ut ipsi arbitratur, sed uerbo dei obtemperare cupimus.

## APOLOGIA

3. quod nos eos uitare, & ab illis separari propter 6. commemoratas causas iubet. Hanc autem obedientiam quam uerbo dei exhibemus, rem spirituales, illi estimant & iudicant p carnali contemptu. Non autem gloriamur de nobisipsis, quoniam, ut Paulus docet 2. Cor. 12. gloriatio nihil prodest: uerum tamen si quis nobis causam gloriandi præbet, ut ipsi faciunt, tum gloriamur non in nobisipsis & carne nostra, sed in domino nostro Iesu Christo & eius cruce, 1. Corinth. 1. Galat. 6.

1. Conamini uos sapientes subtiles & acutos declare, & uos ipsos ornare, summa tamen eorum quæ dicitis, hæc est, uos propter fidem nobis meliores esse. Atq; hoc id ipsum est de quo uos accusamus. Et tamen falso hoc uobis tribuitis. Etenim cū uester Anabaptif. heresis sit, quæ ab Ecclesia Christi defecit, uideate an propter fidem uestram meliores aut deteriores sitis. Vos ipsos facitis purum & separatum ab alijs Christi corpus: nos autem dicitis esse absq; deo, absque fide, absque charitate, sine spiritu, quod idem est ac si diceretis, nos plane omnes diaboli esse. Certe non immerito nobis hic ingens contemptus esse uidetur, alieno domino seruum suum iudicare, & se unà cum Phariseo primo loco in ecclesia dei constituere. 2. Distinguitis deinde inter spirituales & carnalem contemptum, ac nos potius hoc nomine accusatis quàm excusetis. Nam quem admodum spiritus carnem antecellit, ita etiam spiritualia uitia carnalibus peiora sunt. Possent nihilominus uerbo dei obtemperare, & interim peccatorem, ne dicam fidelem, non contemnere. 3. Si in Christo & eius cruce, passione & merito, recte gloriaremini, & ei confideretis, minus iactaretis uestram mortificatam et spirituales uitam: non quod uere fideles non moriantur

tur ueteri Adamo, sed quod non gloriatur de illis quæ faciunt, uerum omnem gloriam deo ascribunt.

Tertio patefaciunt carnalem suum sensum & imperitiam, quod cum nos dicimus eos excommunicatione & alijs institutis ac disciplina spiritus sancti carere, quid igitur nobis in tali ecclesia faciendum sit? respondent concionatorum nonnulli, debere nos ipsis auxilio esse ut talis excommunicatione & disciplina instituat. His respondemus, nos mirari quod cum tantus sit numerus concionatorum ubiq; terrarum, aliquot centeni per oppida & prouincias, quod tamen ne unum quidem nouimus, nedum aliquot, qui excommunicationem & hoc institutum spiritus sancti in ecclesia sua instituerit, idq; tot annis ab eo tempore quo Lutherus et Zuinglius docere cœperunt. Itaque non immerito nobis suspecti sunt, quod causam non agant serio, & careant illis per quæ hæc apostoli & apostolici episcopi instituerunt, nempe uirtute spiritus sancti. Quod si nonnulli eorum dicant se spiritum sanctum habere, nihilominus tamen hoc ipsis impossibile esse, tum carnali hoc sermone accusant et contumelia afficiunt spiritum sanctum, quasi suas uires amiserit, neq; tam fortis sit quàm apostolorum tempore fuerit: ac se denuo suspectos faciunt, quod non quærant animarum salutem, neque ea quæ Christi sunt, sed sua ac seipsos. Si enim tātus ipsorum numerus, aut saltem aliqui ex ipsis, spiritum sanctum haberēt, non opus haberent nostro auxilio, sed ipsorum satis multi essent. Apostolorum diu non fuit tantus numerus, & tamen longe citius, imò confestim in multis terrarum partibus, ueras spirituales & Christianas ecclesias collegerunt, & simul excommunicationem & reliqua spiritualia instituta ac disciplinam instituerunt. Quod si concionatores spiritu sancto carent, sicut ex carnalibus eorum dictis & factis (quibus ut supra diximus, cōtra Euangelium & nos utuntur) spiritum



## A P O L O G I A

in illis non deprehendimus, tum rursus non possumus ipsis auxilio esse in instituendis rebus spiritus sancti, cum ipsi non spirituales, sed carnales & secundum carnem nati sint, ut quatuor cause expositae ostendunt: itaque nihil certius est, quam ipsis qui secundum carnem nati sunt, institutionem huiusmodi spiritualium rerum plane contrariam fore. Quod autem petitur ut in his rebus instituendis ipsis auxilio simus, testimonium nobis perhibet quod nos ad id idoneos arbitretur, nempe quod spiritum sanctum habeamus, sine quo haec non possunt fieri: ideoque res spirituales scientes in nobis persequuntur. Quorum modo autem haec inter se conveniunt, uel qualisnam haec ipsorum petitio est, ut ipsos hac in re iuueamus, cum nos errare dicant, & odio persequantur propter haec ipsa Christiana & apostolica instituta & consuetudines, quibus ueram Christianam ecclesiam, excommunicationem & reliqua per Christi spiritum institimus: nempe quod ordine & apostolico more adultos baptizamus, qua in re ipsi contrarium faciunt scilicet illo suo Pædobaptismo, per quem impeditur huiusmodi institutum. Quomodo inquam ipsos iuueamus, cum ipsi resistant (ut in prima causa ostendimus) Christiano instituto 1. Cor. 14. & potestati loquendi in eorum ecclesijs ea quae ad edificationem, collectionem & institutionem Christianae ecclesiae & ordini in ea utilia & necessaria forent, atque à deo dantur.

1. Anabaptistae hoc loco pro sua consuetudine ea quae semel dixerunt iterum atque iterum magna cum auditorum molestia repetunt: & longam narrationem instituunt, & multa ac magnifica iactant & gloriantur de excommunicatione à se instituta. Quibus respondimus in fine 6. libri. Praeterea temere suo more loquuntur, quasi per totum orbem nulli sint ministri, & ecclesiae ubi disciplina aliqua habeatur. Veruntamen si nobis gloriari liberet, ecclesias bene institutas ostendere possemus:

possemus: & si autem quandoque executioni non nihil deest, non tamen ideo ecclesie ordine & instituto hoc carent. Sed hæc nihil apud Anabaptistas ualent; quoniam nisi Anabaptismum recipiamus, dicunt nos non esse fideles, nullum deum, nullum spiritum, nullam ecclesiam habere. Hac enim ratione in Anabaptismo tantum est spiritus sanctus, neque usquã alibi. Soli ipsi spirituales sunt, sicuti olim Monachi: qui uero non sunt Anabaptistæ, caro & carnales sunt. Atq; hæc non ex affectu aliquo loquor, legatur tantum diligenter hæc ipsorum Apologia, & facile apparebit, non aliam esse ipsorum sententiam. Præterea uero intolerabilis est ipsorum temeritas & arrogantia, &c.

Quarto loco ingens etiam error est & imperitia, quod concionatorum nonnulli ad eos qui ipsorum conciones adire nolunt, propterea quod ipsi non secundum præcepta dei uiuant, aiunt, etiamsi non secundum hæc uiuant, tamen nihilominus ex officio oportere nos ad eorum conciones accedere, quoniam Christus dicat Matth. 23. In cathedra Mo-  
 sis sedent Scribæ & Pharisei: omnia ergo quæ dixerint uobis ut seruetis, seruate & facite: secundum uero opera eorum ne faciatis. Dicunt enim & non faciunt. Ligant enim onera grauius & difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. His respondemus, concionatores hos satis sermonibus his declarare, se non in Christo, throno gratiæ, Ro. 3. Heb. 5. ut discipulos & successores Christi esse, sed seipso constituisse in eum locum, in quo Mo-  
 saici Scribæ & Pharisei sederunt ante Christi mortem, resurrectionem, ascensionem in cælos, & missionem spiritus sancti, nempe in cathedra Mo-  
 sis, ut legem & Mosaicam co-  
 stitutionem, non Euangelium & Euangelicam libertatem prædicent, sicuti Mo-  
 sis cathedra non Euangelicæ prædicationis

## A P O L O G I A

- cathedra est. Præterea qui in ea sedent, nō sunt Christi, neq; discipuli & successores eius. Christus etiā non misit eos, aut commendauit illis prædicationem Euangelij, neque illis ecclesiasticam suam potestatem & uirtutem, neq; spiritum sanctum (qui tum non erat Ioan. 7.) dedit: sed hæc tantum dedit & mandauit discipulis suis, Matth. 6. & 28. Mar. 16. Ioan. 20.
2. Quare cum ipsi se prodant Phariseos & Scribas esse, qui se in Moysis cathedra constituerint, qui deo sint inobedientes & ea non faciunt quæ dicunt: atque si ita Moysis cathedra illis ascribenda est, tum etiam ad eos Væ, & omnes minæ & pœnæ pertinent, & illis seipsos subiiciant quæ deinde eodem capite à domino contra Phariseos & Scribas dicuntur, nempe quod doctrinam propriam non obseruet, quod regnum cælorum occludant hominibus, ipsi non ingrediantur (nam qui faciunt diuinam uoluntatem, ingrediuntur, Matth. 7.) neque alios ingredi patiantur, sicut superius in oeterna causa ostendimus: item quod omnia opera sua faciant, ut uideantur ab hominibus. Præterea à domino hypocritæ, duces cæcorum, imò stulti, cæci, serpentes, & progenies uiperarum nominantur, qui intus pleni sint rapina & immundicia, qui Christi legatos occidunt, crucifigant et persequuntur. Nusquam uero legimus Christum præcepisse ut ad eorum conciones accedamus, sed tantum ait, Quæ dixerint uobis ut faciatis, &c. Verum scimus eum præcipere ut à fermento Phariseorum, id est, à doctrina eorum, caueamus. Matth. 16. Quomodo autem ipsam melius cauere possumus, quam si nō accedamus. Præterea cum iuxta domini uerba cæci sint, quomodo alijs uiam ostendere poterunt, cum sint cæci? Nisi ut cæcus cæcum ducat, & ambo in foueam cadant, ut dicit dominus, qui iubet eos sinere. Matth. 15. Luc. 6. Quinetiam dominus præfatam orationem ab initio 23. cap. Matth. de cathedra Moysis, ante suam mortem, ascensionem in cælos, & missionem



missionem spiritus sancti habuit, neque tantum ad discipulos sed ad uniuersum populum & discipulos simul indiscriminatim locutus est, ut qui omnes nondum adhuc à lege liberati essent, & eos in hac causa nõ ut Christianos allocutus est, & ut liberos dei filios, hæc enim filiorum conditio & libertas nondum erat, sed à morte & ascensione eius demum fuit, misso spiritu ipsius sancto & filiali, per quem liberamur, 2. Cor. 3. Item, Omnia, inquit, quæ dixerint uobis ut faciatis, facite: hoc autem intelligendum est de his quæ iuxta Mosaicam legem facienda erant, non quæ Pharisei contra legem dei constituebant: nihil enim eorum deus, aut Christus, facere iubet, quæ nobis imperantur, non autem ab ipso præcepta sunt, uerum contra eius legem et doctrinam imperantur. Verum ipsi neque legem Moſis, neq; Euangelium Christi recte docent, itaque neq; in Christi cathedra sedent, sed hæc turbant, & inter se confundunt Euangelicam libertatem & Mosaicam coactionem, cum non tamen possint coniungi & Moſes atque Christus simul prædicari. Neque tantum hæc confundunt, sed etiam ea quæ contraria sunt Euangelio docent, & id opprimunt, quemadmodum 1. 2. & 3. causa ostendimus. Christiani non sunt sub lege, sed ab ea liberi sunt, Roman. 6. & 7. Ioan. 8. 2. Cor. 3. Galat. 3. & 5. Et Christus est finis legis unicuiq; credenti in ipsum, Rom. 10. ideoq; Christiani non amplius eos audiunt, qui legem prædicant et in Moſis cathedra sedent: sed potius per Paulum ab hac legis prædicatione auocantur, Colos. 2. Galat. 3. 4. & 5. & remittuntur ad Euangelicam concionem gratiæ & libertatis à lege & peccatis. Christianis enim legem & legalia prædicare, Euangelicæ libertati aduersatur, & dissidiorum causa est in Euangelica doctrina, quam docuimus. Paulus uero huiusmodi doctrinam, quæ dissidiorum causa fit, uitare iubet, Rom. 16. Quinetiã deus pater Christum filium audire & illi au-

APOLOGIA

scultare iubet, Matthæi 17. Marc. 9. Luc. 9 qui duntaxat pacem, gratiam, uitam & libertatem à lege, morte, & peccato prædicat: Moses uero iram, inimicitiam, inclementiam, mortem, & captiuitatem atq; coactionem per legem prædicat & instituit. Quare illi qui in Mosis cathedra sedent, peregrini pastores sunt ouibus Christi, & uox eorum ipsis peregrina est, neque eam pro Christi pacis & gratiæ uoce agnoscunt, per quam è captiuitate legis & Mosis educuntur, Rom. 7. ideoq; eam non audiunt, sed potius Christum audiunt, & alienos pastores fugiunt, secundum Christi uerba Io. 10. Adhæc mercenarij sunt conducti ab hominibus, non autem pastores ouium Christi à Christo nati (ut supra diximus) ideoq; oues Christi non curant. Quoniam uero (ut docuimus) non uiuunt secundum dei aut Christi mandata, doctrina eorum deo non probatur, sicuti dicitur: Quid tibi, ut enarres statuta mea, & assumes pactum meum in os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti uerba mea post te. Si uidebas furem, statim currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum mittebas in malum, & lingua tua concinnabat dolum, Psalm. 50. Huiusmodi doctores illis similes sunt de quibus ad Romanos secundo capite scribitur, qui alios docent & seipsos non docent: & illis qui doctrina sua alijs festucam ex oculo eximere uolunt (quod doctorum est officium) ipsi interim trabem in oculo habent, unde etiam à Christo hypocritæ nominantur, Matthæi septimo.

1. Quæcunque hic scribuntur de cathedra Mosis, breuiter refutauimus libro tertio cap. octauo, & ostendimus Mosis cathedram esse prædicationem uerbi dei, & in hac non tantum Pharisæos sedisse, uerum etiam prophetas. Itaq; quantum ad substantiam & summam doctrinæ, Mosis & Petri cathedra sibi mutuo non aduersantur. 2. Quæ Anabaptistæ hoc loco concludunt

dunt, ea aut ex malitia aut ex imperitia inferunt. Væ enim & pœnæ & alia quæ commemorant, non ideo de hūtiata sunt Pharisæis, quod in Mosis cathedra sederēt, sed ideo quod non in ea sederent, id est, quod non recte docerent, imò quod addebant aliqua uerbo dei, & magna onera hominibus imponebant. Fermentū uero, ut in Euāgelio explicatur, fuit Pharisæica ipsorū doctrina. Vnde ea quæ postea dominus Math. 23. cap. illis imputat & eos reprehendit & pœnas minatur, contra ipsos ut Pharisæos & hypocritas dicit, non ideo quod in Mosis cathedra sederent. 3. Omnino arbitrator, nisi ita à pertinacia, quæ quiduis arripit & obijcit, obsessi essent, nūquam eos hæc dicturos fuisse. Quis enim non animaduertat eos ex affectu loqui, quando dicunt, debere nos facere ea quæ dicunt, sed non debere ipsos audire. Perinde enim loquuntur atque quidam qui dicebat, sibi quidem præceptum esse ut nouum Testamentum emat, non autem sibi mandatum ut utatur, inspiciat & legat. 4. Dicunt hoc loco ante Pentecostes diem neminem libertatem, redemptionem & spiritum habuisse, ne discipulos quidem Christi: perinde quasi hæc sententiæ, Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis: item, Qui credit in me, habet uitam æternam, &c. nihili & inefficaces sint, quasi discipuli absque spiritu prædicarint, & perpetuo, cum tamen fidem haberent, serui peccati fuerint. Lege quartum librum, quinto capite. 5. Hac de re, si cui libeat, legat quartum caput quarti libri. Ita uero hi homines his de rebus scribunt & loquuntur, ut facile appareat eos Euangelium non uere & solide intelligere: nihilominus tamen in scribendo & loquendo audaces ac remerarij sunt. Det illis deus solidiorē doctrinam et intel



A P O L O G I A

lectum. 6. Quare lib. 3. cap. 7. Obserua autem Chri-  
stiane lector, quam omnia quæ ab his hominibus dici  
tur, bile suffusa sint.

- Quin etiam nonnulli ex istis doctoribus, qui dei & Chri-  
sti mandatis non obtemperant, non tantum, ut diximus, in  
Mosis cathedra se uenditant, sed alijs quoque nominibus se  
tuentur contra eos qui ipsorum conciones audire renuunt  
& contemnunt, propterea quod manifeste præuaricentur  
Euangelium, & dicunt: Iudas quoque prædicauit & à Chri-  
sto missus est, Matthæi decimo, Marci sexto, Lucae nono capi-  
te, qui tamen nihilominus fur & latro fuit, & similia quæ=  
dam addunt. Huic uero ipsorum sermoni facile responderi  
potest, ex his quæ antea respondimus illis, qui in cathedra  
Mosis sedent. Arbitramur enim, si eo tempore, quo Iudas do-  
cuit, hæc eius malefacta manifesta fuissent, ipsum scilicet fu-  
rem esse, & fore proditorem domini sui, aut in doctrina si-  
bi demandata errare, quemadmodum hi ab Euangelica liber-  
tate, et in alijs quoque rebus aberrant: tum certe hi qui hæc  
cognouissent, non magnificissent ipsum & eius conciones,  
non audiissent eum, neque quicquam inde emendati fuissent.  
Nusquam tamen legimus ipsum in doctrina sibi deman-  
data errasse, sicuti isti ab Euangelio aberrant: præterea eo  
tempore quo à domino ad prædicandum missus est, nondum  
proditor factus erat, sed postea demum. Incertum etiam est  
an tempore missionis suæ fur fuerit, quando iuxta missio-  
nem hanc non licebat ipsis aurum, argentum, peram ac num-  
mos secum in itinere habere. Quod enim Ioannis duodeci-  
mo capite fur nominatur, & dicitur loculos habuisse, & ea  
portasse quæ domino dabantur, id factum est cum dominus  
passioni uicinus esset, biduo ante Pascha, quando breui po-  
stea proditus & morti traditus est, Matthæi uigesimosexto,  
4. Marci decimoquarto capite. Præterea ad concionandum

non instructus fuit uirtute spiritus sancti, neque in primaria apostolorum missione comprehensus, quæ post ascensionem demum in die Pentecostes inchoata est, quam non expectauit, sed suo facinore scelesto se perdidit, ac prius seipsum suspendit. Cum uero isti concionatores sese iudæ loco constituent, declarant se quoque spiritu sancto carere, quo proditor ille ut uero doctore caruit, qui uerba domini suggerit & in omnem ueritatem ducit, Ioannis decimoquarto capite. Neque uero plerisque eorum opus est ut se eius in locum constituent, & se uenditent, caueant modo ne ante hoc loco constituti & illi similes sint, quoniam suis conuitijs & contumelijs (de quibus ante diximus) nobis honorem nostrum & famam suffurantur, et se nostri sanguinis participes faciunt, eo quod ciuilem potestatem & homines ad nos innocentes persequendos & occidendos incitant & instigant. Et certe proditor eo ipsis melior fuit, quod pœnitentia ductus est, Matthæi 27. & facinus suum confessus est, se peccasse in innocentem Christi sanguinem: quam pœnitentiam in concionatoribus non reperimus, uerum illi absque pudore pergunt.

In summa quicumque se in proditoris aut similium locum substituit, hic satis miser est, & dignum honorem ac pœnitentiam habet, & tanti æstimandus est, quanti Iudas & illi similes: ad illum etiam pertinent horribiles istæ res quæ contra proditorem & illi similes prædictæ sunt, quæ Psalmo 3. 5. 69. 100. & Act. primo capite commemorantur. Neque tales apostolorum successores nominari possunt, quandoquidem uita & factis non imitantur apostolos. Cœlestis pater per Christum Iesum, omnes suos ueros spirituales seruos uirtute spiritus sancti conseruet, ut doctrina & uita in obedientia præceptorum & uoluntatis eius ambulent, & eos conseruet, ne propter horribiles istos ante commemoratos ser-

## A P O L O G I A

*mones, uia et obedientiam Christianae et Evangelicae ueritatis fugiant, & se ac ministerium suum, in quo ipsos iuxta Euangelium per omnem obedientiam ueritatis, lucem & exemplum aliorum hominum esse oportet, non ut isti sunt, tenebras, horrorem, fastidium & risum faciant. Det hoc deus pater per Christum Iesum dominum & seruatore nostrum. Amen.*

1. Quare 5. lib. 8. cap. 2. Vos quidem haec dicitis, sed nunquam haecenus testimonijs ueris & diuinis probastis nos a uera et Evangelica doctrina aberrasse. Quid aut nos Euangelicis & apostolicis scripturis contra uestra doctrina probauerimus, eorum iudicio committimus qui quartum nostrum librum legerunt. 3. Turpiter hic magni illi doctores labuntur, qui Iudam biduo tantum ante passionem, dispensatorem Christi faciunt: ac denuo scripturas assignant, quae nihil ipsis seruiunt. Duodecimum enim caput Ioannis ipsis aduersatur. Quemadmodum uero domino ab initio quaedam collata sunt, sicuti ex octauo cap. Lucæ colligi potest, ita ab initio quoque dispensatorem habuit. Nunquam autem hoc scripsissent, nisi pertinacia sua, qua ea quoque, quae non sunt, euincere uolunt, huc adducti essent. 4. Rursus incogitanter, & absque rationibus ullis loquuntur. Spiritus quidem die Pentecostes discipulis Christi largitus est, ante tamen quoque spiritum domini certa mensura habuerunt, per quem crediderunt, praedicarunt & alia bona opera fecerunt. Absque spiritu enim dei nihil possumus. Quere quartum librum, quintum & septimum caput. 5. Si modestiam seruaretis, & maiorem moderationem adhiberetur in dicendo, Anabaptistae, id uobis saltem in hoc prodesset, ut homines spiritaliores uos iudicarent quam alio  
qui



qui faciant. Cum enim huiusmodi & similibus uerbis utramini, apparet uos iniuste nos criminari & condemnare, propter uerba quædam minus acerba, quibus aliquando contra uos utimur. Sæpe testati sumus, & hoc coram domino uerum apparebit, uos immerito & absque causa a deo grauius de uobis conqueri. Verū hæc primum domino, deinde iudicio Christiani lectoris committimus.

Quoniam uero huiusmodi doctores spiritu sancto ut gratie spiritu, id est Christo ipso, carent (ex quo etiam defectu experiuntur uoluntate & præcepta dei ipsis impossibilia esse seruatu, Rom. 8. 10. 15.) audent eorum aliqui etiã alios homines secũ intrudere & inducere in eandem inobedientiam dei, in qua ipsi uersantur, ac aiunt, neminẽ posse Euangelium & mandata dei persequi et obtemperare illis ac ea seruare, aut ita quemadmodũ docent & exigunt in Christũ credere, & mori peccatis: præsertim cum nos odio habeant, eo quod cupimus absq; peccato uiuere, & nos uituperent ac dicant, nos uelle absq; peccato esse aut uiuere, quibus uerbis peculiari libello respondimus: hi aut ipsorum sermones & conuicia, non ad ædificationem et salutẽ hominum ac animarũ, sed ad ipsorũ interitum spectant: est aut hic error grauis & perniciosus admodũ, hac enim ratione nullus hominũ seruaretur si hæc impossibilia seruatu essent, quandoquidẽ non nisi per fidem saluamur, ut Mar. 16. docetur, & non nisi seruatis mandatis & uoluntate dei cœlũ & æternam uitã adipiscimur, Matth. 7. & 19. qui aut præuaricatur neq; in Christi doctrina manet, nullũ deũ habet, 2. Ioan. 1. Atq; hoc sensu omnes eorum conciones irritæ, inutiles & inanes sunt: ac omnem Euangelicam scripturã mendacij accusant, que apostolos atq; alios secundũ hæc credidisse ait, Rom. 5. & 6. 2. Cor. 4. Gal. 2. et 3. Colos. 2. 1. Petr. 1. et seruasse præcepta dei, hoc est, in

Satis declarant Anabaptistæ hoc loco, se nunquam hæcenus intellexisse solidã Euangelij doctrinam. Quære lib. 4. ca. 1. 2. 3.

## A P O L O G I A

eius charitate uixisse, 2. Corinth. 12. Coloss. 1. & 2. 1. Thess. 2. & 3. Phil. 1. 1. Petri 1. 2. Thessalon. 1. Ephes. 1. 1. Ioan. 3. 2. Ioan. 1. Apoc. 14. ac mortuos esse peccatis, seu corpus carnis peccato obnoxium exuisse, aut quieti destinaſſe, Rom. 6. Coloss. 7. Dominum quoque mendacij arguunt, cum dicat omnia poſſibilia eſſe credenti, Mar. 9. capite: item credentibus nihil impoſſibile fore, Matthæi 17. Deus conſeruet ac tueatur nos & omnes pios in perpetuum ab huiusmodi concionatoribus & doctoribus. Amen.

Lege lib. 5.  
cap. 7.

Nonnulli etiam ipſorum ex carnali ſenſu dicunt, ſe iure poſſe ciuili & humana poteſtate nos ad ipſorum conciones cogere, quoniam Chriſtus dicat, Compelle intrare, Lucae deſcripto quarto capite. Reſponſio, dominus quidem ſpiritali ſeruo dixit, Compelle intrare: non autem iuſſit poteſtate ciuili ſeu ſeculari brachio & gladio eos cogere, neque illos qui ſe non patiuntur cogi, ſeruum ſuum perſequi iuſſit: ſed bene dicit, Compelle intrare. Facile autem hic cogitari poteſt, hæc non intelligenda eſſe de ulla coactione quæ à ciuili poteſtate aut carnali coactione fiat. Nam compellere ſeu cogere, diſtinguere oportet. Compelluntur enim quedam abſque huiusmodi poteſtate, ueluti Geneſis decimonono capite, Compulit eos & diuerterunt apud ipſum: item Lucae uigeſimo quarto capite, Et compellebant ſeu cogebant eum, dicentes, Maneto nobiſcum, &c. item Act. decimoſexto de purpurarum uenditrice dicitur, Et coegit nos, &c. Hæc autem coactio ſit bonis uerbis, ſicuti etiam apoſtoli plus uerbis, nempe uerbis dei, homines ad obedientiam fidei adduxerunt, ut Act. ipſorum & epiſtolæ teſtantur. Quare aduerſarij non poterunt probare uerba hæc Lucae 14. dicta eſſe de coactione quæ ſit ciuili gladio aut miniſterio, & per miniſtros ciuiles: quemadmodum ſeruus de quo loquitur, qui ſpiritali munere fungitur, nõ ciuilis ſeruus aut coactor eſt: ubi uero alioq locū habet

haberēt scripturæ quæ loquūtur de libertate et spōtaneo cul-  
tu et nō coactō, q̄ dūtaxat deo placeat, 2. Co. 8. et 9. 1. Pet. 5.


Præterea cum nonnulli aduersariorum à nobis quærant,  
cur non surgamus, & ad populum progrediamur, ac publi-  
ce concionemur, siue id hominibus placeat aut non, & cru-  
cem hac de causa expectemus, quemadmodum & apostoli  
fecerunt: cum enim illis annunciatum esset ut non amplius  
docerent in nomine Iesu, Actorum 4. responderunt, An co-  
ram deo iustum sit uos potius audire quàm deum, iudicate.  
Non enim possumus quæ uidimus & audiuius non loqui.

Responsio. Loquuntur hæc quidem aduersarij, uerum non  
seriò neq; ex charitate: nam si in eorum ecclesijs consurga-  
mus, & loquamur quæ ad animarum salutē faciunt, quem-  
admodum sæpe hæctenus factum est, primi sunt qui contra  
nos uociferantur, ac nos tacere uolunt, ac ideo persecutio-  
nes & afflictiones contra nos instituunt. Præterea cogitan-  
dum est, ipsos hæc ideo duntaxat loqui, ut occasionem ha-  
beant nos persequendi per humanam potestatem: quomodo  
enim seriò hæc dicere possunt, quandoquidem (ut in prima  
causa exposuimus) obstant ne in ipsorum ecclesijs, publice  
pro more & consuetudine Christianæ & apostolicæ eccle-  
siæ loquamur: quamuis nihilominus, si quando deus uni aut

alteri hoc faciendum dederit, non omissuri simus, non  
tamen ex aduersariorum instigatione & man-  
dato, sed ubi & quandocunq; spiritus=  
sanctus nos iusserit & ad hoc  
adegerit, Amen.

Non iube-  
mus uos ad  
populū pro-  
gredi aut  
proreperet  
sed quia nul-  
lam iustam  
uocationē  
habetis qui  
escere uos  
iubemus:  
quod det  
uobis deus.





# INDEX LOCORVM

SCRIPTVRAE VETERIS ET

noui Testamenti, qui passim in hoc  
libro explicantur.,

## EX GENESI.

- 17 Statuam pactum meum inter  
me & te 216  
17 Eodem die circumcisi sunt A-  
brahamus & Ismael 223  
30 Iustum est ut prouideam do-  
mum meam 223  
45 Misit me deus ante uos ut po-  
nerem, &c. 72  
50 Non à uobis, sed à deo huc  
præmissus sum 72

### Ex Exodo.

- 4 Indurauit deus cor Pharao-  
nis 70.b  
18 Iethro Madianita socer Mo-  
sis 154.b  
20 Non occides 174  
22 Maleficum ne patiaris uine-  
re 174.b  
22 Si quis dederit proximo suo  
iumentum ad custodiendum 201

### Ex Leuitico.

- 19 Non prophanabis nomē do-  
mini dei tui 198

### Ex Deuteronomio.

- 6 Dominus deus tuus deus unus  
est 63

### Ex Iosue.

- 5 Circumcide secundo filios Is-  
rael 224.b

### Ex 1. lib. Samuelis.

- 15 Nunquid uult deus holocau-  
sta 175.b

### Ex lib. 1. Regum.

- 20 Achabus propter inobedien-  
tiam punitur 175.b

### Ex lib. 2. Chronicorum.

- 17 Restaurat Iosaphat religio-  
nem 167  
19 Videte quid faciat, nō enim  
hominibus exercetis iudicium  
155. 173  
34 Helchias Iosiae librum legis  
diuinæ mittit 167

### Ex libro Esdrae.

- 7 Omnis qui non fecerit legem  
dei 191

### Ex libro Iob.

- 1 Dominus dedit, dominus ab-  
stulit 72  
9 Quid respondere possem do-  
mino 29

### Ex Psalmis.

- 2 Sapite ergo o reges, erudimi-  
ni iudices terræ 161  
5 Deus nolens iniquitatem tu-  
es 70.b  
19 Iucundior est lex tua auro pu-  
rissimo 129.b  
27 Locus Psalmi de fide in Chri-  
stum explicatur 135  
31 Tu deus meus es, tempora  
mea in manibus tuis 69  
50 Impio dixit deus, Quid tibi  
ut enarres statuta mea? &c. 97  
51 Ecce in iniquitatibus natus

# INDEX.

- |   |       |   |  |
|---|-------|---|--|
|   | 29. b | 23 Propheta apud quem est somnium, &c. 4                                  |  |
| 63 Qui per ipsum iurauerit, laudabitur 202                            |       | 25 Ecce, ego assumam Nabuchodonozorem seruum meum 155. b                  |  |
| 78 Et statuit dominus testimonium in Jacob 125. b                     |       | 31 Nam hoc est foedus quod paciscar domui Israel 216. b                   |  |
| 84 Non mortui laudabunt te domine 153                                 |       | 31 Erunt oēs docti à deo 43. b (25)                                       |  |
| 218 Domine bonum est quod humiliasti me 183                           |       | 31 Decidit corona capitis nostri  |  |
| 239 Migrationes meas numerasti 69                                     |       | 31 Tunc lætabitur uirgo in choro 25                                       |  |
| 243 Ne uenias in iudicium cum seruo tuo 102                           |       | 36 Baruch scripsit omnia uerba quæ deus dixerat Ieremie 7                 |  |
| <i>Ex lib. Prouerb. Solom.</i>  |       |   |  |
| 7 Qui iustificat impium 175. b  |       | <i>Ex libro Threnorum</i>   |  |
| 8. Per me reges regnant 173   |       | 5 Adolescentes cessant à Musica 25  |  |
| 23 Qui parcat uirgæ odit filium 117                                   |       | <i>Ex Ezechiele</i>   |  |
| 26 Reges cum male agunt abominationi sunt 160                         |       | 7 Cum extenderitis manus uestras, &c. 33                                  |  |
| 29 In multiplicatione iustorum lætabitur uulgus 160                   |       | <i>Ex Daniele.</i>  |  |
| 29 Nouit iustus causas pauperum 160                                   |       | 7 Laudetur nomen domini, cuius est omnis potentia 155                     |  |
| <i>Ex Isaiã.</i>  |       |   |  |
| 1 Lauamini, mundi estote 173. b                                       |       | 12 Multitudo dormientium in puluere terræ, &c. 73. b                      |  |
| 2 Illi ergo cœcident gladios suos in ligones 192. b                   |       | <i>Ex Zacharia.</i>   |  |
| 3 Dabo principes pueros eorum 155. b                                  |       | 7 Hæc ait dominus, Iudiciũ uestrum iudicate 173. b                        |  |
| 6 Surdi audite, & cæci intendite uisum 71                             |       | <i>Ex Ecclesiastico.</i>  |  |
| 7 Ecce uirgo concipiet & pariet 67. b                                 |       | 31 Salubre est uinum 25. b  |  |
| 38 Mors non laudabit te 153   |       | <i>Ex Euangelio Matth.</i>  |  |
| 49 Et erunt reges nutritij tui 161. b                                 |       | 1 Quod in ea conceptum est è spiritu sancto est. 65. b                    |  |
| 53 Vere languores nostros ipse tulit 6. b                             |       | 2 Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum 115          |  |
| 66 Vermis eorum non morietur 74                                       |       | 3 Temporibus illis affuit Ioannes Baptista prædicans, &c. Resipiscite 204 |  |
| <i>Ex Ieremia.</i>  |       |   |  |
| 4 Et iurabis, Viuit dominus, in ueritate, iudicio, & iustitia, 200. b |       | 3 Et egressa est, tota Hierosolyma ad Ioannem 207. b                      |  |
|   |       | 3 Ego necesse habeo à te baptizari 45                                     |  |
|   |       | 5 Audistis quod dictum sit ueteribus 131. b                               |  |
|   |       | 5 Audi-   |  |



## INDEX.

- |  |   |
|--|---|
| <p>5 Audistis quod dictum sit anti-<br/>quis, Nō peierabis, &amp;c. 197. b</p> <p>5 Nolite resistere malo 96.<br/>170. b 177. b</p> <p>5 Quisquis ceciderit te in de-<br/>xtram maxillam 172</p> <p>5 Esto amicus aduersario tuo<br/>172. b</p> <p>5 Sic luceat lux uestra 121</p> <p>5 Capilli capitis uestri numera-<br/>ti sunt 69 b</p> <p>7 Nolite sanctum dare canibus<br/>227. b 229 b</p> <p>7. Petite &amp; accipietis 181</p> <p>7 Omnia quæcunq; uolueritis<br/>ut faciant uobis hoies 142. b</p> <p>7 Cauete uobis à pseudopro-<br/>phetis: nam à fructibus eorum<br/>cognoscetis eos 97. b</p> <p>7 Quid me dominū dicitis, neq;<br/>facitis iea quæ mando uobis<br/>121</p> <p>8 Omnis qui cōfitebitur me 47</p> <p>8 Vulpes foveas habent, &amp; uolu-<br/>cres cœli nidos 159</p> <p>9 Orate do minum messis, ut det<br/>operarios in messem 89</p> <p>10 Ne habetote aurū &amp; argen-<br/>tum, neq; peram ad iter 20</p> <p>10 Gratis accepistis gratis da-<br/>te, &amp;c. 105. b</p> <p>10 Qui amauerit patrē suum aut<br/>matrem suam supra me 21. b</p> <p>10 Nōne duo passerēs assē ue-<br/>neunt 209</p> <p>11 Venite ad me omnes qui las-<br/>horatis 210. b</p> <p>13 Alia ceciderūt in spinas 22 b</p> <p>13 Zizaniarum parabola 4. b<br/>10. 185</p> <p>13 Parabola de retibus in mare<br/>missis 83. b</p> <p>15 Frustra me colunt 120(63).</p> <p>17 Hic est filius meus dilectus,</p> <p>18 Videte ne contemnatis unū<br/>ex his pusillis 220</p> | <p>18 Si ecclesiā nō audierit 234. b</p> <p>19 Historia adolescentis diuitis<br/>127. 22. b</p> <p>20 Vos autem non ita 162</p> <p>21 Publicani &amp; meretrices præ-<br/>cedunt uos in regno dei 41</p> <p>22 Diliges dominū deum tuum<br/>142</p> <p>23 In cathedra Moysi sederunt<br/>scribæ &amp; Pharisei, &amp;c. 100</p> <p>23 Væ uobis duces cæci, qui di-<br/>citis: Quicumq; iurauerit, &amp;c.<br/>198</p> <p>25 Discedite à me maledicti in<br/>ignem æternum 74</p> <p>28 Ite prædicate Euangeliū o-<br/>mnibus creaturis 181. 183</p> <p>28 Euntēs docete, &amp;c. baptizan-<br/>tes eos in nomine patris 203. b<br/>211. b</p> <p>28 Docentes eos seruare omnia<br/>quæcūq; mandauī uobis 207</p> <p style="text-align: center;"><i>Ex Euangelio Marci</i></p> <p>1 Ecce ego mitto nuntiū meum<br/>ante faciem tuam 203</p> <p>1 Baptizabat Ioannes in deser-<br/>to 203. b</p> <p>1 Ego baptizauī uos aqua: ille<br/>nero, &amp;c. 205</p> <p>1 Impletum est tempus, &amp; ap-<br/>propinquauit regnū dei 204. b</p> <p>3 Quicumq; uult post me uenire<br/>tollat crucem suam 48</p> <p>9 Attuli puerum meum habentem<br/>spiritum mutum 209</p> <p>9 O natio infidelis, quousq; apud<br/>uos ero 227</p> <p>10 Tunc obtulerunt ei paru-<br/>los, &amp;c. 209, 218</p> <p>16 Qui crediderit &amp; baptiza-<br/>tus fuerit 207</p> <p style="text-align: center;"><i>Ex Euangelio Lucæ.</i></p> <p>1 Vxor tua Elizabeth gignet tibi<br/>filium 203</p> |
|--|---|

# INDEX.

- |  |   |
|--|---|
| <p>2 Vt sine timore de manu inimi-<br/>corum liberati 33</p> <p>1 Spiritus sanctus superueniet in<br/>te 63</p> <p>2 Concipies in utero &amp; paries<br/>65. b</p> <p>2 Anna nō discedebat à templo<br/>ieiunijs &amp; obsecratiōibus ser-<br/>uiens 32. b</p> <p>3 Contenti estote stipendijs ue-<br/>stris 39. 165. b</p> <p>4 Et traditus est illi liber Isaïæ<br/>prophetæ, &amp;c. 75</p> <p>6 Væ uobis qui ridetis 24. b</p> <p>9 Dñe nis dicamus ut ignis è cœ-<br/>lo descendat 174. 178</p> <p>10 Exemplū Samaritani 142. b</p> <p>20 Beati oculi qui uident, quæ<br/>uos uideris 139. b</p> <p>21 Beati qui uerbum dei audi-<br/>unt 44. 121</p> <p>21 Væ uobis legis interpretibus<br/>31. b</p> <p>22 Heus tu, quis me constituit<br/>iudicem 163. b. 171</p> <p>21 Predicabitur in tectis 21</p> <p>24 Si quis uenit ad me, nec odit<br/>patrem suum, &amp;c. 40</p> <p>17 Cū feceritis omnia quæ præ-<br/>cepta sunt uobis, dicite serui<br/>inutiles sumus 102</p> <p>22 Cum absq; loculo &amp; pecunia<br/>uos misi, nū quid defuit? 20. b</p> <p>22 Conuerte gladiū tuum in suū<br/>locum 178</p> <p>22 Introiit autem Satan in Iudā<br/>230. b</p> <p>23 Hodie mecū eris in paradyso<br/>136. 149</p> <p>24 O amētes &amp; tardi corde ad<br/>credendum omnibus quæ lo-<br/>quuti sunt prophætæ 75</p> <p style="text-align: center;"><b>Ex Euangelio Ioannis.</b></p> <p>2 In principio erat uerbum 64.<br/>114. b</p> <p>1 Qui credit, ex deo natus est 27</p> | <p>1 Nam lex per Mosem data est<br/>124. b. 140</p> <p>1 Qui misit me ut baptizarem<br/>aqua 203. b</p> <p>1 Videbitis cœlum apertum 51</p> <p>1 Ecce agnus ille dei 6. b. 204</p> <p>3 Nullus ascendit in cœlum 51</p> <p>3 Sic enim deus dilexit mundū<br/>31. b</p> <p>3 Qui credit in eum non cōdem-<br/>natur 149. b</p> <p>3 Venerunt autem ad Ioannē dī<br/>scipuli eius 203. b</p> <p>5 Amen amen dico uobis, qui ser-<br/>monem meū audit, &amp;c. 150. b<br/>&amp; 151. &amp; 152</p> <p>5 Qui in monumentis sunt au-<br/>diēt uocem filij hominis 73 b</p> <p>6 Fugit dominus coronam re-<br/>giam 163. b</p> <p>6 Ego sum panis uitæ 47</p> <p>6 Amen dico uobis, qui mandu-<br/>cauerit ex hoc pane 120. 123</p> <p>7 Hæc autē dixit de spiritu quē<br/>accepturi erāt credētes 134. b</p> <p>7 Qui à semetipso loquitur, glo-<br/>riam propriam querit 116 b</p> <p>8 Qui ex deo est uerbum dei au-<br/>dit 44. 131</p> <p>8 Priusquā Abraham fieret ego<br/>sum 64</p> <p>8 Abraham pater uester exulta-<br/>uit ut uideret diem meum 132</p> <p>8 Omnis qui cōmiserit peccatum<br/>seruus peccati est 38</p> <p>8 Nemo te condemnauit? 163 b</p> <p>10 Ego &amp; pater unū sumus 64</p> <p>11 Lazarus amicus noster dor-<br/>mit 147. b</p> <p>11 Ego sum resurrectio &amp; uita,<br/>qui credit in me, &amp;c. 149. b</p> <p>12 Si exaltatus fuero è terra 51</p> <p>12 Erat enim Iudas fur 230. b</p> <p>13 Christus sanxit discipulis pe-<br/>des 31</p> <p>15 Sine me potestis nihil 68. b<br/>69. b 15 Om-</p> |
|--|---|

# INDEX.

- 25 Omnem palmitem qui fert fructum purgat 28. b
- 26 Quicquid petieritis in nomine meo, &c. 136 b
- 27 Non sunt ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo 163
- 27 Et cum abiero & parauero uobis locum 51
- 28 Regnum meum non est de hoc mundo 162. b
- 22 Si uelim eum manere, &c. quid ad te 219

## Ex Actis Apostolorum.

- 1. Ne discesseritis Hierosolyma
- 1 Domine nō uis regnū (205 restituere Israel, &c. 162
- 2 Respicite & baptizetur unusquisq; uestrum 204. b
- 2 Qui uerbum libenter recipiebant baptizabantur 208
- 2 Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorū, &c. 146
- 2 Omnes autem qui credebant, erant eodem loci 220. b
- 4 Nec quisq; aliquid eorū quod habebat suū esse dicebat 146
- 5 Ananias uēdit possessionē 146
- 5 Petrus Ananiam morte punit 179. 191
- 5 Sinire eos, si enī ex hoīb. opus hoc est, dissoluetur, &c. 186
- 5 Oportet deo plus obedire 157
- 6 In diebus autē illis ortum est murmur Græcorum 158. b
- 7 Ecce uideo cœlos apertos 51. b. 152. b (tur 147
- 7 Stephanus obdormiisse dicitur 146
- 10 Quod deus purificauit tu cōmune ne dixeris 216
- 10 Num quis aquam prohibere potest 221
- 11 De Simone coriario 146. b
- 13 Paulus seductorem Bariehu excæcat 179. 191
- 25 Quid tentatis deum ut impo-

- natis iugum, &c. 126. 138
- 16 Mitto te ad Gentes, ut remissionem peccatorum accipiant per fidē quæ est erga me 120
- 16 Lydia audit Paulum, & cor eius aperitur 9
- 16 Baptizatus est ipse & omnes domestici eius 222. b
- 19 Duodecim Ephesini baptizantur 204. 225
- 23 Paulus auxilio magistratū nitur 159. 195

## Ex Epistola ad Rom.

- 1 Segregatus Apostolus in Euangeliū quod deus ante promiserat 132
- 2 Diuitias bonitatis illius contemnis 73. b
- 2 Qui ergo aliū doces, te ipsum non doces 97. b
- 3 Nō iustificabitur ex operibus legis omnis caro 119. b
- 3 Omnes peccauerunt & destituntur gloria dei. Iustificatur autem gratis 119. b (est 125
- 3 Absq; lege iustitia dei reuelata
- 4 Quid igitur dicemus Abrahamū patrē nostrū inuenisse 119. b
- 5 Iustificati ex fide pacem habemus 123
- 5 Per unū hominē peccatum in mundū introiit 30. 70. b
- 5 Charitas dei effusa est 142
- 7 Scimus q; lex spiritualis est
- 7 Noui quod non habet in me, id est in carne mea, bonum 28. 101. b
- 8 Quod si cohæredes Christi sumus, statim à morte hæreditatem uitæ adibimus 149. b
- 8 Quicq; spiritu dei agūtur 221
- 8 Quos præsciuit, hos prædestinauit 210
- 9 Non oēs qui sunt ex Israel 49
- 9 Neq; enim qui semen sunt Abrahamæ, omnes filij sunt 217. b



# INDEX.

- 9 Non dolentis neq; currentis, sed miserentis dei est 66.b
- 10 Finis legis est Christus 126.b
- 10 Fides ex auditu est 181
- 10 Corde creditur ad iustitiam 47. b
- 10 Quomodo prædicabunt nisi missi fuerint 89. b
- 11 Ecclesiam comparat arbori 217
- 11 Quod si per gratiã, iã non eo operibus 121. b
- 11 Aut quis prior dedit illi & retribuatur ei 181
- 12 Ne ulciscamini uos ipsos 158
- 12 Nemini malum pro malo reddentes 193
- 12 Nolite conformari huic sæculo 23
- 13 Omnis anima potestatibus subiecta sit 156
- 13 Nam magistratus non sunt terrori pro bonis operibus 176
- 13 Quisquis se opponit potestati, &c. 5
- 13 Nemini quicquam debeatis 39. 177. b
- 15 Dico enim Christũ Iesum ministrũ fuisse circũcisionis, &c. 217
- 16 Precor uos fratres ut speculemini dissidiorum authores 82
- Ex Epist. ad Corinth. 1.*
- 1 Discordiam Corinthiorum increpat 82. b
- 2 Baptizati autem & Stephanæ domum 222. b
- 3 Non enim misit me Christus baptizare, &c. 221
- 3 Quis igitur est Paulus, quis item Apollos 99
- 3 Neq; is qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, &c. 8
- 4 Non enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute 82
- 5 Tradatur eiusmodi homo Sathanæ 234. b
- 5 Fecit enim ut is qui non nouit peccatum, pro nobis peccatũ esset 119
- 6 Christianus nõ debet litem intendere proximo 172. b
- 6 Omnia mihi licent 233. b
- 7 Propter scortatiões suã quisq; uxorem habeat 42
- 7 Vxor à uiro non discedat 8. b
- 7 Vxor potestatem sui corporis non habet 42
- 7 Qui habent uxores sint ut non habentes 26
- 7 Vnusquisq; in qua uocatione uocatus fuit in ea maneat 165. b
- 9 Possẽ ministrum iure accipere stipendium 107. b
- 9 Boni trituranti non obligabitis 105. b
- 10 Patres nostri omnes eandem escam spiritualem comederunt 133
- 10 Omnes mare transierunt, & omnes in Moysen baptizati sunt 208
- 10 Patres sub nube fuerũt 320. b
- 10 Siue ergo editis, siue bibitis 24
- 11 Inãtitutio Cœntæ 226
- 11 Probet autem quisq; seipsum 229. b 232
- 11 Qui indigne de hoc pane edit 230
- 14 Fratres ne sitis pueri intelligentia 21
- 14 Cum conuenitis quisque uestrum Psalmum habet, doctrinam habet, &c. 108. b. 109
- 14 Prophetæ autẽ duo aut tres dicãt & cæteri dijudicẽt 110
- 14 Omnes prophetare potestis 111
- 14 Et spiritus prophetarũ prophetis subiecti sunt 112
- 15 Non

## INDEX.

25 Non omnes quidem obdormimus 143. b

26. Porro de collecta in sanctos 144.

### Ex Epist. 2. ad Corinth.

1 Quotquot enim promissiones dei sunt, in ipso sunt, &c. 126. b

2 Sufficit istiusmodi homini obinergatio 234

3 Non idonei sumus ex nobis ipsis, &c. 66. b

3 Epistola nostra uos estis, non attramento, sed spiritu dei scripta, &c. 3

3 Paulus legem literam nominat 124. b

4 Quod si obiectum est Euangelium nostrum 71. 139. b

4 Et quia habemus eundem spiritum 134

5 Deus reconciliavit nos sibi per Iesum Christum 118. b

5 Scimus quod si terrenum nostrum domicilium tabernaculi destruat 51. b

8 Non ex imperio loquor, sed per aliorum studium 144

10 Nam arma militie nostre non carnalia sunt 174. 176. b

11 Num peccavi cum gratuito uobis Euangelium predicavi 106

### Ex Epistola ad Galat.

2 Scientes non iustificari hominem ex operibus legis 120

3 Amentes Galatæ, quis uos fascinauit, &c. 82

4 Fingit duas matres 186. b

5 Caro concupiscit aduersus spiritum 41. b

6 Alter alterius onera portate 184

6 Communicet autem is qui instituitur sermone ei qui se instituit 107. b

### Ex Epistola ad Ephes.

1 Antequam mundi fundamenta iacta sunt elegit nos Christus 118

2 Gratia estis seruati per fidem

4 Alios dedit apostolos (120 alios prophetas, &c. 89

4 Unum corpus & unus spiritus 204

5 Videte igitur quomodo accurate incedatis 51. b

6 Deprecamini cum omni perseverantia, &c. 29. b

### Ex Epistola ad Philip.

1 Gratias ago, &c. sicut iustum est ut ego id sentiam de omnibus uobis 210. b

1 Mihi uiuere Christus est 152. b

2 Deus est qui in nobis operatur uelle & perficere 66. b

4 Didici in quibus sum ijs ipsis contentus esse 24. b

4 Quæcumque uera sunt, quæcumque honesta, &c. 24. b

### Ex Epistola ad Colos.

1 Quoniam in eo complacuit patri 119

2 Per quem & circumcisi estis 222

3 Vita uestra abscondita est cum Christo in deo 149. b

### Ex Epistola ad Thess.

2 Gratias agimus deo, quod cum accepertis sermonem a nobis 7. b

4 Hæc est uoluntas domini, sanctificatio uestra 42. 121. b

5 Rogamus uos fratres ut agnoscatis eos qui laborant inter uos 88. b

### Ex Epistola 2. ad Thess.

1 dantis uindictam ijs qui non uerunt deum 73. b

# INDEX.

- 3** Audimus quosdā uersantes in-  
 ter uos inordinate 50  
*Ex Epist. 1. ad Timoth.*  
**1** Lex non est iusto posita 126  
**2** Adhortor igitur ante omnia ut  
 fiant deprecationes pro omni-  
 bus 159  
**3** Paulus instituit ministrum ec-  
 clesię 91. b  
**3** Domui suę bene pręsit 223  
**4** Esto exemplar fidelium 87  
**f** Qui bene pręsunt presbyteri  
 duplici honore digni habeantur  
 105. b  
**5** Si qua autem uidua 21. b  
**5** Si q̄s suorū curā nō habet 21. b  
*Ex Epist. 2. ad Timoth.*  
**2** Certus est sermo, nam si com-  
 mortui sumus 43. b  
**2** In domo magna non solum ua-  
 sa sunt aurea 86  
**2** Stude teipsum probatum ope-  
 rarium exhibere 114  
**2** Seruum domini non oportet  
 pugnare 227  
**6** Quicumq; sub iugo sunt serui  
 38. b  
*Ex Epistola ad Titum.*  
**1** Deum profitentur se scire 121  
**3** Suggere ipsis ut principatibus  
 subiecti sint 157  
**3** Hæreticū post unam & secun-  
 dam correptionē deuita 135. b  
*Ex Epistola ad Hebr.*  
**2** Christus semen Abrahamę assum-  
 psit 174. b  
**2** Filius dei assumpsit semen A-  
 brahę 65. b  
**6** Omnis controuersię finis est  
 iuramentum 201  
**8** Dum nouum dicit, antiquauit  
 prius 74. b  
**11** Isti per fidem expugnauerunt  
 regna 194  
**11** Iuxta fidem defuncti sunt isti  
 omnes non acceptis repromis-  
 sionibus 50 b. 135  
**12** Sed accessistis ad Sion mon-  
 tem, &c. 152. b  
**13** Honorabile est coniugiū 8. b  
**13** Obedite ijs qui pręsunt uo-  
 bis 88. b  
*Ex Epistola Iacobi.*  
**1** Unusquisque tentatur dum a  
 propria cupiditate abstrahitur  
 70  
**3** Ne sitis multi magistri, &c.  
 101. b  
**5** Ante omnia, ne iuretis 197. b  
*Ex Epistola 1. Petri.*  
**2** Subditi estote cuius humanę  
 ordinationi 5  
**2** Qui aliquando non populus  
 dei, &c. 49  
**5** Sitis autem parati semper ad  
 respondendum  
*Ex Epistola 2. Petri.*  
**1** Habemus enim firmissimū ser-  
 monem prophetarum 76. b  
**1** Ad hoc ipsum uero uos omni  
 præterea collato studio adij-  
 cite 121. b  
**2** Fuertunt olim Pseudoprophe-  
 tæ 7  
**3** Vnus dies apud dominum si-  
 cut mille anni 150  
*Ex Epist. 1. Ioannis.*  
**1** Si dixerimus nos peccatum nō  
 habere, nos ipsos fallimus 127.  
 101. b  
**2** Hęc scribo uobis ne peccetis,  
 quod si quis peccauerit 67  
**2** Omne quod est in mundo con-  
 cupiscentia, &c. non ex patre  
 est, 70. b  
**2** Quis est mendax nisi is qui ne-  
 gat Iesum Christum 64. b  
**2** Quisquis negat filium 64. b  
 3 Qui



## INDEX.

- 3** Qui cōmittit peccatum ex dia-  
 bolo est 27. 70.b  
**3** Quisquis in eo manet non pec-  
 cat 27  
**4** Diligamus alij alios, nam cha-  
 ritas ex deo est 142  
**4** Nos deum diligimus, quia ille  
 prior dilexit nos 142  
**4** Omnis spiritus qui confiterur  
 Iesum Christum 66  
**5** Scimus quod filius dei uenit  
 64.b

### Ex Apocalypsi.

- 6** Et cum aperuisset sigillū quin-  
 tum, uidi subtrus altare animas,  
 &c. 152. b  
**7** Ideo sunt ante thronum dei,  
 & seruiunt ei die ac nocte  
 153  
**14** Et uidi Angelum habentem  
 Euangelium æternum 32  
**14** Beati posthac mortui in do-  
 mino 153

## INDEX RERVM ME-

MORABILIVM, QUAE PAS-  
 sim in hoc libro continentur.

- A** Abominandi & horribiles  
 Anabaptistæ 62.b  
 Abrahamus bellum gessit 193.b  
 Abrahā diem domini uidit 132.b  
 Abrahami fides 132  
 Abrahæ semen qui sint 217. b  
 Abrahæ sinus 135 b  
 Abrogatio ueteris Testamenti  
 75. 129 (214)  
 Abusus circa Pædobaptismum  
 Aeternū perpetuū significat 73. b  
 Anabaptismus Christianis non  
 est necessarius 212. b  
 Anabaptismus iniustus est 223. b  
 Anabaptismi exortus Tiguri in  
 Heluetia 9  
 Anabaptismi fructus 1  
 Anabaptismi ortus ad Salam flu-  
 uium Saxonie 1. b  
 Anabaptismi ortus Vuormatie  
 16. b

### ANABAPTISTAE

- cum suis erroribus & eo-  
 rum refutatione.  
**Munceriani** 2. **Apostolici** 19. b

Separati à mundo, siue spiri-  
 tuales 22. b Sancti & puri, ca-  
 rentes peccato 26. b Tacetes  
 & orantes 30. b. 32. Entusia-  
 stæ siue Arreptitij 34. Liberi,  
 uel crassi & impuri fratres 37.  
 Secundū genus liberorum fra-  
 trū 42 b Huticæ fratres 48. b  
 Augustiniani 50. Monasteri-  
 enses splendidi & magnifici 52  
 Abominādi et horribiles 62. b  
 Melchioris Hofmāni discipuli  
 65. Dauidici 68. Libertini  
 68. b Anabaptistæ qui putant  
 diabolū & omnes impios tan-  
 dem saluandos esse 72. b Item  
 qui uetus Testamentū reijciūt  
 74. b

### Anabaptistæ.

- Nicolaus Storck** 1. b  
**Thomas Muncerus** ibid.  
**Melchior Ringg** ibid.  
**Phiferus** 1. b  
**D. Balthassar Hübmeier** 14  
**Ioannes Denkius** 16. 73

# INDEX.

- |  |           |  |   |
|--|-----------|--|---|
| Ludovicus Hetzerus   | 16. b     | Anabaptistæ docent Christianis non licere bella gerere                     | 192.  |
| Jacobus Kautzius   | 16. b     |  | 195. b  |
| Pistor maior   | 17        | Anabaptistæ docent Christianis non posse Magistratu fungi                  | 160. 161. b. 162. b. 163. b                       |
| Theodoricus Sartor   | 35. b     | Magistratum item nõ debere curare negotia religiõis                        | 166. 170  |
| Thomas & Leonhardus Schykeri fratres                                       | 36        | Anabaptistæ docent, Christianis non licere occidere                        | 173. b  |
| Ioannes Hurus  | 48. b     | 176. peccata excommunicatiõne tantũ punienda esse                          | 178. b  |
| Augustinus Bohemus   | 50        | Neminẽ item ad fidẽ cogendũ esse   | 179. b. 180. 183. 184. 184. b. 185. 186. 187. &c. |
| Bernhardus Rotmannus   | 53        | Anabaptistæ quid doceant de iure reiurando                                 | 197. b  |
| Ioannes Bocoldus   | 53. b     | Anabaptistæ scripturas pro sua libidine interpretantur                     | 114   |
| Henricus Rollius   | 53. b     | Anabaptistæ somniant animas ñ delium post discessum à corpore dormire, &c. | 147   |
| Hermannus Stapreda   | ibid.     | Anabaptistæ sunt noui Donatistæ  | 85. b   |
| Bernhardus Cuipperdolingus.  |           | Anabaptistarum error de patribus & ueteri Testamẽto                        | 128   |
| Gerhardus Cnippenbrochus,  |           | Anabaptistarum communia dogmata, itẽ dissensioes                           | 17. b. 18   |
| Bernhardus Crechtingus   | 54        | Anabaptistarum doctrina de Cœna dominica                                   | 227. b. 229.                                      |
| Ioannes Matthias   | 55. b     | Anabaptistarum doctrina de libertate Christiana falsa                      | 39. b   |
| Georgius David   | 58. b. 63 | Anabaptistarum signenta de nouo cœlo, &c.                                  | 4   |
| Henricus Hiluersum   | 59        | Anabaptistarum dogma de saluandis diabolo & impijs                         | 71. b   |
| Michael Seruetus Hispanus  | 62.       | Anabaptistæ docent Christianis omnia communia esse debere                  | 143. b. 145                                       |
| Melchior Hofmannus   | 65. (b)   | Anabaptistæ quare contemnunt externum uerbum                               | 7 b   |
| Anabaptistæ Basileã ueniunt  | 16        | Anabaptistæ rejiciunt magistratum tanquam inutilem & non necessarium       | 154. 157. b. 160                                  |
| disputatio cũ illis habet  | 16. b     | Anabaptistæ rejiciunt Pædobaptisimum                                       |   |
| Anabaptistæ accusant Euangelicos, quod de charitate non recte doceant      | 141. b    |  |   |
| Anabaptistæ aiunt Concionatores profanare Cœnam dominicam                  | 225. b    |  |   |
| Anabaptistæ accusant ministros Euangelicos defecionis à uera doctrina      | 94. b     |  |   |
| Anabaptistæ contemnunt externum uerbum                                     | 7. b      |  |   |
| quærunt separationem   | 10.       |  |   |
| pœnitentiam proclamant Tiguri  | 11.       |  |   |
| capitis supplicio afficiuntur  | 15. b     |  |   |
| Anabaptistæ conqueruntur Concionatorũ doctrinã nimis esse leuem & remissam | 117. b    |  |   |
| Anabaptistæ dicunt doctrinã in Euangelicis esse strictã non liberam        | 108       |  |   |
| Anabaptistæ doctrinam Euangelicorũ de lege falsam esse dicunt              | 123. b    |  |   |

# INDEX.

- ptissimum 202. b. 206. 206. b. 207. b. 208. 209. b &c.
- Anabaptistæ** rejiciunt ministros Evangelicos, quia non respondeat uita ipsorum doctrinæ 97. Docet ut eos non debere stipendia accipere sui officij 102
- Anabaptistarum** inuidus spiritus Adhortatio appellatur 213
- Anabaptistarum** Monasterientium historia 53. &c.
- Anabaptistarum** prophetiæ impediant conciones legitimas 112
- Anabaptistarum** spiritualia coniugia 42
- Anabaptistarum** somnia 3. b
- Anabaptistarum** uocatio 88
- Animæ** fidelium 147. post discessum à corpore non dormiunt 148. à morte statim in uitam transeunt 149. 152. Earum salus certa est 149. b. 152. b
- de Animabus** fidelium Anabapt. dogma 147. b
- Annui** redditus 39 b
- Apostolatus** 89
- Apostoli & pastores** differunt
- Apostoli** doctrinam suam (107. b) comprobant testimonijs ueteris Testamenti 138
- Apostoli** non omnia fecerunt quæ alios docuerunt 101. b
- Apostoli** quomodo omnia habuerint communia 145. b
- Apostoli** proprias possessiones habuerunt 20. b
- Apostolici** Anabaptistæ cum ipsorum errore & eius confutatione 19. b. 20. 21. 22.
- Apostolis** quomodo, phibitæ perre, calcei, baculi 20
- Apostoli** stipendia sui ministerij acceperunt 107
- Apostoli** totas familias baptizauerunt 222. b
- Apostoli** uita multarunt contumaces 179. 192
- Armorum** usus Christianis non est prohibitus 26
- Articuli** præcipui doctrinæ Anabaptistarum 18
- Augustiniani** cum suis erroribus & eorum refutatione 50
- Augustini** doctrina de bello gerendo 194. b
- B.
- Balthassar** Hübmeier Anabaptista 14. Venit Tigurum 14 b
- Palinodiam** canit 15. Occiditur in Moravia.
- Baptismus** apostolorum Ioannis & Christi, qui et ignis 203. b. 204
- Baptismus** est circumcisio Christi 222
- Baptismus** infantibus dari debet 208. b. 220. b. 222.
- Baptismus** necessarius est fidelibus 45. b (212 b)
- Baptismus** non est salus deus
- Baptismus** paruulorum non est raddix Antichristianismi 213. b
- Baptismus** paruulorum apostolorum temporibus in Ecclesia fuit 212
- Baptismus** quid, à quo, & quando institutus 203. 204. 205. 208. b
- Baptismus** signum noui foederis 207. 207. b (218 b)
- Baptismus** signum populi dei
- Baptismus** successit in locum circumcisionis 221. b
- Baptismus** unicus tantum est in ecclesia 205. **U**sus Baptismi 205. 205. 205. b
- Baptismi** origo 203
- Baptismi** Christianorum ceremoniæ 205. b
- Baptismi** paruulorum abusus 214
- Baptismo** paruulorum confirmatur nouum foedus 214



# INDEX.

Baptismo testes adhibentur	214. b	Christus baptizat spiritu sancto	205
Baptismum doctrinam præcedere non necesse est	207	Christus benedicit infantibus.	209
de Baptismo Anabapt. dogma	64. b. 202. b. 206. 207. 208. 209. 211. 212. &c.	Christus carnem suam ex Maria uirgine assumpsit	65. b
Baptizare in Christum	204. b	Christus cælum patefecit	51
Baptizare infantes non est cõtra uerbum dei	211. b	Christus circumcisio fidelium	222. b
Baptizantur Ephesini	225	Christus elegit apostolos	89
Baptizandus quis	206. 207	Christus est satisfactio pro peccatis nostris	118. Fides in ipsum sola iustificat
Bellum gerere an Christianis liceat	193	Christus est tertia persona in Trinitate	63. uere & essentialiter filius dei
Bellum gerere est opus fidei	194	Christus est uerus deus	64
Bellũ gesserũt sancti patres	193. b	Christus est uerus deus	150. b
de Bello gerendo Anabapt. dogma	192. 195. b. 196	Christus est uera consummatio legis	126. b. 130
Bernhardus Cnipperdolingus Anabaptista	54	Christus et apostoli stipendiũ sui ministerij acceperunt	107
Bernhardus Crechtingus Anabaptista	54	Christus & apostoli interpretati sunt scripturas	115. b
Bernhardus Rotmannus Anabaptista	53	Christus hircus expiatorius	6. b
Bona opera fidem sequuntur, & ex fide fiunt	119. b. 121. Non damnantur à fidelibus	Christus iubet baptizare	220. b
Iustitia nominantur	122. His salutẽ tribuere, origo est multorum errorum	Christus legẽ interpretatur	171. b
de Bonis operibus Anabaptist. dogma	117. b	Christus non est usus excommunicatione	179
C.		Christus non instituit nouum Baptismum	203. b
Ceremoniæ Baptismi Christianorum	205. b	Christus non prohibet iurandum	197. b
Ceremoniæ ueteris ecclesiæ abolitiæ	205. b	Christus non soluit legem	129
Charitas Christiana nõ tollit ius gladij	176. b neq; supplicia	Christus quare iubeat deserere domum, &c.	21 (47)
Charitas dei & proximi	142	Christus pascit nos spiritualiter	
Charitatis abusus	177. b	Christus quomodo prohibuerit Apostolis peras, &c.	20
Charitatis origo	141. b	Christus remittit ad Mosem & prophetas	75
& effectus	143	Christus usus est testimonijs ex ueteri Testamẽto desũpris	138
de Charitate Anabapt. dogma	141. b 143. b 145. 184	Christus uerus deus & homo	67
pro Charitate orandum	143	Christus uerus deus & homo uero suo corpore cælos ascendit	67. b
		Christi	

# INDEX.

- Christi aia nō obdormiuit** 149  
**Christi & Ioānis Baptifinus idē est** 204  
**Christi fratres qui sūt** 115. b  
**Christi regnum non est terrenum** 61. b  
**Christi regnū spirituale est** 162. 162. b  
**in Christum baptizare** 204. b  
**Christianus magistratus, uide Magistratus.**  
**Christiani ætate apostolorum in Magistratu fuerunt** 161  
**Christiani armis uti possunt** 26  
**Christiani bella gesserunt** 193. b & nunc gerere possunt 192. b  
**Christiani fidem suam confiteri debent** 32  
**Christiani habent ueram Ecclesiam** 79. b  
**Christiani legem implere dicuntur** 127  
**Christiani liberati sunt à iugo ueterum** 140  
**Christiani libere possunt uti uestibus, cibo & potu** 23. b. 24  
**Christiani Magistratui obedire debent** 155. b  
**Christiani medijs à deo institutis uti possunt** 33  
**Christiani non damnant bona opera** 121. b  
**Christiani possunt iudicio uti** 170. b  
**Magistratum gerere** 160 162. 163. 164. &c. Apostolorum temporibus gesserunt 165  
**Christiani possunt proprium aliquid habere** 22. b. 144. 146. b  
**Christiani quomodo malo resistant** 171. b. 173  
**Christiani sunt spiritualis Israel**  
**Christiani quare toti mundi uocentur, cum tamen peccatores sint** 28. b  
**Christianorū crux non tollit magistratum** 159  
**Christianorum oratio** 32. 80. b  
**Christianorum principum edicta de religione** 169. b  
**Christianis an licitū iusiurandū. Vide Iusiurandum.**  
**Christianis iurare quatenus prohibetur** 198. b  
**Christianis necessaria sunt bona opera** 121  
**Christianis non est licet erum credere quicquid uolunt** 179. b  
**Christiana libertas quousq; se extendat** 39  
**Christiane libertatis simplex expositio** 37. b  
**de Christiana libertate Anabapt. dogma** 37. b  
**Cibi & potus usus Christianis liber est** 24  
**Circumcisio** 222  
**Circūcisio repeti iubetur** 223. b  
**Coactio ad fidem** 180. utilis est & necessaria 182. b  
**Cœna domini** 226  
**Cœna domini quibus instituta** 229. 231. b quomodo celebranda 229. b  
**Cœnæ uerba, Hoc est corpus meum** 226. b. 228  
**de Cœna dominica Anabapt. dogma** 227. b. 229. 231  
**Cœlum per Christum patefactū est** 51  
**de Cœlo ocluso hominibus Anabapt. dogma** 50. b. 51  
**Coetus sacri necessarij sunt fidelibus** 44. b  
**Colloquium Tiguri habitū cum Anabaptistis** 10. b  
**Communio honorū** 145. b. 146  
**nullum habet præceptum in sacris literis** 147  
**de Cōmunionē honorum Anabapt. dogma** 6. 143. b. 145  
**Compares in Baptifino** 214. b

# INDEX.

Conciones ministrorum Euangelicorum audiendæ sunt	114	Deus non supputat tempora morte hominum	150
Concionatores canum & porcorum.	227	Deus occidere iubet	179
Concionatores, uide Ministri Evangelicæ ecclesiæ.		Deus omnia sua prouidentia gubernat	69
Condennare ecclesias non est Christianum	48	Deus ordinat magistratū	154. b
Confessio fidei nō est libera	47. b	uide Magistratus	
Confessio fidei signū populi dei	215	Deus ordinarie conuertit, uerbo suo intermedio	7. b
de Confessione fidei Anabapt. dogma	32. 47. b	Deus paruulos in sædus suum recepit	216
de Coniugio Anabapt. dogma	8. b. 37. b. 42. 56. b	Deus quomodo excæcet	71
Coniugia spiritualia Anabaptistarum	42	Deus quomodo in æternum irascatur, & misericors sit	73
Consuetudo huius seculi	23	Deus unus essentia, trinus personis	63
Contumelias Christi nomine ferre	40. b	Deo relicto persistere, quid sit	33
Coniunia & nuptiæ in scripturis non damnantur	25. b	Dies Dominica	35
Corinthiorum ecclesia	82. b	Differentia ueteris & noui Testamenti	139
Corporis Christi manducatio spiritualis & corporalis	46. b	Dilectio, uide Charitas	
Corporalis & spiritualis manducatio corporis Christi	46. b	Diligendi deum modus	142
Cruce Christianorum non tollit magistratum	159	Discipuli Christi baptizati	203. b. baptismate Ioannis
D.		Discrimen personarum errantium	188. falsarum doctrinarū 189. suppliciorum 189
Dauid credidit in Christum	135	Disputatio cum Anabaptistis habita in Heluetia, Bernæ, 16. b. Basileæ, 16. b. Zofingæ 17.	
Dauidis Georgij abominandæ blasphemie	68	Disputatio cum Anabaptistis Tiguri habita	11. b
Decalogi præcepta non sunt abrogata	129. b	Disputationis Tigurinæ promulgatio	19
Decumarum & redituum ius	39	Disidia pernitiosa Anabaptistarum	85. b
Defectio à Romana ecclesia sancta, utilis, & pia est	86. b	Diuinæ legis finis & usus	124
Deus dat ministros ecclesiæ	89	Diuitiæ 22. 143. b. sua pericula habent	22. b
Deus impossibilia nobis precipit	127. b	Doctrina Apostolica	79. b
Deus indurauit cor Pharaonis	70. b	Doctrina Evangelica de charitate	142
Deus iuramentis offenditur	199	Doctrina Evangelica non est leuis	120. b
Deus mala permittit, & ea in bonum conuertit	71. b	Doctrina Evangelica non ex uita ministrorum, sed ex uerbo dei dijudi-	
Deus nō est auctor peccati	69. b		



# INDEX.

- dijudicanda est 97. b. 99. b  
 Doctrina Euangelicorum de coena domini 226  
 Doctrina externa propter internam non abroganda est 4. 4  
 Doctrina iustificationis 121. b. 122  
 Doctrina de Magistratu 154  
 Doctrina D. Petri & Pauli de fide ueterum 133  
 Doctrina ueteris & noui Testamenti una & eadem est 131  
 Doctrinarū falsarū discrimen 189  
 Dogmata communia Anabaptistarum 18  
 Domus, Vxor, Liberi, quomodo deferendi 21. b  
 Donorum dei scopus & finis 109  
E.  
 Ecclesia Anabaptistica 77. 79. 83. non est uera ecclesia 78. 113. b  
 Ecclesia castigatione uti debet 135. b  
 Ecclesia, Christi tēporibus & ante, neuos & maculas habuit 83. b. 158. & ijs adhuc non caret 84. b  
 Ecclesia Corinthiorum 82. b  
 Ecclesia Euangelica est uera ecclesia 79. retinet doctrinam Apostolicam 80. usum rectū sacramentorum 81. charitatē mutua 18. b. non cessat esse ecclesia propter uiria quæ habet 82  
 Ecclesia est regnum Christi. in his terris 62  
 Ecclesia ministros eligere debet 90  
 Ecclesia quomodo dicatur absq; macula esse 28  
 Ecclesia ueteris & noui Testamenti una & eadem est 129. b. 131  
 Ecclesia Zizania habet ad finem usq; mundi 82. 83. b. 185  
 Ethnicus homo quis sit 24  
 Eucharistia, uide coena domini.  
 Eucharistiae panis non est communis panis 46  
 Ecclesie uerae signa et notae 79. b  
 in Ecclesia irrogatae sunt poenae corporis 179  
 de Ecclesia, Anabapt. dogma 18. 28. 77. 79. 83  
 Enthusiasmus grauium errorum author 34. b  
 Enthusiastæ 2  
 Epulae & conuiuia 25. b  
 Enthusiastæ siue Arreptitij Anabaptistæ cum suis erroribus et eorum refutatione 34  
 Euchitæ & Psalliani uetus prelatorum secta 32  
 Euangelij prædicatio 31. 103  
 Euangelio lex opponitur 124. b  
 Euangelica doctrina non ex uita ministrorum, sed ex uerbo dei iudicanda est 99. b  
 Euangelica Ecclesia, uide Ecclesia Euangelica  
 Euangelicæ Ecclesie sunt uerae Ecclesie 79. b  
 de Excommunicatione, Anabapt. dogma 178. b. 233  
 Externa doctrina propter internam non abroganda est 4. 4  
 Externū uerbum deprimitur ab Anabaptistis 7. b  
F.  
 Fides in Christum sola iustificat 118. b. 119. b  
 Fides est liberum dei donū 180. b  
 Fides hypocritica 215. b  
 Fides uera & falsa 180. b  
 Fides uera non cuius libera est, ita ut credat qcquid uult 179. b  
 Fides ueteris & noui Testamenti una & eadem est 131. b  
 Fidei fructus sunt bona opera 122  
 Fidei opera 119. b  
 Fideles auditores uerbi, non astrī si sunt ministro 112. b

# INDEX.

- Fideles bifariam dicuntur** 220  
**Fideles et infideles quomodo pec-**  
**cent** 27  
**Fideles externa doctrina opus ha-**  
**bent** 43 b  
**Fideles filij Abrahami nominan-**  
**tur** 132. b  
**Fideles peccato non carent** 27.  
 & tamen toti mundi appellan-  
 tur 27 b. 28. b. peccata sua a-  
 gnoscent 29  
**Fideles se periculis exponunt** 48  
**Fideles, uide Christiani.**  
**Finis seu usus Diuinæ legis** 124.  
 125. b  
**Fœdus dei perpetuum est** 216  
**Fœdus nouum** 217  
**Fœdus nouum offertur omnibus**  
**hominibus** 211. b  
**Fœdera quando, & cū quibus fa-**  
**cienda** 26  
**de Fœderibus, & armorum gesta-**  
**tione Anabapt. dogma** 26  
**Fructus Anabaptismi** 1  
 G.  
**Genera uocationum** 89. b  
**Gerardus Cnippenbrochus Ana-**  
**bapt.** 54  
**Gladius spiritualis & corporeus**  
**in Ecclesia** 166. b. 176. b  
**Gratia & meritum** 118  
**Gratia in Christo exhibetur** 118  
 H.  
**Hæretici ad ueram fidem cogen-**  
**di** 180  
**Hæretici sunt puniendi & occi-**  
**dendi** 190. 190. b. 191. 191. b  
**Hæreticorum dogmata de iureiu-**  
**rando** 198  
**Helchesaitæ** 47 b  
**Hermannus Stapreda Anabapti-**  
**sta** 53. b  
**Historia Anabaptistarum Mona-**  
**steriensium** 53  
**Historiæ miræ quæ contigerunt**  
**Amstelredani apud Batavos** 35. S. Galli in Heluetia 36  
**Hofmanni Anabaptistæ dogma-**  
**tum refutatio** 65. b  
**Homo legem implere non potest**  
 126  
**Homini lex data est in certos fi-**  
**nes** 124  
**Hominum à uera fide aberrantium**  
**discrimen** 188  
**Homines contumaces cogendi**  
**sunt ad ueram fidem** 181  
**Homines peccatores à cœna arce-**  
**ri non debent** 229. b 230. b  
**Hurtæ fratres cum suis erroribus**  
**& eorum refutatione** 48. b  
**Hypocritica fides** 215. b  
 I.  
**Iacobus frater domini** 115. b  
**Iacobus Kautzius Anabapt.** 16. b  
**Imperatores hæreticos puniue-**  
**runt** 191. b  
**Impletio legis diuinæ** 126  
**Impletio legis imputatur homini**  
**propter Christum** 127  
**Infantes Christianorum sunt filij**  
**dei** 218. atque in fœdere dei  
 218. b  
**Infantes baptizari debent** 206. b  
 207. 220. b. 221. 222. 223  
**Infantes non sunt reprobi** 210. b  
**Infantiū est regnū cœlorū** 219. b  
**Infantium salus nō est in dubium**  
**uocanda** 218. b  
**Infidelium matrimonium legit-**  
**imum est** 8. b  
**Inobedientia ab Anabaptistis do-**  
**ceatur** 195. b  
**Institutio ministri Ecclesie** 92  
**Interpretationis scripturarum re-**  
**gula siue modus** 113. 116  
**Ioannes Baptista præcurzor Chri-**  
**sti** 203. primum baptizauit  
 203. b  
**Ioannes Bocoldus Leidensis Mo-**  
**nasterium uenit** 53. b. rex crea-  
 tur 56. b. doctores uerbi Mo-  
 nasterio

# INDEX.

- nasterio emittit 58. reginam  
 occidit 60. b. capitur & occi-  
 ditur 61. b  
 Ioannes Denck & Lodouicus  
 Hetzerus Anabaptistæ 16. b  
 Ioannis & apostolorum doctrina  
 eadem est 204  
 Israelitæ quomodo secundo cir-  
 cunciliâ 224. b  
 de Israele spiritali Anabapt. do-  
 gma 49  
 Iudas, an in cœna sacramentum ac-  
 ceperit 230  
 Iudæ peccatum in cœna notum es-  
 rat 230. b  
 Iudicis officium 173. b  
 Iudices auari 173  
 Iudices ignoscendo grauius pec-  
 cant 175. b  
 Iudices p̄ deo seruiunt 173  
 Iugum quod ueteres portarunt à  
 Christianis sublatum est 140  
 de Iureiurando, Anabapt. dogma  
 197. b  
 Iuramentorum discrimina 199. b  
 Iurare quomodo à Christo prohi-  
 bitum 198. b  
 Iusiurandum quid sit 200. quæ  
 eius forma et cōditiones 200.  
 ceremonia iurandi 200. b  
 ad quid datum 200. b. Quo-  
 modo ueteres hoc usi sint 201.  
 utile & necessarium est 201.  
 Iurare iusiurandum nō est pec-  
 catum 201. b  
 Ius reddituum & decumarum 39  
 Iustificatio fidei 118. b. 122  
 Iustitia Patrum 157. b  
 L.  
 Lex homini à deo data est 124.  
 Euangelio opponitur 124. b  
 ad Christum nos ducit 125. re-  
 gula est uitæ nostræ 125. b. 126.  
 à homine impleri non potest  
 126. à Christo interpretatur  
 131. b. Quomodo abrogata  
 sit 128. b. 129  
 Legis ceremoniæ sublatae sunt  
 129. b  
 Legis, Non occides, interpreta-  
 tio 174  
 Legis odium fide tollitur 129. b  
 Legis opera 119. b  
 Leuitæ stipendia sua habuerunt  
 106. b  
 Libertas Christiana 37. b  
 Libertatem querere 40  
 Liberi siue crassi & impuri fra-  
 tres cum suis erroribus & eo-  
 rum refutatione 37  
 Lodouicus Hetzerus et Ioannes  
 Denck Anabaptistæ 16. b  
 Luctus & risus 25  
 Lupi in scripturis qui sint 106  
 M.  
 Magistratus à deo institutus et or-  
 dinatus est 154. b. per hunc de-  
 us iudicia sua exequitur 155. b  
 Christianis necessarius est 157.  
 b. 158. b. 159  
 Magistratus Christianus bellum  
 gerere potest 192. b. 193. b.  
 196. subditi illi obediant in  
 bello 196. b. 197  
 Magistratus ex dei mandato ma-  
 leficos punire & occidere de-  
 bet 174. b. 177. b. in occiden-  
 do regulam iustitiæ seruet 175  
 potest ad ueram fidem cogere  
 180. seruet discrimen erranti-  
 um personarum 188. doctri-  
 narum & suppliciorum 189.  
 189. b.  
 Magistratus in religionis nego-  
 tio potest punire & occidere  
 190. 190. b. 191. 191. b. 166. b.  
 169. in omnibus gladio spiri-  
 tus subijciatur 166. b. 167. mi-  
 nistrorum & eius officia con-  
 fundi non debent 167. Quare  
 occidat 174. b. (168  
 Magistratus officia 5. b. 166. b.



# INDEX.

- Magistratui Gentili quatenus o-**  
 bediendum 157  
**Magistratui iure debentur annui**  
 redditus 39. b  
**Magistratum gerere non est con-**  
 tra ueram fidem 165. b  
**Malo non resistere** 95. b. 171. b  
**Malefici sunt puniendi non dimit-**  
 tendi 177  
**Manuum impositio** 89  
**Maria benedicta non maledicta**  
 est 66 (55 b)  
**Matthias Harleuius Anabaptista**  
**Matrimonium infidelium legitimum**  
 est 8. b  
**Media à deo instituta non sunt ne-**  
 gligenda 33  
**Melchioris Hofmanni dogmatum**  
 cum eorum refutatione 65  
**Meretrices præcessuræ sunt iustis**  
 iuribus 41  
**Ministerium Ecclesiasticum non**  
 est otium 103  
**de Ministerio Ecclesiastico Ana-**  
 bap dogma 37. 91. 94. b. 97.  
 108. b. 117. b  
**Ministri Euangelicæ Ecclesiæ le-**  
 gitimam & diuinam uocatio-  
 nem habent 87. b. 89. ab ec-  
 clesia eligi debent. Qualesnã  
 esse debeant 91. à Christiana  
 doctrina non defecerunt 94. b  
 doctrina eorum nõ ex uita, sed  
 ex uerbo dei diiudicanda est  
 97. b  
**Ministri Euangelici non sunt uen-**  
 tris ministri 103. stipendia sui  
 laboris accipere possunt 106.  
 107. b. non sunt lupi 106  
**Ministri Euangelici non docent**  
 crudelitatem 189. b  
**Ministri ex fructibus cognoscun-**  
 tur 97. b (sic 113. 102  
**Ministri loquantur soli in eccle-**  
**Ministri uentris qui sint** 103. 167  
**Ministorum peccata sunt puniē-**  
 da 101 (166. b. 167. b  
**Ministorum uerbi dei officium**  
**Monasterienses Anabaptistæ cum**  
 suis horrendis seditionibus 52  
**Monasteriensis obsidio** 59  
**Monasterij expugnatio** 60. b  
**Mortui dormire dicuntur** 148. b  
 ad Mortem & non ad mortem pec-  
 care 28 (124. b  
**Moses uiam ad Christum parat**  
**Muncerus in Turingia lupus a-**  
 trox 2. uenit in superiore Ger-  
 maniam 2. b. capitali suppli-  
 cio afficitur 3  
**Muceri doctrinæ refutatio** 3. b. 6  
 N.  
**de Natura utraq; in Christo Ana-**  
 bap. dogma 62. b. 65. b  
**Nicolaus Storck Anabapt.** 1. b  
**Nouum Testamentum** 139. 140.  
 b. 141. (4  
**de Nouo cælo Anabapt. dogma**  
**Nuptias et cõuiuia scriptura non**  
 damnat 25. b  
 O.  
**Obedientia debetur Magistrati-**  
 bus 156. 156 b  
**Obdormire quid significet in scri-**  
 pturis 143  
**Occidere iubet deus** 175  
**Occidere priuata potestate, pro-**  
 hibetur 174  
**Officium ministrorum ecclesiæ** 92  
**de Officio ministrorum ecclesiæ**  
 Anabapt. dogma 20  
**Officia magistratus erga subditos**  
**Opera non iustificat** 119. b (5b  
**Opera, uide Bona opera**  
**Ordo salutis nostræ** 209. b  
**Oratio Christianorum** 32. 80. b  
**Orandum est pro pace** 197  
**de Oratione Anabapt. dogma**  
 29. 32. b  
**Orantes Anabapt.** 32  
**Origo peccati** 70  
**Originis uitium in infantibus est,**  
 86

# INDEX.

& peccatum est	29. b	Peccatores à cœna non arceri de- bent	229. b. 230. b
Ortus Anabaptismi Vuormatiæ 16. b	(uium 1. b	Persecutio ecclesiæ	187
Ortus Anabaptismi ad Salâ flu- P.		Petrus quos baptizauerit	222
Pædobaptismus, Magistratus, Iuf- iurandum, non sunt res liberæ ut omitti possint	43. b	Pistor maior Anabaptista	17
Pædobaptismus, uide Baptismus paruulorum		Pœnitentiæ proclamatio	12
Panis Eucharistiæ non est com- munis panis	46	Pœna in ecclesia non cessare de- bet	185. b
Paschæ conuiuæ	232. b	Populus dei qui nam sint	215
Pastores ab Apostolis distinguun- tur	107. b	Populi dei notæ	215
Pastores & doctores	89	de Possessione bonorū Anabapt. dogma	22
Patientia in tentationibus	81. b	Præbenda, seu stipendium mini- strorum	104. b
Patris uoluntas est	34. 41. b	Prædicario Euangelij necessaria est omnibus hominibus	31. b
Patres ueteris Testamenti ueram fidem in Christum habuerunt	131. b.	Prædicare canib. & porcis	227
eadem hæreditatem spem, preces, & eadem sacra- menta nobiscū habuerunt	134. b. 135. 136. 137.	Præparatio ad cœnā dominicam	232. b
Abraham et David crediderunt in Christū	132. b. 135.	Preces fidelium pro alijs non a- spernandæ	29
omnes in Christo seruari sunt	135. b.	Preces fidelium ueteris & noui Testamēti eadē sunt	136. 137
congrega- ti sunt in sinum Abrahæ	135. b	Principes tyrannici, num ferendi	
Patres, iudices, & reges ueteris Testamenti, bellum gesserunt		Priscillianus hereticus	187. (4. b
Patrum iustitia	157. b (193. b	Priuatū iuramentum	199. b
Paulus apostolus coactus est ad fi- dem	182. b	Prophetæ cœlestes	2 (110
Paulus Apostolus proprijs mani- bus laborauit	106	Prophetiæ uerus & rectus usus de Prophetiarum usu Anabapt. dogma	108
Paulus iudicio usus est	170. b	Promissiones diuinæ	215. b
Pauli locus 1 Cor. 14. de usu pro- phetiarum explicatur	108. b	Promissiones ueterū patrū	50. b
Paupertas uoluntaria & simula- ta	50	Providentiā dei	69
Pax magna & uniuersalis	192. b	de Providentiā dei Anabapt. do- gma	63. b
Peccati origo	70	Proximus quis	142. b
de Peccato Anabapt. dogma	27	Pfalliani & Euchitæ uerus prece- torum secta	32
Peccata remittuntur hominibus	66. b (tem 18	Publicum iuramentum	199. b
Peccare ad mortē & non ad mor-		Pueris similem fieri	22
		Puri & sancti Anabaptistæ cum ipsorum erroribus & eorum re- futatione	26. b
		R.	
		Redemptio per Christum	113. b
		Redituum et decumarū ius	39

## INDEX.

- |  |             |  |   |
|--|-------------|--|---|
| Reformationes quomodo fieri debeant                                | 167         | Satisfactionis vocabulum   | 113   |
| Regnum Christi spirituale est                                      | 62          | de Satisfactione Anabat. dogma   | 6. 65. b. 117. b                                    |
| 162  |             | Scismata uaria Anabapt. 17. b. 18                                      |   |
| Regnum mundi   | 162. b      | Scriptura sacra est uerbum dei   | 7   |
| de Regno Christi Anabapt. dogma                                    | 61. b       | Scriptura sacra interpretari debet                                     | 114. b. à Christo & apostolis interpretata est      |
| Reges terræ deo seruiunt   | 161. 161. b | Quomodo interpretanda  | 116   |
| Regula officij ministrorum ecclesie                                | 92          | de Scriptura ueteris & noui Testamenti Anabapt. dogma                  | 74. b. 113. b. 127. b                               |
| Regula uitę humane est lex   | 125. b      | Seculo configurari quid sit  | 23  |
| Remissio peccatorum  | 67          | Semen Abrahamę   | 217. b  |
| Resurrectio mortuorum  | 71          | Separatio Tiguri ab Anabapt. quęrita                                   | 10  |
| Rusticorum tumultus in Sueuia & Franconia                          | 3           | Separati spirituales Anabaptistę cum ipsorum errore & eius refutatione | 22. b   |
| Risus Christianis non est prohibitus                               | 14. b       | Seruitus Christianorum   | 39. b   |
| S.   |             | Signa uerę & catholicę ecclesie  | 79. b   |
| Sacramenta non sunt superuacanea                                   | 45          | Simonia  | 90  |
| Sacramenta ueterum spiritualem significationem habuerunt           | 137         | Sinus Abrahamę   | 135. b  |
| Sacramentorum ueteris & noui Testamenti differētia                 | 137. 140    | de Somnijs Anabapt. dogma  | 3. b  |
| de Sacramentis Anabapt. dogma                                      | 45. 202. b  | 49 b   |   |
| Sacri coetus sunt necessarij fidelibus                             | 44. b       | Spiritualis & corporalis manducatio corporis Christi                   | 46. b   |
| Salus animarum fidelium certa est                                  | 149 b       | Spiritualia coniugia Anabaptistarum                                    | 42  |
| Salus infantium non est in dubium uocanda                          | 218. b      | Spōsio que sit in Baptismo   | 214. b  |
| Salus non est posita in nostris uiribus                            | 66. b       | Stipendia concessa sunt ministris                                      | 105. 107. b. & dicuntur pro prię ipsorum facultates |
| Salutis nostrę ordo  | 209. b      | Subditi obediant magistratui   | 196. b  |
| Sãcti & pij homines humiles sunt                                   | 102         | Suppliciorum discrimen   | 189   |
| Sãcti & puri Anabaptistę cum ipsorum erroribus & eorum refutatione | 26. b       | Synodus Bernensis  | 167. b  |
| Sanguinem fundere graue peccatum                                   | 175         | T.   |   |
| Sãcti in cœlis : impij apud inferos sunt                           | 5. b        | Tacentes & orantes Anabapt. cum ipsorum errore & eius refuratione      | 30. b   |
| Satisfactio nostra est Christus                                    | 118         | in Tedijs predicare  | 20. b   |
|  |             | Tentationes & patientia in aduersis                                    | 81. b   |
|  |             | Testamentũ uetus quomodo abrogatum                                     |   |



# INDEX.

rogatum sit	120	Vetus Testamentum non est omnino abrogatum	79
Testamenti ueteris & noui, populus unus	129. b	Veteris & noui Testamenti differentia	139
Testamenti noui & ueteris differentia	139. 140. 141	Virginitas beatæ Mariæ	115
Thomas Munckerus & eius dogmata	1. b	Vocatio ministrorum ad munus Ecclesiasticum 87. diuina est 89. necessaria 89. b	
Tiguri in Heluetia quando ortus Anabaptismus	9 b	Vocationis uaria genera	89. b
Tiguri habetur disputatio cū Anabapt. 11. b. testimonium publice euulgatum	13	Voluntas est patris	34. 41. b
Trinitas sancta	63	de Voluntate diuina Anabapt. dogma	34
de Trinitate Anabapt. dogma	62. b	Vltio Christianorum	171. b. 172
Tumultus rusticorum in Sueuia & Franconia	3	de Vsu uestium, cibi, potus, & de lætitia ac risu Anabapt. dogma	23. b
Tumultus in Frisia	59	Vxorem & liberos odio habere & deferere	21. b. 40. 48
Tyrannici principes, nū ferendis	4. b	Vxores non debent esse communes	14
V.		Z.	
Ventris ministri	103	Zizania in agro dominico	85. b. 185
Verbum dei audiendum est	114	Zuinglius accusatur ab Anabaptistis	18
Verbum dei non subijcitur magistratui	167	Zuinglius adiuratur ab Anabaptista	12. b
Verbū præstantius est sacramentis	221	Zuinglius contra Anabaptistas scribit	14
Verbi dei autoritas	80	Zuinglius non damnat Pædoba primum	14. b
de Verbo externo Anabapt. dogma	7. 31. 44	Zuinglius non negat peccatū originis	39
Veritatem in corde habere	47. b		
Vestium usus liber est Christianis	23. b (125)		
Vetus populus carnalis dicitur est			

FINIS.



